CODEX DIPLOMATICUS

REGNI

CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

AUXILIO REGIMINIS CROAT., DALM. ET SLAV.

COLLEGIT ET DIGESSIT

T. SMIČIKLAS

ACADEMIAE SOCIUS ORD.

VOLUMEN XI.

DIPLOMATA ANNORUM 1342—1350. CONTINENS.

ZAGRABIAE.
EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.
1913.

DIPLOMATIČKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO I UREDIO

T. SMIČIKLAS

PRAVI ČLAN AKADEMIJE.

SVEZAK XI.

LISTINE GODINA 1342—1350.

ZAGREB.
TISAK DIONIČKE TISKARE.
1913.

PREDGOVOR.

i.

Stamparie zbirke upotrebljene u ovom XI. svesku.

Barabas Samuel Codex diplomaticus sacri Romani imperii comitum familiae Teleki de Szek. Tom I. (1206.—1437.). Budapestini. 1895.

Bullcttino di Archeologia e Storia Dalmata, Spalato 1878.-—1912.

Codex diplomaticus domus senioris comitum Zichy. Ed. Societas historica hungarica. Tom. I.—X. Budapest 1871.—1907:

Codex diplomaticus patrius hungaricus. (Hazai okmanytar) Studio et opera Emerici Nagy, Ivan. Nep. Paur, Caroli Rath et Desiderii Veghely. Jaurini et Budapestini 1861—1891. T I.—VIII.

Eubel Bullarium Franciscanum Romae 1898, 1902, 1907. Tom. V.—VII.

Farlati lllyricum sacrum Venetiis 1751.—1819. Voll. I—VIII.

Fejer Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Budae 1829—1844. Prodromus, 11 tomi in 43 voll. et 2 indices.

Fermendžin Acta Bosnae potissimum ecclesiastica (Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. XXXIII t.) Zagrabiae 1892.

Jireček Konstantin dr. Spomenici srpski. Beograd, 1892.

Katona Historia critica regum Hungariae. Pestini, Posonii, Cassoviae, Budae, Colocsae, Budae 1779,—1817. VoII. I—XLII.

Kercselich Historia ecclesiae Zagrabiensis. Zagrabiae 1760.

Kukuljević Arkiv za povjestnicu jugoslavensku. U Zagrebu. 1850. Tom I—XII.

Kukuljević Jura regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Zagrabiae. 1861. Tom.'l—III.

Laszowski Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoć »Zagrebačko polje« zvane. Zagreb 1904.—1908. T I—IV.

Lucius Memorie istoriche di Tragurio ora detto Trau. Venetia 1674.

Lucius Jo-h. De regno Dalmatiae et Croatiae libri sex. Amstelodami 1666. Ap. Schwandtner Scriptores rerum Hungaricarum. Tom. III.

Lucius Note cronologiche e documenti raccolti da Giov. Luc. Bullettino 1881.—1882. Starine XIII.

Макушевт. Записки императорскои академш наукт».. Петерсбурпћ. Т. XIX.

Miklosich Monumenta serbica spectantia historiam Serbiae, Bosniae. Ragusii. Viennae 1858.

Nagy Codex diplomaticus Andegavensis. Budapest. 1878.—1887. Voll. I.—V.

Ortner Povijest Krapine. U Zagrebu. 1899.

Pray Annales veterum Hunnorum, Avarorum et Hungarorum ab a. CMXCVII. ad a. MDLXIV. Vindobonae 1763.—1767. Voll. I,—IV.

Pucić knez Medo Spomenici srpski. Knjiga II. U Beogradu 1862.

Rad jugoslavenske akademije. U Zagrebu 1867. i dalje.

Ripolli Bullarium Praedicatorum. Romae 1729—1740. Tom. I—VIII. illustravit Bremond.

Starine jugoslavenske akademije. U Zagrebu 1869. i dalje.

Sulek Naše pravice. Zagreb. 1868.

Thalloczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Blagay. Budapest 1898. (Monumenta Hungariae historica t. XXXV.) Buđapest 1910.

Thalldczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Frangepanibus (Monumenta Hungariae historica t. XXXV.) Budapest 1910.

Thalloczy-Horvath AIso Sclavonia okmanytar (Mon. Hungariae historica diplomataria. Tom. XXXVI.) Budapest. 1912.

Theiner Vetera Monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859—1860. Voll. I—II.

Theiner Vetera Monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Romae 1863. Zagrabiae 1875. Vol. I—II.

Tkalčić Monumenta histonca episcopatus Zagrabiensis. Zagrabiae 1873.—1874. Tom. I—II.

Tkalčić Monumenta historica lib. et reg. civitatis Zagrabiensis metropolis regni Croatiae. Zagrabiae 1889.—1904. Voll. I—XI.

Vjesnik kr. hrvatsko-slavonskog-dalmatinskog zemaliskog arkiva. — U Zagrebu 1899.—1912.

Zala varmegye tortenete. Budapest 1886. —1890. Tom. I.—II. Documenta.

II.

U ovom XI. svesku pristupio je kao suradnik dr. Karlo Kovač arkivar dubrovačkoga arkiva. On je doprinesao nekoliko testamenata, a pripravan je donositi testamenti dubrovačke i u buduće. God. 1348. 15. decembra (br. 378.) iza strašne crne smrti, koja je harala u Europi, pa i u Dubrovniku, odlučiše Dubrovčani nastaviti knjigu za testamente. Od toga vremena raste broj testamenata do neizmjernosti. Najviše tih testamenata u knjigama »Opere pie«. Ali nisu svi testamenti potpuno diplomatički upisani, najviše ih je bez protokola. Gosp. dr. Kovač priopćivati će samo one koji imadu i protokol, a imadu neko kulturno historijsko znamenovanje.

U Zagrebu, dne 10. septembra 1913.

T. S.

1.

1342, 21. jula. U Zadru.

Jakov Zauatta gradjanin zadarski daje u najam Stanciju sinu Pervoslavljevu svoju zemlju kod sv. Klementa.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione decima. die uigesimo primo mensis iulii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Jacobus de Zauatta ciuis Jadre locauit et concessit Stantio condam Peruoslaui Jadrensi pro se et suis heredibus et sucessoribus(!) recipienti ad utendum pro certo ficto(!) et reditu totam unam suam terram maceriis circumdatam, positam ad sanctum Clementum(!); cui de austro et trauersa est terra Cuse de Otusanino, de borea partim terra Pauli de Galcigna et partim terra dicti Cuse, et de quirina uia publica; hinc .ad uiginti annos proxime uenturos. Promittens dictus Jacobus ipsi Stantio predictam concessionem firmam et ratam habere et non contrafacere uel uenire, ipsamque rem ei ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione, et nuliam dationem, obligationem uel contractum in ea re uel eius occaxione facere, cuius pretextu dicta locatio infringatur uel quominus dictus Stantius dicta re uti ualeat et frui hinc ad terminum supradictum. Et hoc ideo, quia e conuerso dictus Stantius promisit et conuenit ipsi Jacobo pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti dictam terram bene collere et laborare et iure suo manutenere et ea uti et frui arbitrio boni uiri hinc ad terminum supradictum, et nomine affictus et mercedis dicte locationis anno quolibet in festo sancti Michaelis mensis septembris dare et soluere eidem in ciuitate Jadre tres libras denariorum uenetorum paruorum, dictusque Jacobus anno quoiibet in ciuitate Jadre aut ad ripam maris debet eidem dare quinquaginta saimas letaminis et dictus Stantius debet eas anno quolibet super dicta terra ferre suis expensis; in fine uero dicti termini dictus Stantius debet et promisit dictam terram sibi dimittere et relaxare. Que omnia et sin-

gula supra et infrascripta promiserunt dicti contrahentes uicissim, scilicet unus alteri ad inuicem firma et rata habere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti stipulantione promissa et refectione dampnorum habitorum inde et expensarum litis et extra; obligantes unus alteri ad inuicem pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presencia et fuctura(!)i et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Ceterum uoluerunt dicti contrahentes, quod de predictis omnibus et singulis duo unius et eiusdem tenoris conficerentur publica instrumenta, unum instrumentum uidelicet unicuique ipsorum tradendo. Actum est hoc et firmatum pressentibus(I) Desse sartore condam Michaelis et Johanne sartore condam Misani Jadrensibus, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus de Vitcor iudex examinator manum misi.

(Sign. not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui, et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergam. u ark. samostana sv. Marije u Zadru a, 1342.

2.

1342, 25. jula. U Avignonu.

Klevtent XI. papa nalaže bisfeupu paduanskomu neka biskupu niakarskomu vrati Omiš i druga mjesta, ko/a mu je bio oteo nadbiskup spljetski.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . episcopo Paduano, salutem et apostolicam benedictionem. Gravem venerabilis fratris nostri episcopi Mucarensis(I) querelam accepimus continentem, quod licet dudum ecclesia Mucarensis existeret ab ecclesie persecutoribus occupata, bone memorie Petrus archiepiscopus Spalatensis eiusdem Mucarensis ecclesie metropolitanus, habens, ut dicebet, a sede apostolica [potestatemj eligendi seu creandi et confirmandi episcopos in civitatibus seu locis desolatis sue provincie episcopos habere consuetis, eundem Valentinum in episcopum Mucarensem elegisset et confirmasset cum consensu sui capituli Spalatensis, presente, intelligente et non contradicente venerabili fratre nostro Dominico archiepiscopo Spalatensi, tunc

archidiacono ecclesie Spalatensis, et ad petitionem universitatis castri Almisiensis Mucarensis diocesis ordinans, quod dictus Valentinus episcopus in eodem castro Almisiensi manere deberet, quousque dicta Mucarensis ecclesia esset ipsi episcopo restituta, ac mandans predictis universitati et aliis de Mucarensi diocesi, ut ipsi Valentino tanquam eorum vero episcopo obedirent, et de fructibus, redditibus et proventibus ad dictum Mucarenscm episcopum pcrtinentibus responderent; idemque Valentinus cpiscopus eiusdem Petri, necnon bone memorie Baliani archiepiscopi Spalatensis successoris sui temporibus per septem annos continue pacifice et quiete in eodem castro Almisiensi moram traxerit, et ibidem tanquam verus episcopus sacramenta ecclesiastica ministravit, fructus, redditus et proventus ad dictum episcopum spectantibus in eodem castro Almisiensi' et aliis locis dicte diocesis a dictis persecutoribus non occupatis percipiendo. Postmodum tamen prefalus Dominicus archiepiscopus proximus eiusdem Baliani successor minus veraciter asserens predictum castrum Almisiensem(I), et alia loca et villas dicte Mucarensis diocesis, que ibidem Mucarensis episcopus habere, tenere et possidere consueverat, dictis temporibus fore de diocesi Spalatensi, predictufn Mucarensem episcopum eisdem castro Almisiensi ac locis et villis penitus spoliavit et denudavit eisdem, ita quod predictus episcopus in obprobrium pontificalis dignitatis cogitur mendicare; quare prefatus episcopus nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hiis de oportuno remedio dignaremur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi, si tibi constiterit i(a esse, prefatum Valentinum episcopum ad castrum Almisiensem et alia loca et villas predicta auctoritate nostra, restituas, sicut fuerit rationis, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus tam de duabus dietis edite in concilio generali, quam felicis recordationis Bonifacii pape **VHP** predecessoris nostri, qua inter cetera cavetur, ne aliquis ultra unam dietam a fine sue diocesis per litteras apostolicas ad iudicium evocetur, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Avinione, septimo kalendas augusti, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Stav. Merid. I. 269. pag. 206.—20 7. Iz reg. an. I. com. tom. 9. ep. 23.

*

3.

1342, 29. jula. U Zagrebu.

Kafifol zagrebaćki svjedoči u diobi imanfa sinova Arlanda od plemena Acha.

[C]apitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo, qui est uera salus. Quoniam nobiles viri Johannes, Nicolaus et Achk filii Arlandi de genere Acha non reperiuntur fecisse diuisionem inter se in possessionibus eorundem hereditariis in districtu Zagrabiensi constitutis, idcirco ipsorum heredes ad quasdam questiones deuenerant in diuidendis possessionibus inter se supradictis; demum mediante proborum arbitrio presente nostro testimonio in ipsis diuidendis possessionibus, quas ad presens possidebant ad talem concordiam deuenerunt, quod ad porcionem heredum Nicolai et Achk predictorum, videlicet Nicolai filii Arlandi filii Nicolai et Nicolai filii Achk pro duabus partibus ad porcionem eorundem cesserunt possessiones et porciones possessionum infrascripte: Primo possessio Stoneuch in Campo prope Zagrabiam in qua ecclesia in honore beate virginis noscitur constituta totaliter ; item possessio Dolch vocata ibidem vicina totaliter; item in Stulbicha: possessio Doblinech nuncupata, item possessiones $tekenateluke, Dobrizdenech, Modraspotok, Stulbicha ubi ecclesia in honore beati Georgii est constituta, Tibinch, Zancha et Zlanipotok, quam predictus Achk tenuit nuncupate; item due partes possessionis Churnech et iterum due partes alterius possessionis Horoguiche cum possessione Poliche vocata non remota a possessione Horoguicha memorata; item ad terciam porcionem heredum predicti Johannis, videlicet Nicolai dicti Thouth filii Gregorii filii Johannis predicti et Lorandi ac Martini filiorum Dionisii filii eiusdem Johannis cesserunt infra nominate possessiones, ex quibus inter ipsos diuisione facta ad porcionem dicti Nicolai Thoth cesserunt porcionum possessiones: Primo possessio sancti Mathey totaliter; item posseSsiones Trechlanch et Vintorouch totaliter; item porcio possessionis Stulbichafeu, quam Arlandus filius Nicolai et Nicolaus filius eiusdem tenuerunt circa terras et iobagiones Lorandi et Martini predictorum; item possessio Iuanch vocata inter possessiones Jablanouch et Zauursia constituta totaliter; item tercia pars possessionis Horoguicha et tercia pars possessionis Churnech cum domo et curia dominii nunc ibi constituta; item ad porcionem eorundem Lorandi et Martini cesserunt possessiones infrascripte: Primo Stulbichafeu

circa terras et iobagiones predicti Nicolai Thouth; item possessio Golobouech totaliter cum tribus sessionibus in Reka; item apud sanctum Nicolaum possessio Biztra; item secunda possessio Biztra, item Polanicha totaliter; item possessiones due vtraque Dobouch totaliter; item possessiones Lubenik, Denche, Gadno, Scent Jakou et Scernouazela nuncupate totaliter. Hoc expresso, quod omnes possessiones et terre superius nominate que dicuntur cessisse ex ipsis cuicumque hoc intelligitur cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis; hoc eciam heredes predicti Johannis superius nominati consenserunt, quod quamdiu Nicolaus filius Achk uixerit, possessiones seu porciones possessionum ipsum contingentes penes Nicolaum filium Arlandi remanebunt, contrarium attemptans penam triginta marcarum eo ipso incurrat preter iudicis porcionem. In quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum feria secunda proxima post festum beati Jacobi apostoli, anno domini MCCCXLo secundo

Original u kr. zem. arkivu: Docum. medil acvi a. 1342. — Stara sign.: Coll. S. jf. Zagrab. fasc. 10. no. 15.

Na listini visi o zelenoj tjubičastoj svilenoj vrvci pećat kaptola zagrebačkoga.

D?-ugi originalni primjerak ti kr. ugar.. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.852.; bivša zbirka Kukuifeviceva. — Na listini vidi se trag, gdje je visio pečat.

Treći primjerak jest originalni prifepis kaptola zagrebačkoga od 11. juna 1360 (in festo beati Barnabe apostoli), što ga moli T>Nicolaus fihus Sebastiani fatmilus et proctirafor nobilis viri magistri Nicolai fihl Gregorii domini d.e Zonzed«, u državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35. 871.

U X. sv. ovog kodeksa pod br. 419, slr. 594.—595. otisnuti regest b ez sumnfe je od ove iistine, stoga se datum toga regesta ovom hstinom spravlja.

4.

1342. 7. augusta. U Zadru.

Ivan trgovac zadarski izjavljufe. da je primio od Mihafla de Zadulino iupnika crkve sv. Petra u Zadru neku svotu

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesim'o tre- *
centesimo. quadragesirrio, secundo, indictione decima, die septimo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Ye-

necie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Johannes mercarius condam Albertini Jadrensis habens iura omnia et actiones reales et personales, utilles et directas, que scilicet et quas Matheus apotecarius habebat et habere poterat et sibi conpetebat in palatio et loco ecclesie sancti Petri noui de platea uirtute cuiusdam pactorum instrumenti anno incarnationis domini millesimo trecentesimo uigesimo primo, indictione quinta, die primo mensis decembris manu Blasii Michaelis Leonardi notarii Jadrensis facti ad incantum per eum empta per publicum breuiarii incantus instrumentum anno incarnationis domini millesimo trecentessimo trigessimo secundo, indictione prima, die sexto decimo mensis marcii manu Alexandri Jadrensis notarii factum, confessus fuit et contentus se a domino Michaele de Zadulino plebano ecclesie sancti Petri noui de platea Jadrensi dante et soluente de ipsius domini plebani propria pecunia habuisse et recepisse centum octuaginta sex libras, quindecim solidos et denarios octo denariorum uenetorum paruorum in bona usuali et legali moneta et hoc secundum extimationem factam per quatuor bonos uiros, uidelicet per duos ab unoquoque ipsorum asumptos pro supradictis iuribus que habebat in palatio et loco predictis uirtute supradicti breuiarii incantus instrumenti; quod quidem breuiarii incantus instrumentum voluit dictus Johannes ex nunc cassum esse et uanum et nullius esse efficatie aut momenti; de quibus palatio et loco et de iuribus omnibus que in eis habebat se foras extraxit, eaque iura ac ipsos palatium et locum cum omnibus eorundem palatii et loci iuribus et pertinenciis dicto domino plebano libere et quiete, ut tenebatur et debebat, secundum formam instrumenti pactorum manu Blasii notarii iam dicti facti, quod instrumentum pactorum totum de uerbo ad uerbum inserturn est in instrumento breuiarii incantus supradicti, dimisit et relaxauit. Quapropter idem Johannes fecit dicto domino plebano plenam et irreuocabilem securitatem, finem, quietatem et pactum de ulterius non petendo aliquid de supradictis, necnon promittens per se et suos heredes et successores dicto domino plebano tam suo quam dicte sue ecclesie et clericorum ipsius et suorum successorum nomine stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis successoribus predictorum occasione ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set predicta omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti stipulanti promissa, qua soluta uel non, omnia et singula supra et infrascripta firma perdurent; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensa ac interesse litis et extra, pro

quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit dictus Johannes eidem domino plebano omnia sua bona presentia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus .Andrea filio Tomassi de Petrigo et Soppolo condam Grisogoni de Soppe, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Gallus Cerni de Cando iudex examinator manum posui.

Ego Jacobus condam Bonacursi de Foriiuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui, rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

(Signum not.)

Original ʑ1 arkivii jtigoslavenske akademiie u Zagrebti: Diplomata a. 1342'

5.

1342, 22. augusta. (U Napulju).

Karlo kralj napuljski dozvoljuje Dubrovčanima izvoz Zita.

Robert II. kralj napuljski dozvoljuje dubrovačkoj opcini na molbu njezinih poslanika (ambaxatores et nuncii comunis civitatis Ragusie) »Simonis de Benessa et Mathei de Menehe[1]«, »extrahere de portubus Apulie frumenti salmarum quinque milia«.

Regislri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 64.
Rački Rad XVI11. p. 229.

6.

1342, 31. augusta.(?) U Spljetu.

Popis dragocjenosti spljetske prvostolne crkve.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione decima, regiae maiestatis sede Ungariae vacante . . . . . Gradonico dei gratia Venetiae inclito duce, temporibus equidem venerabilis patris et domini domini Dominici dei gratia archiepiscopi Spalatensis, egregii . . . . Ioannis Dandulo honorabilis comitis, et

[1] Menche = Mence.

nobilium virorum dominorum Philippi Duymi, Pervosclavi Johannis et Camurcii Franchisci iudicum . . . . ultimo augusti[1]. Providus et discretus vir Perusa Johannis Persone civis Spaletinus tamquam claviger et custos thesauri infrascripti ecclesiae . . . . sancti Dompnii positus et electus per consilium generale civitatis Spaleti et nomine ipsius communis et pro dicto communi, prout in reformatione ipsius consilii scripta

filii quondam Desiderati de Franchono de Tervisio notarius sua bona et spontanea voluntate et ex certa scientia et non per errorem, coram suprascripto egregio . . . . lohanne Dandulo comite Spalatensi, et me notario et testibus infrascriptis, facta primitus requisitione sigilli et solempniter de ipso thesauro et ipsius thesauri . . . . . . per dominum comitem antedictum. Inprimis quidem dixit et confessus fuit se habuisse et manualiter • recepisse . . . . . et ipsius . . . . dante et consignante crucem unam magnam argenteam, quae sepelitur die veneris sancta. Item crucem argenteam deauratam cum reliquiis de ligno . . . . in cristallo, quam dedit soror Duymi Gozolli. Item crucem argenteam deaiiratam, quam dedit Marinus Simonis. Item • crucem semiauratam et . . . . . . Item crucem argenteam deauratam. Item aliam crucem argenteam deauratam. Item crucem argenteam deauratam. Item crucem auream cum seph . . . . quae fuit domini Bernardi archiepiscopi et cum aliis lapidibus. Item cruciolam duplicem deauratam. Item filatam deauratam cum cristallo cum . . . . domini. Item crucem argenteam deauratam sine pede, quam dedit dominus Laurentius archiepiscopus. Item crucem argenteam deauratam cum reliquiis de ligno . . . . et de sepulcro sanctae Mariae, quam dedit Petenadia. Item crucem aeream cum sex cristallis. Item crucellam argenteam deauratam cum duobus brachiis. Item cruciolam cum uno cristallo et tribus pedibus. Item decem et novem crucillas parvas. Item crucem, in qua clavatus est crucifixus . . . . tres filatas . . . . cum Agnus dei et cum Maria. Item filatam cum imagine sanctae Mariae. Item filatam cum . . . . Ilite ex utraque parte et unam an . . . . . . cristallinam cum tribus foraminibus. Item unum cristallum cum circulo argenteo. Item triginta duos cristallos. Item tria capita parva. Item ampullam . . . . circumdatam auro et de perlis. Item duo brachia de argento deaurata. Item tres lampades argenteas ad opus levatum. Item unum zifum argenteum ad opus levatum. Item situlam argenteam ad opus levatum. Item naviculam argenteam. Item columbam argenteam cum reliquiis cum vestimento salvatoris. Item urceum argenteum deauratum ad opus levatum cum leoncello in manubrio. Item urceum ar-

[1] Kralj Ljudevit nastupio 21. jula na prijestolje. Ovdje bilježe 31. augusta „sede Ungariae vacante". Veoma vjerojatno, da je pogreška u ovom datumu.

genteum deauratum ad opus ievatum . . . . argenteam auri perfiiatam. in qua conficitur chrisma. Item duos urciolos argenti auro perfilatos. Item . . . . . . argenteum. Item annulum . . . . . . magno saphiro, quem dedit dominus archiepiscopus Petrus. Item annulum aureum sapphiro. Item annulum aureum . . . . iungitur duabus manibus. Item annulum argenteum deauratum cum . . . . pendentibus. Item cultellum cum manu . . . . Item sufinulam argenteam deauratam cum manubrio eburneo. Item duo candelabra magna argentea. Item tres spinulas . . . . • capitalia in capsa. Item caput argenteum deauratum de Christo cum reKquiis de sudario domini. Item caput sancti Dompnii cum brachiis et baculo pastorali. Item caput argenteum deauratum cum reliquiis sancti Dompnii. Item caput argenteum deauratum cum reliquiis sancti Anastasii. Item caput argenteum deauratum cum reliquiis sanctorum Laurentii et Vicentii. Item caput argenteum deauratum cum reliquiis sancti Johannis Babtistae. Item caput argenteum cum reliquiis sancti Jacobi apostoli-Item vasculum cum reliquiis sancti Stephani. Item caput argenteum cum reliquiis Innocentium. Item duos angelos argenteos deauratos tenentes capsulam de cristallo cum reliquiis de ligno crucis. Item mapuiam de platb, dei seta et frisatam cum friseo. Item unum cristallum circumdatum argentO' deaurato, in quo est de lacte virginis. Item capsulam argenteam deauratam cum uno cristallo, in qua sunt reliquiae sanctorum Philippi et Jacobi. Item unam lampadem minorem argenteam perforatam ad opus levatum. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Petri apostoli. Item unum cristallum circumdatum argento, in quo sunt reliquiae sanctae Mariae Magdalenae. Item unam anchonellam argenteam deauratam, in qua est de ligno crucis domini. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Dompnii. Item unam ampullinam de cristallo, in qua est de vestimento Tobiae prophetae. Item capsulam argenteam deauratam, in qua sunt reliquiae sancti Johannis Babtistae. Itern capsulam argemeam cum reliquiis sanctae Barbarae. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Martini. Item capsuiam argenteam, in qua est de sepulcro domini. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Laurentii. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Christophori. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Cosmae, et cum reliquiis sancti Bartholomaei apostoli. Item capsullam argenteam cum reliquiis sancti Blasii. Item capsulam argenteam cum reliquiis sanctorum Cosmae et Damiani. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Nicolai. Item capsulam argenteam cum reliquiis sancti Johannis os auri. Item capsulam argenteam cum reliquiis sanctae Elenae. Item capsuiam argenteam deauratam. Item capsnlam aeream. Item capsulam argenteam ad opus levatum cum reliquiis sanctorum Jacobi et Petri. Item capsulam argenteam cum reliquiis sanctae

Catharinae et sanctae Margaritae. Item capsulam argenteam cum reliquiis sanctae Mariae Magdalenae et sanctae Luciae. Item duas imagines argenteas cum reliquiis Innocentium. Item imaginem unam cum reliquiis Innocentium. Item anchonam copertam argento cum imagine angeli. Item sex anchonellas copertas argento. Item imaginem beati Dompnii cum reliquiis sanctorum Dompnii et Nicolai. Item imaginem beati johannis Evangelistae cum reliquiis eiusdem sancti Johannis. Item imaginem unam cum reliquiis sanctae Catharinae. Item vasculum cum reliquiis cum vestimento Salvatoris. Item baculum pastorale argenteum deauratum, quem dedit dominus archiepiscopus Spaletensis. Item crucem unam parvam cum pede de argento, et cum uno cristallo cum reliquiis de filato sanctae Mariae. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Jacobi apostoli. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Andreae. Item di£itum argenteum cum reliquiis sancti Luchae. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Blasii. Item digitum argenteum cum reliquiis sanctorum Gregorii, Cosmae et Damiani martyrum. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Bartholomaei. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Simeonis senis. Ttem digitum argenteum cum reliquiis sancti Pauli. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Simonis Judae. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Luchae. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Grisogoni. Item digitum argenteum cum reliquiis Jonae prophetae. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Gregorii papae. Item digitum argenteum cum reliquiis sancti Theodori. Item baculos eburneos quatuor. Item librum copertum argenteum deauratum. Item cruciolam argenteam deauratam sine pede, quam habet dominus archiepiscopus. Item duos urceos argenteos auro perfilatos, quod habet ipse dominus archiepiscopus. Item unum calicem argenteum deauratum, quem habet dominus archiepiscopus, quem Bertanus reliquit pro anima sua. Item sex libros copertos argento. Item crucem eburneam cum reliquiis et cristallo in pede. Item quatuor pixides eburneas. Item anchonellam eburneam. Item capsulam eburneam. Item duas capsulas eburneas. Item duodecim capsu'as eburneas minores. Item duos pe< tines eburneos. Item duas cruces aereas. Item infulam friseam pontificalem, quae fuit archiepiscopi Baliani. Item decem et octo calices de argento. Item thuribulum unum de argento deauratum. Item unam flachelam de argento deauratam cum uno sigillo subtus pedem. Item . . .'. . . . . .tellum sancti Dompnii in una pixide. Item unam anchonam magnam de argento super altare sancti Dompnii ad opus levatum cum imaginibus duodecim apostolorum. Item unum pluviale rubeum cum hsta frisi. Item unum pluviale album cum lista frisi. Item unum pluviale sanguineum cum lista frisi et quatuor pomis de argento. Item unum pluviale cum lista frisi.

Item unum pluviale rubeum cum lista frisi. Item unam pianetam rubeam cum lista frisi. Item strictam et dalmaticam rubeam cum lista frisi. Item planetam sanguineam cum lista irisi, quae est apud dominum archiepiscopum. Item strictam et dalmaticam sanguineam cum lista frisi- Item dalmaticam rubeam et strictam cum lista frisi. Item tres pannos de altari, unum cum lista frisi, et duos cum listis rubeis de samito albo. Item unum pannum ad aurum cum lista rubea. Item unum pannum de samito viridi. Item unam mappam viridem auro perfilatam. Item dalmaticam, planetam et strictam factas ad aurum. Item camesium cum stola, manipulum et cum amictu iriseo. Item pianetam de samito albo cum lista frisea. Item unam strictam ad aurum, et dalmaticam cum lista auri super campo rubeo. Item unam planetam ad aurum cum campo rubeo. Item planetam de samito rubeo frisatam ad aurum. Item dalmaticam et strictam de auro cum campo albo. Item unum calicem argenteum deauratum in una pixide. Item unam imaginem argenti parvam. Item unam crucem deauratam de argento cum quinque cristallis, in quo cristallo de medio est de fasciis Christi. Item unum drappum ab altare laboratum ad aurum, quem dedit Stanicha Silvestri. Actum in civitate Spaleti in praedicta ecclesia sancti Dompnii, praesentibus reverendo viro domino Dominico dei gratia archiepiscopo Spaletensi, domino Dessa archidiacono domino Lucha primicerio praefatae cathedralis ecclesiae Spaletensis, domino Theodosio Alberti, Petro Camurcii, Petrarcha Petri, Johanne magistri Zanae de Anchona, et Bonaventura notario iurato communis Spaleti, magistro Jacobo de Padua medico physico salariato dicti communis, et aliis pluribus testibus ibidem praesentibus. De quibus omnibus supradictis dominus comes mandavit mihi notario infrascripto, quod tria deberem conficere instrumenta unius et eiusdem tenoris secundum formam statuti, unum videlicet tenendum per dominum archidiaconum praedictum, aliud dandum sacristae antedicto, tertium reponendum apud unum bonum et legalem nobilem virum dictae civitatis.

L. signi not.

Ego Jacobus quondam domini Johannis de Corbellaris de Bononia imperiali auctoritate notarius et nunc notarius et officialis dicti domini comitis, et de ipsius mandato praedictis omnibus praesens et rogatus scribere plub. (!) scripsi, subscripsi, etc.

Farlati Illyr. sacr. III. 317—318.

7,

1342, 9. septembra. U Zadru.

Ivan Varikasa gradjanin zadarski daje Andriji Francuhću iz Petričana zemlju u Pelričanu, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indicione decima, die nono mensis septembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei. et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego Johannes filius Pauli de Varicassis ciuis Jadre concedo tibi Andree Frangulich uillano Cose Saladini ad Petricanum quatuor gognaios terre mee posite ad Petricanum ad pastinandum vineam et complendum cum uitibus et aliis neccessariis secundum consuetudinem et statuta Jadre usque ad quinque annos proxime futuros sub pena sex yperperorum; cui terre de quirina est terra mea dicti Johannis, de borea vinea Marini Andree de Matheo, de trauersa partim terra Michaelis de Botono et partim terra Sta[n]mani fratris tui dicti pastinatoris et partim Jacobi de Zauata, de austro vinea equidem dicti Jacobi et partim vinea Pelegrini de Vrsulino; quam terram confinatam debes bene de bonis uitibus pastinare et alia prout dictum est> et anno quolibet congruis temporibus bene putare semel, et bis zappare et omnia et singula bene et legaliter et studiose facere que circa predicta et quolibet predictorum fuerint facienda secundum consuetudines et statuta Jadre; et pro terratico mihi meisque heredibus et successoribus per te tuosque heredes et successores dare debes terciam partem tocius redditus et fructus exinde conductam ad ripam maris in barcham meam et tibi reliquas duas partes retinere; et quociens dicta uinea uendetur, tociens uenditor ipsius mihi unum arietem de soldis uiginti denariorum paruorum dare debet; de iure autem tuo exinde facies tuum ueile sicut de tuo proprio, iure meo predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Et promitto ego predictus Johannes per me meosque heredes et successores tibi predicto Andree tuisque heredibus et successoribus dictam terram cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Et ego dictus Andreas laudo et affirmo omnia et singula predicta et attendere promitto que debeo ex instrumento presenti super me et bonis meis omnibus, omni excepcione remota, nulloque pretermisso

obstante. Et hoc instrumentum est factum dicto Johanni de Varicassis, quia dictus pastinator habet simile instrumentum huic. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Nassis et Damiano de Miligosto, ciuibus Jadre et aliis.

Ego Blasius Michaelis Leonardi scripsi hoc instrumentum.[1]

Origlnal u arkivu sanwstana sv. Marie u Zaci.ru. a. 1342.

8.

1342, izmedju 24, septembra i 31. decembra.[3] U Zadru.

*Lom-pre de Soppe ustufia dug od **11** solda Zaninu de Peloso.*

[In Christi nomine amen. Anno injcarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione vndecima, ... [Jadre. Tempore] domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie et refuerendi patris domini Nicolai de Matjafaro decretorum doctoris, venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac [domini Johannis Sanuto] egregii comitis. Ego Lompre condam Johannis de Soppe, ciuis Jadre, facio tibi C^anino cqndam Cerni de Peloso, ciui Jadre, uigorem et robur de iuribus que habeo et habere possum de soldis vndecim grossorum uenetorum de parte vnius debiti soldorum quadraginta quatuor grossorum uenetorum contra bona olim Stephani de Ossesico, virtute vnius publici instrumenti cessionis iuris et actionis, scripti per magistrum Alexandrum condam V[go]Iini de Stella, notarium Jadre, sub anno incarnationis domini miJesimo trecentesimo trigesimo quarfto, indictione] tercia, die decimonono mensis octobris, facti de predicto debito soldorum quadragpnta quatuor] grossorum uenetorum per publicum instrumentum, scriptum per Micham de Zigalis, notarium Jadre, sub anno incarnationis domini millesimo trecentesimo sextodecimo, indictione quintadecima, die decimo mensis decembris, michi dicto Lompre a Volcinna olim Mauri de Sagatig[uo](?)[3], in quibus quadraginta quatuor soldis grossorum Helias de Sta[no], Jacobus Benedicti de Matafaro, Franciscus condam Marci . . .

. . . . Nicole. et tu dictus Zaninus posuistis nos. . . . . dicto Lompre, videlicet unusquisque uestrum in soldis vndeom. . . . . [pro]ut in actis maioris curie Jadre ple-

[1] Notar je potpisan sasvim na rubu manjim slovima bez znaka,

[2] Prema ind. Xi. može biti g. 1342. (ind. bed.) i g. 1343. (c. Flor.) Ime duždа Bartoia Gradonika upućuje nas na g. 1342. Sp. listinu od 12. oktobra i 26. decembra i list. od 22. januara 1342.

[5] Za cijelo »Sagatisa«.

nius continetur . . . . Zanino prestare promitto ad consequendum iura tua contra . . . . dictis vndecim soldis grossorum cum tibi fuerit oportunum . . . . virtute dictorum instrumentorum possis dictis vndecim soldis . . . . . • . . . . [ac]cipere cum effectu et omnia et singula facere occasione . . . . . . que ego dictus Lompre facere poteram ante pre . . . . tamen et cum hac conditione pro non ten . . . . dictis vndecim soldis grossorum in aliquo excalumpniare precio . . . . . . cessionis recepi a te dicto Zanino soldos vndecim grosfsorum] . . . . [here]des et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti . . . . . . Zanino hanc iuris cessionem et omnia suprascripta rata habere . . . . qualiter de iure uel de facto super me et omnia bona mea presentia et futura. Actum est hoc coram Cerne de Fafogna et Nicolao Miche de Zadul[inis], ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis, et aliis.

(Drugi mkopis).

Ego Michael de Soppe iudex examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Siluanus Francisci de Foroiulio, imperiali ac ciuitatis Jadre auctoritate notarius predictis interfui, ut audiui, rogatus [scri]psi et roboraui.

Original u gubem. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole br.-182. Desni rub odozgora i na tri mjesta, lijevi na dva, okrnjen.

9.

1342, 2. oktobra. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima pismo srpskoga kralja, da su brača Buntći driali sedam godina carinu zelsku i prizrensku i sve namirih.

Anno domini MCCCXLIL, indictione X., die secundo octobris.

Hoc est copia unius apovillie, scripte in sclavonesco, presentate coram nobili et potenti viro domino Johanne Foscareno honorabili comiti Ragusii et suo minori consilio sono campane more soiito congregato, presentate per Give Poli de Gondola, aprobate per ipsum dominum comitem et dictum eius consilium et precepte et mandate mihi S[offredo] vicecancellario, ut ipsam debeam ad cautelam registrare, primo reducta de lictera slavonesca in latinum per Jachem Nicole de Crosio notarium sclauonescum comunis de verbo ad verbum, cuius quidem copie talis est tenor, que quidem apovilia erat sigillata sigillo cere gialle cum figura regali intus sedenti et licteris circa sigillum.

Scrive lo regname al conte de Ragusa Phylippo Belegno et a giudesi e consillieri et a suita la comunitade de Ragusa. Sapiate, come tenne Marin de Bona col so fradello Micho tucti li mercadi de Centa et lo mercato de Preseren septe anni et collo de dio dato man de tucta raxon et si me pagan de tucto integramente et non mi remasen de niente debitori, et per cio si li a facto lo regname sigurta con questa grazia, che sian franchi da ogni debito del regname et da ogni rason picula e granda, sian franchi e de mo in avanti, che non alia che fare lo regname per essi per nessun debito, ma anche vadan sicuri e franchi colla grazia del regname, ed altre rasoni che fo disparte de li mercadi, in tucti si trovano giusti et pagatori, siche de mo inanzi nigum (!) per essi non abia che fare et questa grazia scrisse et fermo lo regname in vno luogo, che a nome Nerodimle, del mese de settembre abi X., di nel MCCCXL(II) stesso lo re comando col lettere grosse uermillie: Stepan crallio.

Ego Soffredus condam Parini de Pistorio vicecancellarius Ragusii scripsi et exemplaui ipsius apouillie de mandato domini comitis et sui minoris consilii et licteram test[imonialem] dicte apouillie, misse pro parte ipsius domini regis et presentatam per ipsurri Give slavonice hic appositam[1], sicud(!) venit, et sigillatam cum cera, quasi in medio intus sculpta una cimeria cum cruce, palla desuper, et super pallam ramos arbor[um]. Et dicta apouilia sigillata, ut dictum est, restituta fuit Marino predicto.

Diversa cancellariae knjiga g. 1341. u dubrovačkom arkivu. Pucić Spom. srp. II br. 19, 16.

10.

1342, 2. oktobra. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima ftismo kralja srpskoga, da je Ivo Bunić namirio sve u carine prizrenske i zetske.

Anno domini MCCCXLII, die secundo mensis octubris. Copia unius apovillie aprobate per dominum comitem et suum parvum consilium, scripte in slavonesco. sigillate cum sigillo cere pendentis, gialle, scul[p]te figure regie sedentis in sedia et translatate de sclavonesco in latiimm per Tache de Crosii cancellarium slavonescum comunis, de mandato "do-

[1] U knjizi je nema.

mini comitis et sui minoris consilii et exemplate per me Sjoffredum] iuratum vicecancellarium Ragusii.

Scrive lo regname e fa a savere ad ognuno, come fa gragia a Give de Bona. Come Give avea comperato de sparte delli fradelli li mercati del regname, ci e)a doana de Preseren e de Centa et cosi lo stanca lo regname, pero che de ogni cosa se spaca et franca de co che lo regname lo gercava e pago allo regname tutto de go clie allo regname doueua dare et de tucto quello debito se franco ch d ancoi manci, non abia per esso che fare lo regname per questo debito che auete col regname per li mercadi ne per altro facto ne per mercato ne per altro et de tutto 50 lo franca lo regname colla sua gragia questo Give stesso, che nessiino per esso non abia che fare et se alcuno se trovasse che volesse contrastare alla gragia e scrittura de regname, che sia distructo et disperso e che pago . .* a regname. Et questa gragia comise a scriver Nicola de Buchia in Prisiren, alli anni domini MCCCXLIL, del mese de septembre die ultimo.

Que quidem apovellia remansit et est apud dictum Give slavonesca et sigillata, ut dictum est, super literam non siavdnescam ad cautelam missam dicte apovellie sigillata hic apposita est in libro sicut venit.[2]

Diversa cancellariae knjiga g. 1341. u dubrovačkom arkivu.
Pucic Spom. srp. II br. 20, 17.

11.

1342, 9. oktobra. 0 Višegradu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuj'e darovnicu kralja Karla Roberta za posjed Cehe.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod Petrus filius Martini filii Ladislai de Rakonuk fidelis noster, pro se et pro Nicolao fratre suo vterino personaliter; item Johanne et Nicolao filiis Nicolai de eadem Rakonuk, ac Nicolao et Stephano filiis Abree similiter de eadem Rakonuk, fratribus suis petruelibus, cum procuratoriis literis magnifici viri Mykch bani tocius Sclauonie dilecti et fidelis nostri, ad nostre serenitatis accedendo presenciam, exhibuit nobis quasdam literas. excellentissimi principis domini Karoli, olim illustris regis Hungarie, ge-

[1] U samom originalu dvije točke.
[2] Danas neima.

nitoris nostri carissimi, recolende memorie patentes, hunc tenorem continentes: *fSii/edi tistina oel 6. oktobra 1331.).* Petens idem Petrus filius Martini suo. item Nicolai fratris sui vterini, Johannis et Nicolai filiorum Nicolai necnon Nicolai et Stephani filiorum Abre(!), fratrum suorum patruelium nominibus, nostram excellenciam humiliter et deuote, vt easdem literas prefati patris nostri presentibus inseri faciendo confirmare, de benignitate regia dignaremur. Nos siquidem peticionibus eiusdem iustis et iuri consonis regio cum fauore inclinati, toto tenore prefatarum literarum patris nostri patencium presentibus inserto, eatenus, quatenus predicte litere patris nostri super dicta possessione Chehy confirmatorie confecte, rite et legitime emanate existunt et prout eciam dicta possessio vere et iuste collata extitit, per patrem nostrum prenotatum, ipsis Petro et Nicolao filiis Martini, Johanni et Nicolao filiis Nicolai ac Nicolao et Stephano filiis Abree ipsorumque heredibus et successoribus confirmamus, presentes promittimus, vt in formam nostri priuilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum in Wyssegrad, quarto die octauarum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo CCCXL secundo.

Is originaine potvrde od god. 1354. u arkivu grofova Draškovic'a u Trakošcanu.
Laszowski Codex Turop. I doc. 53. p. 53.

12.

1342, 12. oktobra. U Ninu.

Notarski prijepis listine kralja Stjepana V. od mjeseca jula 1272., kojom se daje biskupiji ninskoj županij'a Luka.

Hoc est exemplum cuiusdam priuilegii regalis muniti quadam bulla magna pendenti de cera alba cum cordula sirici rubei et viridis; ab vno latere cuius bulle est scuipta imago regia sedens super regali chatedra tenens in manu sceptrum regale et circum circa predictam bullam sunt duo circuli litterarum huius continentie: f S. Stephani dei gratia Vngarie, Dalmatie, Crouatie, Rame, Seriue[1], Galitie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque regis; et ab alio latere est sculptus unus clipeus cum una cruce duplici in medio et in medio circuli crucis est unus circulus rotundus et desuptus pes(!) crucis est reuolutus cum duabus testibijs ser-

[1] Pisano: »Seruitio.«

pentium et circum circa latus est unus circulus litteram(!) huius continetie tenoris(!): Sigillum Stephani quinti quarti Belle regis filii. Cuius quidem tenor per omnia talis est: *(Slijedi listina kralja Sijepana od 25. juna g. 1272.).* Anno a natiuitate domini mihesimo trecentesimo quadragesirr.o secundo, indictione undecima, die duodecimo mensis octobris temporibus illustris domini Bartholomei Gradenico incliti ducis Venetiarum venerabilis patris domini Johannis dei gratia Nonensis episcopi, ac egregii viri domini Marchi honorabilis comitis None. Hoc exemplum sumptum ex autentico supradicto insinuatum fuit domino Marco Memo comite(!) supradicto, quem quia uidit, cognouit per ordinem in omnibus concordanter, ut eidem exemplo de cetero plena fides adhibeatur, suam auctoritatem interpqsuit pariter decretum, iubens in maiorem firmitatem presens exemplum sui et comunitatis None sigillis pendentibus munimine roborari. Actum None, presentibus venerabili viro domino Jurina Nonensi archidiacono, discreto viro presbitero Nicolao Lucig canonico et aliis pluribus ad hoc uocatis testibus et rogatis.

Iz kopijal. knjige XVII. vijeka: Privileggi di Nona. fol. 14.—18. u guiern. ark. u Zadru.

13.

1342, 21. oktobra. U Zadru.

Mihajlo de Cande gradjanin zadarski obvezuje se, da će vratiti kupljenu kuću Mihajla de Rosa istoinu, kadgod mu dade natrag cijenu te kuće.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione vndecima, die uigesimo primo mensis octobris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi f.adre, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Cum Michael Bogdani de Cande ciuis Jadre emerit a Michaele Mathei de Rosa ciue Jadre totam unam domum coppis et planchis copertam positam Jadre in confinio ecclesie sancti Siluestri (!) de Batutis iuxta suos confines precio ducentarum librarum denariorum uenetorum paruorum,. ut de ipsa emptione constat publico instrumento predictis millesimo anno, indictione et die manu mei notarii infrascripti facto, ideoque dictus Michael per se et suos heredes .et sucessores(I) solempni stipulatione se de gratia speciali obligando promisit dicto Michaeli

pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti, quod quandocumque dictus Michael uel sui heredes aut sucessores sibi uel suis heredibus aut sucessoribus precium restituerint antedictum, scilicet ducentas libras denariorum paruorum, antedictus Michael sibi domum dabit et restituet supradictam Iiberam et expeditam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis ac etiam instrumentum emptionis dicte domus incisutn et de nota(I) cancellatum. Que omnia et singula supra et infrascripta promisit dictus Michael ipsi Michaeli firma et rata habere et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii stipulanti promissa et refectione dampnorum(!),etexpensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presencia et fuctura(!) ; et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum pressentibus(l) Damiano filio Cressi; de Sloradis ac Michaele condam Damiani Pasque de Varicassis, ciuibus Jadre testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Michael de Soppe iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original 7i arkivu samostana sv. -Marije u Zadrii. a. 1342.

14.

1342, 5. novembra. U Zadru.

Braća RadosJav, Radoje i Radac iz Zemunika obvezuje se platiti Andriji de Slorado 50 libara za kupljena konja.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione vndecima, die quinto mensis nouembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Radoslauus et Radoi habitatores in Semelnico et Radag famullus infrascripti ser Andree, omnes tres fratres et filii condam Obradi et quilibet ipsorum principaliter in solidum per se et suos heredes et suces-

sores(!) sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando promiserunt ser Andree Uiti de Sloradis ciui Jadre pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti dare, soluere et numerare sibi uel suis heredibus aut sucessoribus uel alii pro eo suo iussu, cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuitate Jadre ad onmem ipsius creditoris uoluntatem et requisitionem quinqueginta(l) libras denariorum uenetorum paruorum in bona usuali et legali moneta curente in ciuitate Jadre, quos denarios confessi fuerunt et contenti eidem dare debere pro uno equo pili bay . . . . .runt et emerunt precio tocius predicte quantitatis. Quod si. . . . . .dictis loco et termino non dederint et non soluerint ut dictum est, promiserunt eidem persoluere atque dare quartum plus predicte quantitatis nomine pene stipulatione promissa et reffectione dampnorum et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presencia et futura, et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Vo[lentes insjuper dicti fratres, quod pro predictis omnibus et singulis dictus creditor poftest se t]enere ad quem ipsorum uoluerit in totum et parte reiterando sicut et quotiens uoluerit et sibi placuerit, ita, quod ab uno ipsorum asumpta certa quantitate a ceteris seu a quo ex eis uoluerit residuum asumere possit, donec sibi integraliter solutum fuerit et satisfactum de sorte, pena, dampno et interesse et expensis; item uoluerunt predicti pro predictis omnibus et singulis posse a dicto creditore uel eius procuratore in Ancona, Flumine, Segnia, Sibenico, Obroueg et alibi ubicumque locorum, terrarum et fori. ab eis uel eorum altero petitum fuerit et sub quocunque iudice ipsi uel eorum alter inuenirentur, realiter et personaliter insolidum capi, conueniri, coropelli, cogi, detineri et astringi efficaciter ad soluendum. Actum est hoc et firraatum presente Clemente Nicolai et Cressio filio Blasii de Cortisia, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Dmgi rukopis)..

Ego Gallus Cerni de Cande iudex examinator manum posui.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Orlginal na perg. u gubernijal. arkivu u Zadru odio samostana sv. Dnmtnika no. 715.

15.

1342, 6. novembra i 1347, 16. maja. U Lastovu.

Radi se o prodaji zemlje.

In dei nomine amen. Hec est copia cuiusdem uenditione(l) reperti(!) in libro comunis Laguste, scripti(I) manu dompni Andree de Scrina; tenor cuius talis: In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione decima, die sexto intrante mense nouembris, Laguste. Coram uobis subscriptis testibus ad hoc uocatis et rogatis ego quidem Rade filia Jacobi Debraica de Ragusio confiteor, quod vnam uineam et terram meam cum ficulneis et cum omnibus iuris(!) suis atque pertinenciis posita (!) in insula Laguste, in loco qui dicitur Podcholmec prope ecclesiam sancte Barbare, que confinat ex parte leuantis cum Belemiro Radenich et cum Jacobo Chrancouich, et ex parte ponentis cum vinefa] ecclesie sancti Cosme et Damiani et cum filiis Mileni, que uadit directam lineam usque ad summitatem fnontis vendidi et donaui Michaeli scolari pro yperperos(l) decem, quos dictos yperperos ab eo integre habuissem et recepissem, ut dictus Michael cum dei beneditione dictam vineam et terram cum ficulneis et cum omnibus suis iuris et pertinenciis habeat et possideat et teneat et inpeipetuum uelle suum faciat. Et ego dicta Rade me obligo super me et super omnia bona mea predictam vineam et terram cum omnibus suis rnris adque (!) pertinenciis cum iusticia defendere ab omnibus personis, que illam eidem Michaeli contra iustitiam columpniare(!) uolentibus(i). Hii sunt testes: Michalo(!) Grubenich, Ruzoe Presemirich et DesisIauo(!) Gerdomilich Et ista uendicio fuit preconigata per Ivanem (!) preconem comunis Laguste per loca solitaria.

Et ego Jacobus de Montealto comes Lauste mea manum misi.

(Signum not.}.

Et ego presbyter Petrus filius condam Nicolai Theotonici capellanus et iuratus notarius comunis Laguste prout inueni in dicto libro nil addens uel minuens preter punctum uel silebam(1), quod sensum uel substanciam irnmutet, sed de licencia, mandato et auctoritate domini Jacobi de Montealto comitis comunis Laguste ita hic fideliter copiaui et exemplaui et in puplicam(!) formam redegi, sub anno domini millesimo tercentesimo quadragesimo septimo. indictione decima quinta, die decimo sexto mensis madii. Actum Laguste, presentibus lacobo Gizlizich, Vidos Sledeieuich.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIV.

16.

1342, 18. novembra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim dijele Petar sin Stepkov i Kozma sin Vulčekov posjed kod crkve sv. Jurja u Toplici (Daruvar).

Nos capitulum Zagrabiensis eccle.sie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Stepk filii Stephani filii Spoth in nostri presencia personaliter constitutus retulit seriose, quod sicut ipse ad plenum et racionabiliter fuerat informatus, Thusk fuit frater uterinus predicto Spoth auo suo et ideo Anthonius filius Cosme filii Vulchk filii Thusk predicti in hereditate eiusdem Thusk debebat succedere, sicut ipse in hereditate eiusdem Spoth aui sui; verum quoniam ad presens non reperiuntur ad presens heredes eiusdem Thusk tantam porcionem habuisse in . possessionibus apud ecclesiam sancti Georgii de Thoplica quantam heredes predicti Spoth, idcirco idem Petrus possessionem metis infrascriptis distinctam et conprehensam tantum eidem Anthonio et Blasio sacerdoti fratri suo consensit et admisit cum hiis ad quos potest pertinere de iure aliquid de hereditate Thusk supradicti, recognošscens(F) idem Petrus dictam possessionem pertinuisse et pertinere ad heredes Thusk iam sepius nominati cum omnibus-suis vtilitatibus et pertinenciis in quibuscumque consistant pleno iure; prima autem meta supranominate possessionis prout nobis idem Petrus retulit seriose incipit in fluuio Thoplica supra Gradische ad iactum lapidis, ubi est transitus comunis per eundem fluuium et ab hinc procedit uersus meridiem ad montem circa quoddam nemus et peruenit ad vineam Ocrisel vocatam ultra viam publicam et ab hinc circa eandem vineam per viam publicam procedit uersus Zauorsiam et peruenit usque ad riuulum proximum ville de Zauorsia, per quem riuulum reflectitur supra usque ad caput eiusdem, deinde reflectitur ad ortum solis temporis yemalis et procedit usque terram Demesk dictam filiorum Laurencii de Pukur, ab hinc uertit se ad aquilonem et procedit circa metas terrarum dictorum filiorum Laurencii et cadit in fluuium predictum Thoplica, per quem fluuium siue eius meatum infra peruenit ad priorem metam ibique terminatur. In premissorum autem memoriam et perpetuam firmitatem presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in octauis beati Martini episcopi et confessoris, anno domini MCCCXL⁰ secundo.

Dva originala u arkivii jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1342.

Na prvom primjerku visi svilena vrvca jasno modre boje; na drugovi crvene i zute boje ; pečata nema.

17.

1342, 5. decembra. U Krku.

Gano sin Bellammame obvezuje se plaćati samostanu polovinu ulja i četvrtinu masla iz Nauglova.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1342., indictione X., mensis decembris die 5. intrante, Veglae in plathea coram et prope domum Bicelli, coram domino Nicoletto vicecomite, presentibus Proddo filio condam iudicis Francini. atque Thomasso dicto Giramonte, et aliis ad haec infrascripta convocatis specialiter et testibus rogatis. Ibique Mencus Johannes dictus Subi, Petrus, Quirinus et Blovigna fratres et filii condam Petri dicti Rayge, concesserunt, dederunt, et pro certo affictu et redditu infrascripto perpetuo locaverunt Ganno filio condam Beliammamae recipienti pro se, et suis heredibus et successoribus quendam neresium situm in contrada Nauglovi prope vineam Deodati de Cramaglia, et apud neresium iudicis Nicolai de Bella, et iuxta viam publicam, ut ibi dicebatur, et si qui alii forent sui confines, ad habendum, tenendum, possidendum et ad omnem suam suorumque heredum ac successorum utilitatem pleniter tt perfectam, ac voluntatem. Salva semper conditione infi ascripta, perpetuo libere gaudendum, ac de eo faciendum pro anima et corpore, prout deinceps sibi placuerit, cum omnibus et singulis iuribus, proprietatibus et pertinentiis eius, et cum accessibus et egressibus stiis usque in viam publicam, promittentes solemniter per se et eorum heredes et successores ipsi Ganno stipulanti pro se et suis heredibus ac successoribus huiusmodi dationem seu locationem semper firmam et raiam habere et tenere, dictumque neresium, vel possessionem pro se, suisque heredibus et successoribus ab omni homine et universitate legitime defendere et discalumniare temporibus universis. Et hoc ideo, quia e converso dictus Gannus, nomine affictus et redditus possessionis eiusdem promisit per se et suos heredes ac successores, mihi notario infrascripto stipulanti ex voluntate et consensu predictorum et singulorum omnium, Menchi(f), Johannis, Subi, Petri, Quirini et Blovigna nomine, et vice conventus fratrum Minorum de Vegla, et pro ipso convento, seu locco(!) dare et deferre ad dictum conventum, sive locum eorumdem fratrum, vel guard[iano] nomine eorum omni anno, tempore universo, medietatem totius olei facti tantumodo de olivariis veteribus, quod habebitur ex nunc inante ex dicto neresio, et post annos quatuor proxime futuros, annuatim tempore novo, modium vini boni musti. Quae omnia et singula super et infrascripta promisit una pars alteri, et e converso ad invicem

inter se stipulanti per se et heredes et successores perpetuo firma et rata habere, atque tenere, attendere et observare, et per se, vel alios non contrafacere vel venire aliqua ratione, vel causa seu ingenio, de iure vel de facto, sub pena quinque solidorum grossorum denariorum venetorum in singulis capitibus et terminis huiusmodi contractus insolidum premissa, et omnium damnorum et expensarum ac interesse litis et extra, et obligatione bonorum omnium utriusque partis, presentium et futurorum, qua pena semel vel pluries soluta aut non, hic presens contractus firmus semper existat.

Ego Nicolittus vicecomes praedictus manum misi.

(Signum not.).

Ego diaconus Joannes filius quondam Negovani Veglensis ecclesiae canonicus et imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui. eaque rogatus scribere scripsi, publicavi et corroboravi.

Copia estratta da] catastico delle scritture antiche del convento al nu-o 30.

Zbornik Bartoli p. 11.

18.

1342, 14. deeembra. U Višegradu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski vraća biskupu i crkvi zagrebačkoj prava, koja su uživali za predšasnika njegovih.

Nos Lodouicus dei gracia rex Vngarie significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis memorie commendantes, quod quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus per eandem apostoliceque sedis graciam episcopus ecclesie Zagrabiensis ad celsitudinis nostre accedens presenciam significare curauit querulose nostre maiestati, quod contra priuilegiatam libertatem dicte ecclesie per nostros progenitores graciose et salubriter eidem factam et dudum consensam efficacissimorum priuilegialium instrumentorum vigore mediante iuribus episcopalibus, omniurn decimarum, marturinarum seu omnium collectarum quocumque nomine nuncupatarum ac decimis omnium tributorum forensium et prouentus portuum, quantum videlicet limes episcopalis concludit ipsi domino episcopo plenarie et sine contradictione aliquali et dilacione persolui debencium per potencialem et indebitam detencionem idem dominus episcopus prorsus esset destitutus et priuatus, petens nostram excellenciam

humiliter supplicando, vt ipsa iura episcopalia intuitu diuine retribucionis eidem ecclesie Zagrabiensi ac ipsi domino episcopo de pietate regia reddere dignaremur. Igitur nos, qui ex officio nostri regiminis cunctas ecclesias regni nostri quarum patroni existimus speciales, quarumque oracionum suffragiis viuimus, prospera mundi tollimus et regnamus, visis litteris priuiiegialibus domini Stephani olim regis Vngarie aui nostri karissimi felicis memorie caractere auree bulle consignatis, libertates dicte ecclesie Zagrabiensis exprimentibus, eandem ecclesiam et eiusdem episcopum per pios progenitores nostros eidem concessis, volentes illesam et indempnem conseruare et de eius statu pacifico et tranquillo utique invigilare intendentes a modo et deinceps de pietate regia predicta iura dicte ecdesie episcopalia reddimus et restituimus ipsi ecclesie et eidem domino episcopo suisque successoribus plene et integre a modo percipienda et perpetuo possidenda. Itaque nullus hominum ad premissa iura dicte ecclesie Zagrabiensis et episcopalia a modo in antea suas manus extendere presumat, scilicet ipsam ecclesiam et episcopum eiusdem in eisdem iuribus suis iuxta priuilegiatam libertatem eiusdem quilibet homo quauis dignitate prefulgens pacifice perfrui et gratulari absque vlteriori inquietacione permittat. Volumus enim et nichilominus statuentes de plenitudine regie potestatis committimus, vt nullus dux uel banus tocius Sclauonie eandem ecclesiam Zagrabiensem in prenotatis suis iuribus contra premissam graciam et libertatem sibi et eius episcopo factam per nostros progenitores et per nos ex certa sciencia et de consilio prelatorum ac baronum nostrorum restitutis aliquatenus presumat molestare; in corporalem autem possessionem dictorum iurium episcopalium prefatum dominum episcopum per Rauaz aule nostre militem sub testimonio capituli ecclesie Quinqueecclesiensis fecimus introduci; et cum presentes nobis fuerint reportate in formam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum in Wissegrad, iii crastino festi beate Lucie uirginis, anno domini M° tricentesimo(l) XLmo secundo.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. hst. 12.
Kodeks 11 arkivu nadbiskupije u Zagrebu I. B. IX. no. 167.

19.

1342, 14. đeeembra. U Višegradu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski oslobodja kaptol zagrebačkt od svakih podavanja Medvedgradtt.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fideli suo magnifico viro Mykch bano tocius Sclauoniae salutem et graciam. Noverit vestra fidelitas, quod honorabile capituium ecclesie Zagrabiensis per virum discretum et honestum magistrum Jacobum prepositum eiusdem ecclesie significare curauit querulose nostre maiestati, qualiter contra libertatem dicte ecclesie per nostros progenitores gratiose et salubriter sibi factam et dudum concessam efficacissimorum privilegialium instrumentorum vigore mediante ad castrum Medvey per diversarum collectarum et exaccionum honere(!) videlicet vini, biadi et denariorum ipsa ecclesia. nimium foret aggravata et oppressa, petentes nostram excellenciam humiliter supplicando, ut ipsam ecclesiam ab huiusmodi indebitis, honerosis gravaminibus intuitu divine pietatis exhonerare(!) dignaremur, ab eadem oppressione dictam ecclesiam pio humero relevando. Igitur nos, qui ex debito noslri officii cunctas ecclesias regni nostri quarum patroni existimus favente divina clemencia speciales, quarumque oracionum suffragantibus meritis vivimus et regnamus, visis litteris privilegialibus domini Stephani olim regis Hungarie, avi nostri charissimi, felicis memorie, caractere auree bulle eiusdem consignatis, libertates dicte ecclesie Zagrabiensis exprimentibus, eandem ecclesiam in suis libertatibus per pios progenitores nostros eidem concessis volentes illesam et indempnem conservare, de eiusque statu pacifico et tranquijlo utique invigilare cupientes, amodo et deinceps de pietate regia ab exaccione premissarum indebitarum exaccionum liberam volumus fieri perpetuo prorsus et exemptam. Itaque vestre fidelitati firmissimis damus in preceptis, quatenus pretextu dictarum exaccionum viri, bladi et denariorum ac quorumvis victualium et serviciorum ad dictum castrum exhigendorum(f), a quibus videlicet eadem ecclesia ex gracia et pietate progenitorum nostrorum extitit liberata ab antiquo. nullatenus amodo inquietare presumatis et pariter aggravare, sed eandem ecclesiam pristina sua privilegiata libertate pacifice perfrui et gratulari, absque ulteriori inquietatione permittatis. Volumus enim et nihilominus statuentes de plenitudine regie potestatis committimus, ut nullus dux vel banus tocius Sclauonie eandem ecclesiam Zagrabiensem contra premissam graciam et libertatem sibi per pios progenitores nostros factam, et per nos ex certa sciencia

et de consilio prelatorum et baronum regni nostri ratificatam aliquatenus presumpmat molestare. In corporalem autem possessionem dicte libertatis ipsum capitulum Zagrabiense per Rawaz aule nostre militem fidelem et familiarem, sub testimonio hominis capituli ecclesie Quinqueecclesiensis fecimus introduci ; presentes autem dum nobis fuerint reportate in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in Vissegrad, in crastino festi beate Lucie virginis, anno domini millesimo tercentesimo quadragesimo secundo.

Iz prtjepisa Stj'epana prepozita peeujskoga od g. 1343.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. 1. 158.— 159.

20.

1342, 18. decembra. D Višegradu.

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski nalaže banu Mikiću, da štuj'e prava zagrebačke biskupije.

Lodouicus dei gracia rex Vngarie fideli suo magnifico viro Mykch bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Nouerit uestra fidelitas, quod venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus per eandem apostoliceque sedis graciam episcopus ecclesie Zagrabiensis ad celsitudinis nostre accedens presenciam significare curauit querulose nostre maiestati, quod contra priuilegiatam libertatem dicte ecclesie per nostros progenitores graciose et salubriter eidem factam et dudum concessam efficacissimorum piiuilegialium instrumentorum vigore mediante iuribus episcopalibus omnium decimarum, marturinarum seu omnium collectarum quocumque nomine nuncupatarum ac decimis omnium presencium tributorum et prouentus portuum, quantum uidelicet limes episcopalis concludit ipsi domino episcopo plenarie et sine contradictione aliquali et diiacione persolui debencium per potencialem et indebitam detencionem idem dominus episcopus prorsus esset destitutus et priuatus, petens nostram excellenciam humiliter supplicando, vt ipsa iura episcopalia intuitu diuine retribucionis eidem ecclesie Zagrabiensi ac ipsi domino episcopo de pietate regia reddere dignaremur. Igitur nos, qui ex officio nostri regiminis cunctas ecclesias regni nostri quarum patroni existimus speciales, quarumque oracionum suffragiis viuimus, prospera mundi tolimus et regnamus, visis litteris priuilegialibus domini Stephani olim regis Vngarie aui nostri karissimi felicis memorie caractere auree bulle sue consignatis libertates dicte ecclesie Zagrabiensis exprimentibus, eandem ecclesiam et

eius episcopum in suis libertatibus per pios progenitores nostros eidem concessis, volentes illesam et indempnem conseruare et de eius statu pacifico et tranquillo utique inuigilare intendentes, a modo et deinceps de pietate regia predicta iura dicte ecclesie episcopalia reddidimus et restituimus ipsi ecclesie et eidetn domino episcopo suisque successoribus plene et integre a modo percipienda et perpetuo possidenda. Itaque vestre fidelitati firmissimis damus in preceptis, quatenus ad premissa iura dicte ecclesie Zagrabiensis et episcopalia a modo in antea nullatenus manus uestras extendere presumatis, set ipsam ecclesiam et episcopum eiusdem in eisdem iuribus suis iuxta libertatem priuilegiatam eiusdem pacifice perfrui et gratulari absque ulteriori inquietacione permittatis. Volumus enim et nichilominus statuentes de plenitudine regie potestatis committimus, vt nullus banus uel dux tocius Sclauonie eandem ecclesiam Zagrabiensem in prenotatis suis iuribus contra premissam graciam et libertatem sibi et eius episcopo factam per nostros progenitores et per nos ex certa sciencia et de consilio prelatorum ac baronum nostrorum restitutis aliquatenus presumat molestare; in corporalem autem possessionem dictorum iurium episcopalium prefatum dominum episcopum per Rowoz(!) aule nostre militem sub testimonio capituli ecclesie Quinqueecclesiensis fecimus introduci; et cum presentes nobis fuerint reportate, in formam nostri priuilegii easdem redigi faciemus. Datum in Wissegrad feria quarta proxima post festum beate Lucie virginis, anno domini MCCCXLII».

Iz kodeksa: Liber privil. episc. Zag. list. 13.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I B. IX. 167.

21.

1342, 26. decembra. U Zadru.

Vučinja de Matafaris prodafe Demetriju de Matafaris arcidjakonu zadarskom zemlje svofe u Bibanju.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione undecima, die uigesimo sexto mensis decembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego Vulcigna condam Guidi de Matafaris ciuis Jadre, uendo tibi domino Demetrio de Matafaris archidiacono Jadrensi, fratri meo, infrascriptas terras et possessiones meas positas in Bibano, que reddunt mihi quartum pro terratico, videiicet in primis terram gognaiorum quatuor in qua est vinea Brato}' uillani Thomasii de Petrico, cui de austro est terra heredum Nicolai de Sagarella, de trauersa via conuicinalis, de borea vinea quorumdam uilanorum monasterii sancti Nicolai monialium de Jadra, et de quirina partim mare et partim maceria pertinens dicte terre mee; item terram in qua est vinea Radouani uocati Tusta gognaiorum quinque, cui de austro est terra et vinea domine Jacobfine] uxoris Michaelis de Bothono, de trauersa via publica, de borea sunt uites heredum Chersceuani et de quirina mare; item medietatem meam terraticorum pro indiuiso cum uxore Jacobi Gregorii de Sloradis, per medietatem cui de austro est terraticum supradictum, de trauersa via publica, de borea sunt terratici predicte domine et de quirina mare; vt deinceps predictas terras meas et terraticum et possessiones predictas cum omnibus earum pertinenciis et iuribus tu predictus dominus Demetrius habeas et ex eis facias tuum uelle sicut de tuo proprio. Hoc per pactum expresso et hac condicione apposita in contractu, quod tu dictus dominus Demetrius tenearis de dictis et pro dictis terris et possessionibus meis ad fationes et honera(l) comunis Jadre et ad omnia alia secundum statuta et ordinamenta Jadre. Precio cuius uendicionis ego predictus Vulcigna recepi a te predicto domino Demetrio ducatos sexaginta boni auri et iusti ponderis. Promittens ego dictus Vulcigna per me meosque heredes et successores tibi predicto domino Demetrio tuisque heredibus et successoribus dictas terras, possessiones et terraticum cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona, collegio et uniuersitate super me et bonis meis omnibus, omni excepcione remota, nulloque quidem pretermisso obstante. Et ego dictus Demetrius archidiaconus Jadre laudo et affirmo omnia et singula predicta et attendere promitto que debeo ex instrumento presenti super me et bonis meis omnibus, omni modo quo melius et firmius esse potest, omni excepcione remota, nulloque quidem pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Mauro de Cossica cancellario et ciue Jadre et Cresouano precone et castaldione preconum Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Franciscus Johannis de (Jadulinis iudex examinator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Blas.ius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarjus et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1342.

22.

1343, 13. januara. U Zagrebu.

Ustanovljuje se način pobiranja đdča u gradu Zagrebu.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie universis presencium noticiam habituris, salutem in domino Jesu Christo. Dudum inter nos et cives Grecenses quedam fuerant exorte discordie, inter cetera super exaccione nostri tributi in monte et territorio eorumdem, super quo tandem cum ipsis civibus devenimus ad concordiam, sicut declarat articulus in litteris communitatis Grecensis, quas habemus, positus in hec verba: Nec ad querelam quorumcuinque solvencium tributa nos intromittemus, ymmo discussioni eiusdem capituli totum relinquimus et ad ipsum transmittemus querelantes. Et ut omnis controversie materia in hac parte tollatur de medio, per iudicem et cives Grecenses sepius requisiti, in hiis scriptis declaramus, qualiter debeat ipsum tributum et a quibus exigi, ut de hoc ipsi cives certificati facilius possint evadere, si qui fuerint querelantes. Ante omnia enim dicimus, quod ipsum tributum regale estet sic generaliter se ad omnes extendens, nosque ipsum ex collacione regia optinemus cum validissimis regalibus instrumentis, et ideo ad solucionem ipsius, modo infrascripto, omnes et singuli obligantur, qui.a solucione eiusdem canonibus vel legibus aut per regale privilegium emanatum ante collacionem ipsius nobis factam vel eciam per nostras litteras non reperiuntur exempti. Primo igitur de singulis curribus ballarum cum mercibus honeratis, non disligatis, Zagrabie transeuntibus, quocumque et undecumque per territorium ipsorum Grecensium vel nostrum, prope Zagrabiam, debentur nostris tributariis duodecim denarii boni banales. semper subintelligendo de huiusmodi denariis, quorum septuaginta ad plus, valeant unum de auro puro florenum vel ducatum. Exigitur eciam tributum ordine inferius distincto de animalibus et rebus aliis venalibus, que transeunt vel ducuntur per Zagrabiam vel circa quocumque, semper tamen previa racione. Item, de curribus ballarum, qui ducuntur ad montem Grecensem, sive castrum, quorum merces vel ex eis alique vendicioni exponuntur, tributum hoc modo solvetur: Primo, videlicet de singulis peciis panni scarleti, niedius ferto argenti puri. Item, de pannis aliis vel rebus quibuscumque et in quocumque consistant, seu' cuiuscumque precii existant, precedat communis estimacio in loco vendicionis conpetens, qua facta, de singulis marcis valoris talium rerum et mercimoniarum recipiantnr duo. Item, de singulis curribus ponderatis quocumque blado, singuli sex denarii a ven-

ditore et similiter ab emptore; et hoc idem duplicatum tali modo semper subintelligatur in omnibus et singulis rebus infrascriptis specialiter vel generaliter subintellectis. Puta, si dicitur de bove unus denarius vel de ove obulus, tunc intelligitur, quod ipse denarius vel obulu? primo a venditore debetur et tantumdem ab emptore, et sic de similibus de maiori et minori quantitate. Item, de singulis ponderibus equorum cum blado quocumque, duo denarii. Item, de singulis baculis cere, singuli denarii; et de singulis stariis salis ac singulis peciis ferri seccati, quomodocumque deferantur, singuli obuli. Item, de singulis curribus cum vino honeratis(l), duo denarii. Item, de singulis curribus piscium recencium, sex denarii. Item, de singulis, curnbus piscium salsorum, duodecim denarii; et si usones fuerint, de singulis, sex denarii. Item, de singulis corosnis piscium magnorum, duo denarii, et de minorum unus denarius, ac de singulis corosnis cancrorum, obulus. Item, de quolibet equo, sex, et equa, quatuor denarii. Item, de singulis ponderibus hominum cum tela vel panno communi et similibus, duo denarii; et si maius vel minus fuerit, pro rata valoris talium, recipiatur tributum. Item, de singulis bobus, raccis, vitulis vel iuvencis, singuli denarii. Item, de minoribus animalibus singulis quibuscumque, obulus; ymmo eciam de singulis porcis maioribus, denarius, et de minoribus singulis, sicut medii anni et infra, obulus ; ac de singulis corosnis porcellorum obulus. Item, de cutibus animalium domesticorum et silvestrium, singuli denarii vel obuli, consideracione talium habita secundum maius et minus, prout fuit alias consvetum. Item, de singulis ydriis mellis, obulus; de edis tamen, qui cum matribus ad forum ducuntur, usque festum ascensionis domini, nichil pro tributo petatur. Item, de singulis tunicis et paliis virorum vel mulierum panni grisei, obulus; de aliis vero tumc's et mantellis maioris vel minoris valoris, considerata panni qualitate recipiatur tributum circa hec, prout fuit et alias consvetum. Item, de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum, ad pondus hominis, recipiantur singule mensurelle sive metretelle, sicut fuit alias consvetum. Item, de caseis, de fructibus, de filis, de lino et aliis rebus similibus vel dissimilibus in substancia vel qualitate tollatur tributum, sicut fuit alias consvetum. Item, de quolibet curru asserum. unus asser; de quolibet curru plancarum, denarius vel obulus, pensato valore talium secundum maius et minus, semper previa racione; de aliis vero lignaminibus ad edificia competentibus vel necessariis ad quecumque utensilia intranea vel extranea, de singulis curribus, obulus; maxime cum huiusmodi lignamina ut plurimum de nostris silvis ducantur. Item, quilibet suam vitam^ducens cum aliqua arte vel magisterio," sive sit tabernator potus cuiuscumque, sive pellifex, aut lucifigulus cum similibus tenetur solvere pro

tributo annuatim ad festum nativitatis domini quinque denarios, et simi-Hter ad festum resurreccionis eiusdem, et eodem modo ad festum beati regis Stephani; quia si alique res, superius non expresse, ducantur undecumque et in quocumque consistant, de quibus quasi ignotis non recolebatur tributum fuisse receptum, quandoque de rebus huiusmodi ignotis vel non consvetis valor atendatur, et sic habita estimacione condigna comuni, pars centesima recipiatur pro tributo in denariis, consideracione habita valoris denariorum, ut supra; et si solventi placuerit de eiasdem rebus partem centesimam nostris tributariis exsolvat. Hoc eciam asserimus, quod nostri tributarii adinstar tributariorum domini nostri regis possunt et debent, ubi eis necesse fuerit, sive in monte Grecensi, sive alias, inpedire res et bona mercatorum, qui eis ad solvenda tributa obligantur, que ex superioribus racionibus approbatur. In premissorum autem testimonium presentibus sigillum nostrum fecimus aponi. Datum in octavis Epiphanie domini, anno eiusdem MCCC quadragesimo tercio.

Original u arkivu zagreb. kaptola. Ima i Liber stat. cap. Zagrab. p. I cap. XII.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 36.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 159.—161.

23.

1343, 22. januara. U **Zadru.**

Marin. de Paulo gradjanin zadarski posudjuje od Franje de Grisogonis 6 dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indicione vndecima, die vigessimo secundo mensis ianuarii, Jadre. Temporibus equidem domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Marinus Pauli Viti de Paulo ciuis Jadre contentus et confessus fuit se emisse, habuisse et recepisse a Francisco olim Bartholomei de Grisogono ciue Jadre ducatos sex boni auri et iusti ponderis pro libris . sedecim denariorum paruorum precio viginti grossorum venetorum pro quolibet dictorum ducatorum. Quare idem Marinus per se suosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando promišit dicto Francisco pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti dictas libras sexdecim denariorum paruorum dare, soluere et numerare sibi uel suis heredibus aut successoribus uel alio pro eo suo iussu, cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuitate Jadre uel alibi ubicumque locorum ab eo petitum fuerit sine lite et excepcione aliqua in bona usuali et legali moneta absque omni periculo ad omnem petitionem seu requisitionem dicti Francisci sub pena quarti et omnium expensarum, interesse litis et extra, et pena soluta uel non, presens instrumentum nichilominus ratum maneat. Pro qumus omnibus et singulis firmiter attendendis et obseruandis obligauit eidem se et bona sua omnia presencia et futura, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dessa marinario, Guercio et Merchocello milite Semelnici et aliis.

(Drugi rukopis).

j Ego Franctscus Johannis de Cadolinis iudex examinator manum misi.

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et signo meo ac nomine roboraui.

(Signum not.).

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru. a. 1342.

24.

1343, 28. januara. U Zadru.

Na dražbi prodaju se dvije zemlje pokojnog Cvitana Macevića na otoku sv. Mihalja.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indicione undecima, die uigesimo octauo mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Testificor ego Cresouinus Jadrensis curie preco, quod de mandato predicti domini comitis et iudicum Jadre incantaui per plateas et alia loca consueta Jadre per unum mensem et ultra, ut moris est, ad petitionem Nicolotte relicte Sturnelli ut procuratricis Georgii fratris sui, infrascriptas terras et vineas olim Ciuitan Maceuich positas in insula sancti Michaelis de Monte in dvjobusclappis infra hos confines: Nam uni ckppo vineato de borea es'c via

pubiica, de quirina sunt vinee Petri condam Cresii de Qaduiinis, de trauersa et austro est vinea Andree de Sloradis; alteri uero ciappo non vineato de quirina sunt vinee supradicti Petri, de austro et trauersa et borea sunt vinee et terre supradicti Andree ; in quas terras dicta Nicolotta, ut procuratrix supradicti Georgii fuit posita per tribunum curie in pagamentum et possessionem pro execucione cuiusdam sentencie iudicum maris (!), in qua comissarii supradicti Ciuitani fuerunt dicte procuratrici[s] nomine quo supra sentencialiter condempnati et fuerunt dicti vicini requisiti de dictis confinibus per dominum Michaelem filium Michaelis Jacobi de Zadolinis iudicem predecessorem . . . . torum . . . . contenti fuerunt coram ipso de predictis confinibus. . . . . .ut premittitur. Et facta relatione a dicto domino Michaele olim iudice domino Danieli de Varicassis iudici infrascripto, predictos vicinos de predictis confinibus . . . ram ipso domini Michaele olim iudice ita esse, ut premittitur, et notificato de dicto incantu per ecclesias et alia loca consueta Jadre et etiam notificacione facta de ipso incantu his in conscilio generali Jadre, nec non obseruatis omnibus aliis que debent et consueuerunt per statuta, consuetudines et ordinamenta Jadre in huiusmodi incantu obseruari, predictas terras, vineas cum omnibus eorum pertinenciis et iuribus de mandato predicti domini comitis et iudicum Jadre infrascriptorum dedi, uendidi et deliberaui die dominico feriato sub logia magna Jadre dicto Andree de Sloradis ciui Jadre pro libris uiginti quinque denariorum paruorum, nemine exinde plus nec etiam tantum dare uolente. Quas libras uiginti quinque denariorum paruorum dictus Andreas soluit predicte Nicolotte, ut procuratrici dictl Georgii.pro debito in dicta sentencia contento librarum quindecim denariorum paruorum in una parte et soldorum uiginti grossorum in alia parte seu in ratione solucionis dicti debiti. Quare plenam habeat potestatem dictus Andreas cum heredibus et successoribus suis de dictis terris confinatis in duobus clappis predictis cum omnibus earum pertinenciis et iuribus faciendum de cetero suum uelle sicut de suo proprio, nulla persona ualente sibi in aliquo contrafacere aliqualiter aliquando. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Clemente condam Nicole de Clemente et Grisogono filio Blasii 'de Cortissia, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopisi),

Ego Johannes Sanuto chomes(!) Jadre manu mea scripsi.
Ego Matheus de Nassis iudex Jadre manum misi.
Ego Daniel Miche de Varicassis iudex Jadre manum misi.
Ego C°'lus de Soppe iudex Jadre me subscripsi.

(Signmn not.j

Et ego Blasius Michaeiis Leonardi imperiali autoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubemij. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 716.

25.

1343, 31. januara. U Zadru.

Kreiovan glasonoša občine zadarske očituje, da je firodao na draibi komad zemlje Andrije sina Radoševa u Potoku Bogdi de Boo-de.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indicione vndecima, die feriata festi sancti Marci euangeliste, vltimo mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Testificor ego Cresouinus comunis Jadre ministerialis iuratus et preconum castaldus, quomodo, cum predicto domino comiti et tunc iudicibus presentata fuisset ac per eos admissa ex infrascripta legiptima(f) causa secundum formam statuti de rebus et possessionibus vendendis ad incantum capitulo: Sane, cedula incantus huius tenoris: Ad peticionem magistri Desse marangoni prothomagistri incantatur et plus offerenti per incantum deliurabitur(l) vna pecia terre oliuate posite in confinio Riui, que est Andree Radoscii de Sextanne; cuius bii dicuntur confines: De trauersa est terra monasterii sancti Nicolai, de austro terra Stanislaui filii Ratcho, de borea est via publica et de quirina est terra dicti Andree; et hoc pro euidenti debito ducatorum vndecim et grossorum quinque et expensis in quibus dictus Andreas fuit dicto Desse per consules sentencialiter condempnatus, et in qua terra fuit dictus Dessa per tribunum curie positus in pagamentum et possessionem. Et facta dicto Andree presentacione denariorurh ad domum ipsius, terram ipsam infra statutum terminum non redemit. Atque cum per dominum Michaelem Miche de C^a^dulinis tunc iudicem de commissis supradicti domini comitis et aliorum cordudicum iuxta formam supradicti statuti postulatum et inquisitum esset a supradictis qui habent possessiones in confinibus datas, vtrum dicta possessio esset, ut supradictum, confinata, et per eundem dominum iudicem inuentum esset et domino comiti et coniudicibus reportatum ipsam ter-

ram esse, ut supradicitur confinatam. de mandato supradicti domini et tunc iudicum ipsam terram iuxta dicti formam statuti et secundum dicte cedule tenorem per plateam bis diebus singulis diebus dominicis per ecclesias ciuitatis Jadre in dicto statuto nominatim expressas, dum celebrabantur missarum solemnia et quando erant populo (!) pleniores, incantaui per vnum mensem completum et vltra dictam cedulam patenter ferens in manibus precona voce dicens, quod dicta terra deliuraretur per incantum plus danti, nec non deliurationem dicte terre denunciaui in duobus generalibus consciliis iuxta formam cuiusdam ordinamenti super hoc editi infra mensem predictum. Et cum nullus appareret qui de ipsa terra se daturum offerret plus Bogde condam, Grisogoni de Bogde, qui de ipsa se daturum promisit libras sexaginta quatuor paruorum, tandem dicto mense completo denunciaui dicto Andree, quod dicta terra deliurari debebat die feriata festi sancti Marci predicti. Et" cum nullus dicto incantui et eius deliurationi se opponeret, predictam terram de mandato supradicti domini comitis et eius iudicum infrascriptorum in presentia domini Mathei de Nassis vnius ex ipsis iudicibus, cui deliuratio huius incantus a prefato domino comite et reliquis ipsius domini Mathei iudicibus commissa fuit, deliuraui die supradicto in logia magna Jadre asixtente (!) ibidem personarum multitudine copiosa solemniter ex causa vendicionis Bogde supradicto, prefato domino iudfce eundem Bogde baculo inuestiente de ipsa terra, ut moris est, pro precio librarum sexaginta quatuor denariorum venetorum paruorum predictarum. De quo precio dictus emptor soluit et dedit dicto creditori dictos ducatos vndecim et grossos quinque venetorum et expensas secundum continenciam sentencie supradicte; residuum uero soluit et dedit dicto quidem Andree, prout ipsi contenti et confessi fuerunt. Et quia predicti dominus comes et iudices inuenerunt dictum Dessam creditorem fuisse in possessione dicte terre tempore principii incantus, durante incantu et tempore deliurationis presentis, nec non nteruenisse et concurisse in dictis incantu et eius deliuratiore cmnia et singula que ex forma statuti, ordinamentorum et consuetudinum Jadre debent interuenire et concurrere in huius incantibus et eorum deliurationibus, ideo predicti dominus comes et iudices de predictis fieri iusserunt publicum breuiarii instrumentum ad predicti emptoris cautelam. Que omnia et singula supradicta tibi infrascripto notario uera esse testificor coram Michaele de Soppe et Laurentio de (^ambonino, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopisi).

Ego Johannes Sanuto chomes(!) Jadre manu mea scripsi.(!)

Ego Matheus de Nassis iudex Jadre manum missi.

Ego Daniel Miche de Varicassis iudex Jadre manum missi.

Ego Coilus de Soppe iudex Jadre me subscripsi.

(Signum not.).

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1342.

26.

1343, 8. februara. U Požegi.

Požeški kaptol prepisuje svoju listinu od 30. juna 1338., kojom Benča prodaje posjed PridiSinac Leukusu sinu Petra iz Vrbove.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod anno domini M°CCC°XL° tercio, sabbato proximo ante octauas festi purificacionis beate virginis, nobilis vir magister Leukus filius Petri de Wrbua ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes in facto possessionarie empcionis,' quondam porcionis Benche filii Thuchen in possessione Piydissinch vocata existentis confectas, petens nos humili precum cum instancia, vt ipsas litteras nostras et totam formam earundem de verbo ad verbum transcribi et in formam nostri priuilegii redigy(!) facere dignaremur. Quarum scilicet litterarum nostrarum 'patencium tenor talis est: *(Slijedi listina od 30. juna 1338.).* Nos igitur iustis et legitimis ac condignis peticionibus prefati magistri Leukus filii Petri et iusticie annuentes, ipsas litteras nostras non abrasas **non** cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, de verbo ad verbum, totamque formam earundem presenti nostro priuilegio inseri fecimus transcribendo. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum die et **anno** domini supradictis.

Originat u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.659. — Stara signatura: N. R. A. Jasc. 1597. no. 33.

Na listini visi žuta i croena vlaknata svilena vrvca bez pečata.

27.

1343, 18. februara. U Čazmi.

Kaptol čazmanski popisuje medje posjeda Kanevice, koji su medj'u-sobno podijellh Benko i Beke smovi Scivilana i Nikola sin Isova.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Benedictus et Beke filii Scyuilan; item Nicolaus filius Ysou per nuncium ipsorum specialem a nobis cum instancia postularunt, ut ad videndam diuisionem ipsorum qaam inter se ex linea proximitatis facere debebant de possessione eorum Kaneuicha nuncupata, vnum ex nobis ad eosdem pro testimonio destinare curaremus, quorum peticionibus iustis et condignis annuentes, magistrum Mathyam socium et concanonicum nostrum ad premissa videnda in medium eorum duximus transmittendum, qui qujdem socius noster vnacum Benedicto et Nicolao supradicfis ad nos rediens nobis dixit, quod iidem nobiles in presencia et testimonio eiusdem ac omnium vicinorum et commetaneorum eorundem, et specialiter de consensu et permissione Myklini filii Matheus inibi similiter coram ipso astantis plenam et equalem diuisionem de possessione ipsorum memorata fecissent et eciam ordinassent, quam inviolabiliter et inconcusse voluerunt et assumpserunt inter se et inter eorum heredes obseruare tali modo: Quod pars prefate possessionis a parte occidentis cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub metis infrascriptis distincta cessit in ius et proprietatem Benedicti et Beke predictorum in filios filiorum pacifice iure perpetuo possidenda et habenda. Mete autem porcionis predictorum filiorum Schyuilan(!) prout idem socius noster supradictus, ut est premissum, presentibus vniuersis vicinis eorumdem absque vlla contradiccione in scriptis nobis demonstrauit hoc ordine distinguntur: Prima videlicet meta incipit in puteo sub uilla et cadit in fluuium Kaneuicha et per eundem fluuium descendit uersus meridiem per magnum spacium et venit infra vbi intrat quidam fluuius vocatus Dunaych, inde per predictum fluuium asscendit per magnum spacium et peruenit ad vnam arborem harast cruce signatam, deinde asscendit per eundem fluuium et peruenit ad quendam puteum qui uocatur Subkoquca(l), ab hinc ad montem per dumos spinarum circa viam et per eandem viam asscendit versus septemtrionem ibidem peruenit ad metam terream, inde reflectitur versus aquilonem per uiam in longo spacio et venit ad duas piri, inde descendit per uallem et venit per arbores byk et cadit ad fluuium Kaneuicha et per eundem fluuium eundo peruenit ad caput

eiusdem fluuii, inde reflectitur uersus orientem supra ad montem et peruenit ad arbores tul cruce signatas, que sunt circa antiquam viam, uadit in bono spacio et peruenit ad pontem terreum, inde declinat ad dextram partem circa metas Matheus filii Cheh, asscendit ad montem et peruenit ad tres arbores tul, deinde uertitur infra et peruenit ad quandam vineam et circa eandem eundo peruenit ad quandam valiem et per ipsam vallem descendendo peruenit ad quendam riuulum Wezelk vocatum, ab hinc asscendit ad montem per dumos et peruenit ad magnam viam et per eandem descendendo peruenit ad alium riuulum, per quem asscendit et venit ad arborem gertian, deinde ad montem vbi est arbor tul secus viam et per eandem viam descendit in longo spacio et cadit in predictum fluuium Kaneuicha, per quem descendendo in bono spacio peruenit ad priorem metam et sic terminantur; villam uero ipsorum, in qua residenciam habere dignoscuntur, communiter possidebunt sicut in antea habuerunt. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sub appensione nostri sigilli auctentici(l) communitas. Datum et actum feria tercia proxima ante festum kathedre beati Petri apostoli, anno domini millesimo CCC°XL° tercio.

Original u kr. ugarskom drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.186. — Stara signatura: Acta monast. Garigh. fasc. 1. no. 19.
Na listim visi o crvenoj, zelenoj i žtitoj vrvci pečat.
Na hrptu savremena nota: »Metales ad Bekethynez«.

28.

1343, 23. februara. U Zadru.

Marčica i Draiica mati i kči posudjujii od Jakoba Lj'ubavca tn dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem xnillesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indicione undecima, die uigesimo tercio mensis februarii, Jadre.. Tempore domini Andree Danduli incliti ducis Venetie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuti egregii comitis. Confitemur nos Marcica Ue[n]drigula filia condam Martini capellarii et Drasica eius filia de uoluntate dicte matris mee, Jadrenses, rios emisse et recepisse a te Jacobo filio Georgii Lubafci ciue Jadre ducatos tres boni auri et iusti

ponderis pro soldis quinque grossorum,. videlicet pro grossis uiginti quemlibet dictorum ducatorum. Quos soldos quinque grossorum nos predicte Marica(') et Drasica per nos nostrosque heredes et successores nos obligamus et promittimus dare et soluere tibi predicto Jacobo tuisque heredibus et successoribus hic Jadre absque omni periculo et questione usque ad festum pascatus proxime futurum sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super nos et bonis nostris omnibus ; et super alteram nostrum in solidum, ad quam te tenere uolueris de omnibus et singulis predictis sicut et quociens uolueris reiterando ubique locorum et specialiter Ancone et Hobrouag, et pena soluta uel non, presens tamem instrumentum pro modo predicto firmum sit omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dminach Radouani et Johanne condam Missani, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Federicus Filipi de Grisogonis iudex examinator manum misi.

(Signum not.).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarpc: P. no • 79.

29.

1343, 26. februara. (U Zagrebu.)

Ivan župan zagrebački vraća Lukaču Vlčakovu i Vidu Vratislavovu fiodložnicima gradskim fiosj'ed u Trebešinu.

Nos magister Johannes comes Zagrabiensis significamus tenore prepresencium quibus expedit vniuersis, quod cum quidam accusassent Lucasium filium Wlchyak et Vidonem filium Wratislay iobagiones castri, quod ipsi vnam possessionem, porcionem videlicet Rodyk filii Trebese aui ipsorum Lucachii et Vydonis ad castrum pertinentem pro se occupassent et occupatam indebite detinerent, quam possessionem volebamus ad castrum occupare; qui Lucachius et Vyd ex aduerso responderunt, quod dicta possessio fuisset et esset eorum hereditaria; tandem nos per mandatum magnifici viri domini Mykech bani tocius Sclauonie domini nostri conuocatis omnibus iobagionibus castri siscitando fideliter recepimus fuisse et esse dictam possessionem in Tre-

besyn vocata dictorum Lukachii et Vidonis. Vnde nos ipsam possessionem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis ex officio nostro prout nobis incunbere dinoscitur per tramitem iuris et fidedignas personas rescientes veritatem supradictis Lukachio et Vidoni, per eos eorum heredibus statuimus et assignauimus pacifice perpetuo possidendi et habendi, mbagionibus ad hoc per nos datis Mykech filio Kelemis et Iwano fllio Bogdani existentibus. Datum in die cinerum, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio,

Iz origmalnos^ prijepisa župana turopoljskog Ivana od 29.jula 1427.

Potonji prijepis 11 arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1343.

Laszowski Cod. Turopoljensis I. doc. 54. p. 54.

30.

1343, 27. februara. U Četvrtku.

Stjefian žufian Moravča i Stj'epan sin Simuna zeviski žufian dosudjuju fiosjed Zitomir Iva?iu i Grguru sindvima Tatara.

Nos magister Stephanus filius Jan comes de Maroucha et castellanus de maiori Kemluk, nec non Stephanus filius Symonis comes terrestris de eadem Maroucha memorie commendamus tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos in sede nostra kathedrali, scilicet in Chuturtukhel vocata sedebamus cum nobilibus et ignobilibus eiusdem, Paulus sartor filius Mathei exhibuit nobis litteras domni nostri magnifici viri Mykch bani tocius Sclauonie, in quibus vidimus contineri, ut idem Paulus postulasset a domino bano quandam particulam terre seu possessionem Sytomeryafew vocatam, vt ipsam terram eidem Paulo statueremus, si contradictor nonesset; tandem perlectis litteris domini e contrario surexerunt coram nobis Iwan et Georgius filii Tatar et premissam possessionem, quod eciam resciuimus ex plena certitudine a nobilibus et ignobilibus eiusdem, ex relacione ipsorum vnanimo consensu affirmantes dictam terram predictis filiis Tatar esse hereditariam per manus violentum ab ipsis alienatam, tandem nos auditis assercionibus omnium, ex consensu beneplacito vniuersorum prouincialium de Maroucha premissam possessionem terris arabilibus. vineis, fenetis, siluis ceterisque suis vtilitatibus et pertinenciis ad eahdem donauimus, contulimus atque statuimus iure hereditario prefatis Iwan et Georgio filiis Tatar et per eos eorum heredibus heredumque suorum

successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, posidendam pariter et habendam, nullo vero contradictore obstante, cuin bona voluntate omnium vicinorum et commetaneorum suorum, cuius meta dinosceretur a parte orientis a metis Dissolch est magna via in vertice montis per quam itur. de Zelna. In cuius rei memoriam et plenariam certitudinem perpetuamque firmitatem et nobilitatem(!) presentem paginam eisdem concessimus nostris sigillis appensionibus consignatas munimine roboratas. Datum in Chuturtukhel, feria quinta proxima ante dominicam inuocauit, anno domino millesimo CCC°XL° tercio.

Iz prestide Ivana de Kaple kraljevskog suca od 2. septembra 1393. Original te prestide nalazi se ti arkivti jugoslavenske akademije u Za^rebu.

31.

1343, mjeseca februara.

Pleme Babonića i Stjepana primorskoga bana sklapa mir s gradom Senjom.

In nomine sanctae trinitatis et indiuiduae unitatis. Uniuersis Christi fidelibus tam modernis quam posteris praesens scriptum inspecturis. S[tephanus] partium maritimarum banus una cum ciuibus Scenyensibus quorum nomina sunt: Radoh, Wolchyna, Thomas Scernik, Krichko, Michouel filius Radoynic, insuper cum omnibus ciuitatis eiusdem habitatoribus salutem in vero saiutis auctore. Universitati vestrae patefacimus quod, cum super inimicitiis inter nos, videlicet inter generationem Babonik comitis et Stephani bani et populum Scenyensem exortis iuxta Templarios per praeceptum domini regis ita, quod nostris peccatis exigentibus utraque parte multis mortuis inultisque in exercitu interfectis vehemens dispendium sustineremus, nos Sjtephanus] banus cum Scenyensibus mutuum colloquium haberemus, divina favente clementia unanimiter desiderauimus, ut eiusdem inimicitiae voraginem extingueremus, et ut esset post.triste roalum gratior ipsa salus post tantas inimicitias, cum nostris successoribus inseparabilis fraternitatis coniuncti vinculo simul viveremus perpetuo. Verum tamen, ne nostrum laudabile desiderium, ne etiam nostrae pacis inviolabile vinculum per aliquod posterorum inutile discidium aliquo modo possit revocari in irritum, nos iudices et consiliarii Scenyensis communitatis cum tota nostra communione diieximus, quod nunquam a perpetuitate pacis formatae secede-

remus. Jmo si per peccata nostra inimicitiam recordantes eliminatam, homicidium in generatione comitis Babonik et Stephani bani perpetraverimus vel etiam in aliquibus in praefato exercitu cum ipsis per praeceptum regium extitis, quingentas marcas argenti persolveremus S[tephano] bano et germano suo Babonik comiti in eotidem communi iudici, praeterea intantum fraternitatem nostram confirmavimus, quod gi alicui nostrarum duarum partium scilibet vel parti Scenyensi vel generationi comitis Babonik et Sftephano] inimicitia, qiiae dicitur vulgarice wrasda aliunde immineret, altera pars tanquam fratribus de omni domo sue generationis per collectam quinque denariorum regalium wrasdam persoluere adiuvaret, si vero aliquo modo cuiuslibet partis istam collectam hora competente dare negligeret illos V. denarios, coactus per suam generationem cum pena centum denariorum consequenter exhiberet. Insuper si alicui parti ingrueret necessitas vel generationibus Babonik et S[tephano] vel generationibus Scenyensibus cum exercitu vel sine oportunum esset, altera pars omnimodum consiiium et auxilium omni dilatione postposita conferret; siquidem si aliqua partium hoc facere negligeret alteri parti cum sua generatione, L romanatos persolveret, denique, ut huius fraternitatis compago nobis et nostris posteris in aeternum permaneat inviolabilis, nos Scenyenses concives in palacium cum duobus stachucis et cum vna vinea bona Sftephano] bano et suis successoribus libere et quiete absque omni contradictione perhemniter possidendum contulimus; generationes vero comitis Babonik et S[tephaniJ haec sunt: Filii Race de quibus[1] confirmatione pacis interfuit Gemizina; Ladyhovych, de quibus interfuit Drazimich; Koranychanych, de quibus interfuit Bogdan Witez ; Hutinyanim, de quibus interfu[i]t Chervey; Bonyanim, de quibus interfuit Radigoz. Testes siquidem huius serici sunt: Capitulum Zagrabiense, capitulum fratrum de Toplica, capitulum Templariorum, nobiles de Chroacia, Karolus de Corbauia, Jacob de Lika, Nemanya de Busach, Lampert de Geizka, nobiles ultra Gozd, Mare filius Brocun[2], Jaroslaus, Andreas filius Petri de Pezhet, Wlchez et Strezelav[3] de Glochoh, Nedeiko et Strahoan et ceteri quam plures. Tandem, ne pia bene operantium gesta per decursus temporum liturari valeat vulpina versutia, nos utriusque partis actores causa testimonii certioris inscribi fecimus praesentem paginam sigilli communitatis Scenyensis et etiam sigilli Sftephani] bani muniminibus roboratam, anno ab incarnatione domini MCCXLIFL, mense februarii. Ultimo non praetermittitur, quod si aliqua causa inter duas partes exorta fuerit, iudices

[1] Očito ima slijediti: »pro«.
[2] Brocun?
[3] Strczelav?

non indicantur, nisi unus de communitate Scenyensi aiius de generatione Babonik comitis et S[tephani] bani.

Iz Thalloczy: Die Geschtchte der Grafen von Blagay p. 39.—40. Idem: Cod. comitus de Blagay p. IV.—L VI. koji Je kako veli, priopćio ovu listimi po originalu; nu po svim indicijama je to u najboljem slučaju loša poznija kopija.

32.

1343, 2. marta. U Zadru.

Samostan sv. Marij'e daje nekim svoj'im podloinicima čitavo selo u naj'am u Bibanj'u.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione vndecima, die secundo mensis marcii, Jadre. Temporibus equidem domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafarro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Religiose et honeste domine Pellegrina et Nisa vicarie monasterii sancte Marie monialium Jadre de uoluntate et assensu ceteraram sororum seu monialium dicti monasterii nec non cum uoluntate et assensu nobilis viri Federici de Nassis ciuis Jadre dicti earum' monasterii aduocati dederunt, concesserunt et locauerunt Danieli condam Suberini castaldo infrascripte ville, Dragano condam Tholse. Gostisse condam Borici, Radoslauo condam Jurgii Nouacich, Andree condam Prefcho, Radoyo Sertinich, Gregorio condam Cosme, Drugosio Dragoeuich et Stephano condam Pribci, omnibus iobagionibus dicti earum monasterii in Bibano totam villam dicti earum monasterii ibidem in Bibano cum omnibus et singulis iuribus et pertinenciis dicte ville et cum omnibus terris, aquis, pratis, siluis, pascuis et nemoribus et omnibus et singulis dicto monasterio nomine et occaxione dicte ville modo aliquo pertinentibus; ad affictum, censum siue pensionem ad omnimodam dictorum uillanorum et eorum heredum et successorum uoluntatem, utilitatem, comodum et profectum, hinc ad quatuor annos proxime futuros. Pro affictu, censu siue pensione tocius prefate ville dicti iobagiones per se eorumque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando promiserunt dictis dominabus vicariabus uel earum successoribus dare et soluere hic in Jadra singulis dictorum quatuor annorum in festo omnium sanctorum quilibet eorum libras sex denariorum paruorum sub pena quarti pro quolibet eorum et refectione

omnium dampnorum et expensarum interesse litis et extra; et pena soluta uel non, presens nichilominus instrumentum ratum maneat. Promittentes insuper dicti iobagiones colligere omnes oliuas siue arbores oliuarum, que sunt in circuitu dicte ville omnibus eorum expensis et dare medietatem omnium predictarum oliuarum exinde collectarum dicto monasterio, obligantes ad hec dicti iobagiones se et bona eorum omnia presentia et futura. Promittentes insuper dicte domine vicarie per se earumque succesitrices (!) dictis iobagionibus pro se eorumque heredibus et successoribus stipulantibus et recipientibus totam predictam villam per totum predictum tempus quatuor annorum predictorum cum omnibus suis iuribus et pertinenciis excalumpniare et deffendere, ab omni homine et persona in ratione super se et bonis dicti monasterii omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Gresano condam Brathoy castaldo dicti monasterii in Petricano et Dissigna Dmincich de Pago et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Simeon Biualdi de Botono iudex examinator examinaui.

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui. scripsi et signo meo ac nomine roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru. a. 1342.

33.

1343, 6. marta. U Četvrtku.

Pred županom Moravča i kastelanom Maloga Kalnika dosudjuj'e se komad zemlje Adamu sinu Jakoba.

Nos magister Stepha[n]us f[ili]us Aian, comes de Moroucha et castellanus de minori Kemluk, necnon Stephan[us] filius Simonis comes t[er]rest[ri]s de eadem Moroucha significauras uniu[er]sis, quib[us] expedit presencium per tenorem, quod nos ex precepto seu mandato magnifici uiri Mykhc(!) bani tocius ScIavo[n]ie domini nostri, tam nobilibus, quam iobagionibus castri in eadem provincia existentibus secundum iusticiam regni cuilibet ipsorum possesionem restituere deberemus; tandem comes Adam filius Jacobi Andreafm] filium Uisclau et Pichanum homines castrenses ad nostram presenciam citaverat super quanda[m] particulam terre, in qua ipsi manebant, quod esset ipsius hereditaria, quo termino adveniente idem Andreas con(!) Pichano in nostri pre-

sencia et tocius provincie comparentes confessi sunt, ut predicta particula terre est superius nominati Adam; presentibus probis et honestis viris, videlicet Jacobo filio Vencezlai, Juan et Georgio filiis Tatar, Johanne filio Mondek, Juan filio Simonis, Endrei filio Mikou, Irecleno(!) filio Bogdasclau; item ex parte castrensium Petreno villico, Gregorio filio Vgrini, Micaele filio Ysac, Juan filio Petrisa, Gredehc filio Bane, Vido filio Vlcho, Ivanko filio Dobko, Egidio filio Stephani et aliis quampluribus. Nos vero visa iusticia supradicti Adami, eandem terram sibi statuimus et nostris literis confirmavimus et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribns irrevocabiliter cum omnibus utilitatibus ad eandem particulam terre pertinentibus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem eidem Adamo presentes concessimus sigillorum nostrorum consignatas munimine roboratas. Datum in Chetretekhel, feria quinta proxima post dominicam invocavit, anno domini M°CCC°XL, tercio.

Falsifikat XV. stolj'eća na pergameni u kr, ugar, držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 3560. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1683. no. 1. Vldl se trag, gdje su visjela dva pečata. ' Pismo je XV. stoljeda, ah imitira pismo i kratice XIV. stolj'eća, ipak ne sasvim konsekventno.

Nagy Cod. dipl. Andeg. IV. p. 303.—304.

34.

1343, 11. marta. Pod Kalnikom.

Pred Nikolom kastelanom Velikog Kalnika i Ivankom zemskim iupanom prodaju Grgur sin Benediktov, Malčec sin Dragonj'e komad zemlje i vmograd Ivanku sinu Joninom.

Nos magister Nicholaus filius Nicholay castellanus de maiori Kemluk, ac Iwanko filius [ohannis terrestris comes eiusdem castri memorie comendantes vniuersis presencium per tenorem, quod constitutis(i) coram nobis personaliter Gregorius comes filius Benedicti et Malchech filius Dragone iobagio castri eiusdem a parte vna^ Iwanko autem filius Jonas ex altera, iidem predicti Gregorius comes cum Malchech quandam particulam terre eorum ad tres dietaš inferius curiam eiusdem Iwank constitufam cum omnibus suis vtilitatibus dixerunt et confessi sunt vendidisse pro vna marca denariorum bonorum banalium eidem Iwankono filio.J.onas et per eum suis heredibus heredumque suorum.

successoribus iure perpetuo possidendam et habendam, cum voluntate omnium vicinorum suorum; qui dixerunt dictam vnam marcam ab eodem Iwank integraliter recepise; cui meta incipit a parte orientis a metis Petres filii Petri ab arbore cherfa cruce signata et meta terrea circumfusa, de eodem vero descendit ad occidentem et cadit ad fossam molendini Petres et per ipsam fossam ascendit et cadit ad riuulum Wyzoka, per quem ascendit et venit ad metas eiusdem Iwank ibique terminatur. Item conparuerunt coram nobis personaliter Wlchko filius Wlchizlay a parte vna, Iwankono autem filio Jonas ex altera; idem Wlchko quandam vineam suam sitam in monte contra ecclesiam sancte trinitatis cum omnibus suis vtilitatibus dixit et confessus est vendidisse pro sex pensis denariorum bonorum banalium eidem Iwankono filio Jonas et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo tenendam, possidendam et habendam, nullo contradictore obstante, cum voluntate omnium vicinorum suorum; cui meta incipit a parte orientis sunt commetaney Guren fiHus Wlchey et Salamone filio Crachun et Woyno filio Ivan, et a parte vero meridionale(l) est meta filiorum Crachun vsque siluam ad partem occidentis, et a parte vero aquilonis est commetaneus idem Wlchko; presente autem Isan filio Woyn nostro pristaldo, Marcus filius Wlchoch, Gureno filio Wlchey, Salamone filio Crachun, Johanne filio Martini nostro centurione atque aliis quam pluribus iobagionibus de Kemlek. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes eidem Iwankono concessimus nostris sigillis consignatas munimine roboratas. Datum sub Kemluk, feria tercia proxima ante festum beati Gregori pape, anno domini MCCCL° tercio.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1343.

Na listini vise o uzicama od fergamene dva malena okrugla pečata, koji su prilično oštećeni.

35.

1343, 13. marta. II Pečuhu.

Kaptol peiuj'ski izvješćuje kralja o pravicama kaptola zagrebačkoga. po koj'ima. ne ima kaptol doprinosih kakve daće za Medvedgrad.

Stephanus prepositus Quinqueeclesiensis, Colocensisque ecclesie ellectus et capitulum eiusdem ecclesie Quinqueecclesiensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris,

salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie voiumus pervenire, quod nos litteras patentes serenissimi principis domini Lodouici dei gracia illustris. regis Hungarie, per honorabilem et discretum virum dominum Jacobum Zagrabiensem prepositum nobis exhibitas recepimus honore cum decenti in hec verba: *(Slijedi listina od 14. decembra 1342.)* Nos igitur preceptis eiusdem domini nostri regis obtemperare cupientes, ut tenemur, unacum predicto Rawaz aule regie milite, homine regio, unum ex nobis discretum virum magistrum Stephanum socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus ad premissa mandata ipsius domini nostri regis exequenda. Qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, qualiter ipsi feria sexta proxima ante festum beati Valentini martyris nunc preterita accessissent ad civitatem Zagrabiensem, et quia ipsum capitulum Zagrabiense contra eorum libertates in multis, ut premittitur, videlicet in exaccionibus bladi, vini et denariorum ad dictum castrum Medwey per officiales domini Mykch bani tocius Sclauonie prenotati; item in exaccione tributorum per eundem dominum Mykch banum in tenutis eiusdem capituli in locis diversis, specialiterque apud ecclesiam omnium sanctorum prope Zagrabiam minus iuste factam. Item eciam in exaccione tributorum salis et cere per cives Grecenses contra tenorem privilegiorum ipsius capituli commissa; item qualiter officiales domini, domini Mykch bani, in singulis annis tributum unius diei ad dictum capitulum pertinens, in predicto castro Grecensi ad libitum ipsorum voluntatis pro se ipsis exegissent; item in eo, qualiter comes Zagrabiensis similiter in singulis annis de vino decimali ad dictum capitulum pertinente unam tunellam vini potencialiter in conchis sive locis decimalibus Zagrabie recipi faciebat, oppressi fuissent et aggravati, idem Rawaz homo ipsius domini nostri regis presente predicto nostro testimonio invenisset. Ideo ad preceptum regium et mandatum coram multitudine nobilium et civium Grecensium ac aliorum hominum ad hoc specialiter vocatorum iuxta prescriptarum litterarum patencium ipsius domini nostri regis tenorem indebita et iniusta fore publice nunciasset et sic irrita et inania ac nullius stabilitatis esse, quantum ad introducciones eorumdem salvo iure dicti capituli in eisdem remanente. Introducentesque ipsum capitulum Zagrabiense in plenam et liberam possessionem omnium et singulorum premissorum suorum iurium in quibuscunque consistant iuxta contenta privilegiorum a progenitoribus eiusdem domini nostri regis concessam capitulo antedicto. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras privilegiales maioris sigiili nostri et authentici munimine roboratas. Actum anno ab incarnacione domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, tercio idus

mensis marcii. Datum per manus discreti viri magistri Johannis lectoris ecclesie nostre antedicte. Districtis viris magistro Paulo cantore, domino Georgio custode, magistro Petro Orodiensi dicto, decano' ecclesie noslre predicte, ceterisque quampluribus in eadem ecclesia nostra nobiscumi iugiter deo famulantibus et existentibus.

Original г1 arkivu kaptola zagreb. fasc. 1. no. 7. Pečat otpao. Tkatćić Mon. civ. Zagrab. I. 161. — 163.

36.

1343, 24. marta. U Zadru.

Marija udova Madija de Mulo iz Zadra prodaje Gjuri i Krešantf-podanicima samostana sv. Marije u Petričanu folovinu svoje zemlje.-

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indicione undecima, die uigesimo' quarto mensis marcii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego Maria relicta Madii de Muto ciuis Jadre uendo tibi Gresano et Georgio fratri tuo filiis condam Brathoy uillanis sancte Marie ad Petricanum medietatem meam trauersalem gognaiorum circa quindecim terre munde et petrose posite ad Petricanum in vaile sancti Vigilii a parte boree ecclesie sancti Vigilii; que possessio est circumdata maceriis, et si plus est de dicta mea medietate illud plus cedat in hac uendicione absque precii addicione; vt deinceps uos predicti fratres de dicta parte mea dicte possessionis cum omnibus suis pertinenciis et iuribus possitis facere uestrum uelle sicut de uestro proprio. Precio cuius uendicionis ego predicta uenditrix recepi a uobis predictis fratribus soldos uiginti grossorum. Promittens ego dicta uenditrix per me meosque heredes et successores tibi predicto Gresano et dicto Georgio fratri tuo uestrisque heredibus et successoribus dictam medietatem meam trauersalem dicte possessionis cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Cui medietati mee trauersali dicte possessionis de quirina est aiia medietas heredum Petri Pelegrini, de trauersa est via publica, de borea gay sancte Marie et de austro pasculum monasterii sancte Marie predicte.. Actum est hoc et firmatum

coram hiis uocatis et rogatis testibus. scilicet Micha becaro condam Helie et Dragoslauo condam Georgii Braidrusich, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

j Ego Simeon Biualdi de Botono iudex examinator examinaui.

(Signitm not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1342.

37.

1343, 25. marta. U Avignomi.

Benedikt XII papa premješta J-akoba biskupa (anadskoga na biskupiju zagrebačku г preporuča ga oblastima i narodu.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Jacobo episcopo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Quam sit onusta dispendiis, quam plena periculis. quantaque discrimina secum trahat diutina ecclesiarum vacatio, solicite considerationis indagine perscrutantes, libenter operarias manus apponimus et studium efficax impertimur, ut viduatis ecclesiis, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit et ecclesiarum ipsarum utilitas persuadet, nunc per simplicis provisionis officium, quandoque vero per ministerium translationis accomode pastores preficiantur ydonei et ministri providi deputentur, qui exemplo operis et doctrina verbi tam gregi dominico quam ecclesiis eis commissis preesse utiliter valeant et prodesse. Nuper siquidem Zagrabiensi ecclesia pro eo vacante, quod nos venerabilem fratrem nostrum Ladislaum episcopum olim Zagrabiensem in archiepiscopum Colocensem electum, licet absentem, a vinculo, quo ipsi Zagabriensi(!) ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Colocensem ecclesiam, tunc vacantem, duximus transferendum, perficiendo(f) eum ipsi Coloconsi ecclesie in archiepiscopum et pastorem. Nos attendentes, quod nullus preter nos hac vice de ipsius ecclesie Zagrabiensis provisione se intromittere poterit pro eo, quod nos diu ante vocationem(!j huiusmodi ipsius ecclesie Zagabriensis provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc vacantium, et vacaturarum inantea per translationes per nos tunc factas et inantea faciendas de prelatis earum ubilibet constitutis, ad alias

cathedrales ecclesias tunc vacantes et imposterum vacaturas ordinattoni et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: ac ad provisionem ipsius ecclesie Zagabriensis celerem et felicem, ne prolixe vacationis detrimenta sentiret, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam ad preficiendum ipsi ecclesie personam utilem ac etiam fructuosam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc Cenadiensem episcopum, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam altissimus insigiiivit, et quod Cenadiensi ecclesie hactenus Iaudabiliter prefecisti, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte Zagabriensi ecclesie, quam gregi dominico eiusdem salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo ipsi Cenadiensi ecclesie cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam ecclesiam Zagabriensem transferimus, teque ipsi prencimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem eiusdem Zagabriensis ecclesie tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad prefatam Zagabriensem ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod, dirigente domino actus tuos, prefata Zagabriensis ecclesia per tue industrie ac circumspectionis fructuosum studium regetur utiliter, et prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus, auctore domino, suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Zagabriensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, curam et administrationem predictas sic geras sollicite, fideliter et prudenter, quod ipsa Zagabriensis ecclesia sponso perutili et fructuoso administratori gaudeat se commissam. ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque, preter retributionis eterne premium tibi a đomino proventurum, nostrum et dicte sedis benedictionis et gratie merearis continuum percipere incrementum. Datum Avinione, VIII. kalendas aprilis, anno primo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Zagabriensis, clero et populo civitatis et diocesis Zagabriensis, vassallis ecclesie Zagabriensis, Ladislao episcopo olim Zagabriensi in archiepiscopum Colocensem electo et Ludovico regi Ungariae etc. ut in aliis supra, verbis competenter mutatis. Datum ut supfa.

*Theiner Mon. Hist. Hung. I. no. 976. p. 652.—*653. — *Iz reg. orig. an. I. lib. I. com. fol. 51.*

Fejer Cod. dipl. Hung. IX. I. p. 116.—117.

*

38.

1343, 27. marta. U Zadru.

Georgij'e svećenik sv. Marije de Rača, predaje Bratoji Radovanovw vinograd u Obrovcu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indifctione] vndecima, die uigesimoseptimo mensis martii, Jadre. Tempore domini Andree Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego presbiter Georgius sancte Marie de Racha, consentiente huic ueneditioni domina sorore Lipa abbatissa monasterii sancti Nicolai de Jadra, et nobili uiro Petro de Matafaro aduocato dicti monasterii, uendo tibi Bratogio Radouani uillano. dicti monasterii ad Hobrouag, totam unam meam vineam, positam ad Hobrouac. ibi, super terram dicti monasterii, que reddit quartum pro terratico eidem monasterio tocius redditus et fructus exinde, conduct[um] ad barcham dicti monasterii annuatim ad Bibanum. De qua vinefa] est circa unum gognaium; ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit faciendum sicut de tuo proprio, iure dicti monasterii predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Precio cuius uenditionis ego dictus uenditor recepi a te dicto emptore libras tres. denariorum paruorum. Promittens ego dictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam vineam cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus, Cui vinee de borea est vinea Bilsce et Slanogne, de quirina Ratcich Veselch . . . . de austro Laurentius et de trauersa potoch, omnes in terra dicti monasterii. Ac[tuml est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Petr[o] Craicananci et Barthe Berses sartore,. filio condam Georgii, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Franciscus Johannis de C[a]dolinis iudex examinator тапипг misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et: Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole- no: 185.

39.

1343, 3. aprila. U Zagrebu.

Matej sin Matije prodaje pred Ivanom županom zagrebačkim svoj vmograd kod sv. Kate u Dubrancima Marku Stanomiroviću.

Nos magister Johannes comes Zagrabiensis significamus omnibus quibus expedit vniuersis, quod cum Mathey filius Mathye cum nepotibus suis, videlicet filiorum(!) fratris sui vterini ab una parte, ab altera uero Mark filius Stanomery cum domina Lucia vxore sua coram nobis personaliter constituti, idem Mathey vineam suam magnam, quam hic. in monte beate Katherine cum terra eiusdem Mathey circumdatam dixit et confessus est se vendidisse, tradidisse et assignasse eidem Marko **cum** dicta domina Lucia vxore sua tenendi, uendendi, donandi uel quomodoconque(l) liberam habeant facultatem, pro quatuor marcis denariorum bonorum banalium, quas se dixit ab eisdem pienarie recepisse, integraliter et habere, tali modo, quod si quis ante deciderit superstiti, dicta vinea remanebit. In cuius rey (!) memoriam presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum feria quinta ante dominicam ramispalmarum, anno domini M° *CCC°* quatragesimo tercio.

Original ti kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 32.989. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 135. no. 17.

Na listini visi ci~vena svilena vrvca bez pečata.

Laszowski Cod. Turop. I. doc. 55. p. 55.

40.

1343—1344* **19.** aprila. U Zadru.

Jakob de Fera daj'e Martinu sinu Bartovu vinograd na otokit Lukoranu, da iščupa loze i nanovo nasadi.

In Christi nomine amen. [An]no ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo . . . . . . die decimo nono, mensis aprilis, Jadre. Tempore illustris [et ma]gnifici domini Andree Dan]dulo ducis Venetie, reuerendi patris domini Nicolai de [Ma]tafarris d[ecretorum

* U ovim se dvjema godinama podudara duždevanje Andrije Dandula i kneževanje Ivana Sanuda, zadnji put se spominje u list. od 21. maja 1344.

doctorijs et Jadrensis archiepiscopi. et domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Cum ex forma cuiusdam publici instrumenti hodie scripti manu Blasii Michaelis notarii Jadrensis iurati, Jacobus de Fera promiserit Martino filio Barthi de Jadra, scalumpniare(F) sibi et defendere quandam suam yineam positam in insula Lucorani ad disradicandum siue euellendum vites in ipsa existentes et pastinandum de nouo ipsi Martino per eundem Jacobum datam atque concessam prout hec et alia in eodem instrumento plenius continentur. Quapropter dictus Martinus per se, suos heredes et successores de gratia et ex pacto exnunc eundem Jacobum, heredes et successores ipsius hberat et absoluit ex toto de dicta scalumpniatione predicte rei non obstante nec ipsi Jacobo in aliquo preiudicante, promissione et obligatione ipsa facta ab ipso Jacobo dicto Martino de dicta scalumpniatione, promictens dictus Martinus per se, suos heredes et successores predicto Jacobo pro se, suis heredibus et successoribus recipienti dictum Jacobum nec eius heredes uel successores occasione dicte scalumpniationis de cetero non molestare nec litem [inferjre per se uel alium modo aliquo uel ingenio, de iure uel de facto, sed ipsum conseruare penitus. . . . dampno in iudicio et extra omnibus suis expensis. Que omnia et singula supradicta promisit dictus Marftinus] per se, suos heredes et successores eidem Jacobo pro se, suis heredibus recipienti perpetuo firma et rata habere et[1]. . . . [at|tendere et obseruare et in nullo contrafacere uel uenire modo aliquo siue causa, de iure uel de facto . . . . [obligajtione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et refectione dampnorum, expensarum et interesse litis [et extra], [q]ua pena soluta uel non, predicta omnia rata et firma perdurent. Actum est hoc et firfmatum] . . . . Stefano de Ghennano et Mauro ccndam Cosicce, cancellario comunis Jadre, testibus . . . . . . rogatis.

(Drugi rukopis).

f Ego Simeon Biualdi de Botono iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Ego Jacobus magistri Francisc: de Asisio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus et singulis presens interfui et ea rogatus scribere scripsi et in publicaui formam redegy(!) et meum signum aposui consuetum.

Original na pergam. u -gubern. arkivu u Zadru; odio samostaua sv. Nikole br. 174.

Desni rub odozgor i u sredini okrnjen.

41.

1343. 20. aprila—1347, 10. maja. U Lastovu.

Radi se o prodaji zemlje.

In dei nomine amen. Hec est copia cuiusdam uendicione(l) reperti in libro comunis Laguste scripti manu dompni Andree de Scrina, tenor talis est: In Christi nomine amen. Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. die uigesima mense aprilis. Actum Laguste apud ecclesiam sancti Cosme et Damiani, ad hoc uocatis et rogatis testibus Michoelfo] (!) Gubenich, Buzoie Presemirich et Desislaus Gerdomilich. Ibique Grada cum filio suo Juane(!) confitemur, quod nostram vineam et terram cum ficulnea et cum omnibus suis iuris (!) adque (!) pertinentiis posita in Lagusta in loco qui dicitur Podchomec, que confinat ex parte leuantis cum Bogdano Bratostich et ex parte ponentis cum Bubeno Vidoseuit et uadit directam lineam usque ad sumitatem (!) montis, uendimus et donauimus Michaeli scolari per yperperos octo, quos dictos yperperos nobis integre soluit, ut dictus Michaeli (!) cum dei benedictione supra dictam vineam et terram cum omnibus suis iuris adque pertinenciis habeat, teneat et possideat et in perpetuum omne uelle suum faciat.

Et ego dicta Grada et Juanne promictimus (!) supra dicto Michaeli, cum iustitia defendere ab omnibus personis supra dictam vineam et terram et cum omnibus suis iuris adque pertinenciis que illam eidem Michaeli contra iustitiam calumpniare uolentibus (!), et ista uenditio siue donatio fuit[1] preconicata per loca solitaria per Rabilem preconem comunis Laguste.

(Drugi rukopis).

Et ego Jacobus de Montealto comes Lauste mea nianu misi.

(Signum not.)

Et ego presbiter Petrus filius condam Nicolai Theotbnici capellanus et iuratus notarius comunis Laguste, prout inueni. in dicto iibro nil addens uel minuens preter punctum uel silebam (!) quod sensum uel substantiam immutet, sed de iicencia, mandato et auctoritate.. domini Jacobi de Montealto comitis Laguste ita hic fideliter copiaui et exemplaui et in puplicam(!) formam redegi. Sub anno domini millesimq trecentesimo quadragesimo septimo, indictione decima quinta, die decimo

[1] Pogrešno napisano ..finit".

sexto mensis madii. Actum Laguste presentibus domino Jacobo da Montealto comite Laguste et Jacobo Gislich et Vidos Sledeieuich.

Ovjerovljena savremena potvrda u dubrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. XIV.

42.

1343, 20. aprila. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački izašilje svoga kanonika, da ustanovi medjaše posjeda Dujma Babonića u Vodičanu.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod cum riobilis vir magister Johannes comes Zagrabiensis,nos suis mediantibus literis requisivisset, quatenus mitteremus unum ex nobis, qui metas possessionis comitis Duimi filii Radozlai Vodichan vocate reambularet et distingueret cum Blasio filio Marci de Dubicha homine suo ad hoc deputato, tandem nos ad petitionem ipsius et etiam ex nostro officio discretum virum dominum Petrum archidiaconum de Dubicha, socium et concanonicum nostrum ad premissa cum eodem Blasio duximus transmittendum, qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod metas eiusdem possessionis Vodichan, nullo contradicente reambulassent per veteres metas et antiquas, quas in privilegio Emrici condam inclyti regis Hungarie viderant contineri, cuius privilegii vigore ipsa possessio Vodichan ad avum dicti comitis Duimi devenerat et nunc per eundem comitem Duimum possidebatur, sicque ipsum comitem Duymum tanquam verum possessorem eiusdem in eadem possessione pacifice dimiserunt. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in octavis festi resurrectionis domini, anno eiusdem MCCCXL. tertio.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagaji 117. ,

43.

1343, 25. aprila. U Zadru.

Beroj Draginič prodaje Fra7iji gradjanu zadarskom zemlje svoje u Draginiću.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem miilesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indicione vndecima, die uigesimo

quinto mensis aprilis, Jadre. Temporibus domini Andree Dandullo(f) incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Ego Beroi filius condam Vulchi de Draginich per me et meos heredes et successores et uice et nomine Petri et Gregorii fratrum meorum et filiorum dicti olim Vulchi et suorum heredum et sucessorum(l) pro quibus de ratihabitione promitto, titullo(!) perpetue uendictionis do, cedo et uendo tibi Francisco condam Stephani ciui Jadre pro te et tuis heredibus et successoribus ementi totam partem mihi et dictis meis fratribus pertinentem et totum ius et omnem accionem realem et personalem, utilem et directam, quam ego et dicti mei fratres habemus et habere possumus in presenti et in fucturo(f) iure patrimoniali et quocumque alio modo in tota terra seu terris positis in Draginich, quam possidet Juanus Marcouich et Matheus eius filius de Draginich positis in pluribus peciis diuisis et contiguis cum terris consortium suorum, prout suos confines habet; que terra seu terre dicuntur esse dimidia pars integre quinte partis totius uille Draginich; et hoc pro precio triginta Iibrarum denariorum uenetorum paruorum, quod precium ego dictus Beroi confiteor a te dicto Francisco habuisse et recepisse. In quam uendictionem et iuris cessionem ego dictus Beroi nomine meo et dictorum fratrum meorum pono et facio te dictum Franciscum dominum et patronem me et dictos fratres meos foras ponendo, ut ad (!) modo ualeas dicta parte mea. et dictorum iratrum meorum terrarum predictarum cum omnibus suis iuribus et pertinenciis et in omni iure nostro uti et experire in iudicio et extra et intrare possessionem et tenere et gaudere, uendere et alienare et omnia alia facere pro libito udkmtatis sicut de re tua propria, Insuper promitto nomine quo supra tibi dicto Francisco et tuis heredibus et successoribus dictam uendictionem et iuris cessionem ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione super me et bonis meis omnibus presentibus et fucturis (!); de qua uendictione et cessione promitto et debeo facere seu fieri facere pro cautela tui dicti Francisci aliud instrumentum simille huic in effectu in ciuitate None secundum cursum regionis ad omnem tuam requisitionem sub obligatione omnium bonorum meorum. Actum est hoc et firmatum pressentibus(f) Stephano de Rasollo ciue Jadre et Nouosse condam Dragoslaui ortolano ad Fontanfum]. testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Franciscus Johannis de Zadolinis iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Foriiuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meura aposui consuetum.

Original na perg. u gubem. arkivu u Zadru; odio samoslana sv. Krševana. kaps. XV. no. 260.

44.

1343, 26. **aprila.** U **Pečuhu.**

Prepošt Stjepan i kaptol pečuj'ski daju na znanje, da su odredjene medje posjeda biskupije zagrebačke.

[S]tephanus prepositus Quinqueecclesiensis, Colocensisque ecclesiarum electus et capitulum eiusdem ecclesie Quinqueecclesiensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod, cum nos iuxta continenciam litterarum patencium excellentissimi principis domini nostri Lodouycy(f) dei gracia illustris regis Hungarie episcopatui ecclesie Zagrabiensis per regalem clemenciam graciose datarum et concessarum vna cum Mychaele filio Gregorii de Vyzlou homine eiusdem domini nostri regis in predictis suis litteris expresso, discretum virum magistrum Johannem socium et concanonicum nostrum ad preceptum eiusdem domini nostri regis et mandatum ad infrascriptum negocium pro nostro homine destinassemus; iidem ppstmodum ad nos reuersi nobis consona et conformi voce retulerunt, quod ipsi sabbato proximo post festum beati Georgii martiris proxime nunc preterito et aliis diebus ad hoc aptis accessissent ad tenuta dicti episcopatus Zagrabiensis et presente Nicolao dicto Telech homine magnifici viri domini Mykch bani tocius Sclauonie, Stephani et Akus suorum filiorum per eosdem ad hoc deputato, vniuersas possessiones dicti episcopatus Zagrabiensis per suas metas veras et antiquas in litteris domini Karoli olym incliti regis Hungarie laudande memorie contentas, specialiter autem possessionem Garyghfeu vocatam, item comitatum Gerzenche yocatum, item eciam possessiones episcopatus Wynodol et Jelenoch nuncupatas presentibus vicinis et commetaneis earum vniuersis reambulassent, reambulatasque a vicinariis possessipnibus vndique distinctas et separatas prefatus homo ipsius domini nostri regis cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis ac fructibus consuetis, presentibus eodem nostro testimonio et homine ipsius domini bani et

suorum filiorum supradictorum eidem episcopatui Zagrabyensi reliquisset perpetuo possidere, prout ad ipsum dinoscuntur pertinere, nullo penitus contradictore existente. Preterea dixerunt iidem regius et noster hdmines, quod quoddam tributum seu telonium, quod per ipsum dominum Mykch banum et suos filios supradictos in vico Latinorum nouiter locatum fuisset et constitutum, iidem dominus banus et šui filii omnino in ipsorum presencia remouissent, reuocassent et retractassent. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales maioris sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno ab incarnacione domini MCCC° quadragesimo tercio, sexto kalendas mensis maii. Datum per manus discreti viri magistri Johannis lectoris ecclesie nostre antedicte; discretis viris magistro Paulo cantore, domino Georgio custode et magistro Petro Orodyensi dicto decano ecclesie nostre supradicte, ceterisque quam . pluribus in eadem ecclesia nostra iugiter nobiscum deo famulantibus et deuote.

Original u arkivu zagrebačke nadbiskupije: Privilegiaha a. 1343.
Na listini nalazi se svilena vrvca crvene boje; pečat je otfiao.
Na hrptu rukom konca XIV. vij.: »Reambulacio metarum Vynodoi et aliarum«-.

45.

1343, 11. maja. U Zadru.

A'lilobrad sin Bogdanov i Jurgije sin Poanov prodaju Mihajlu de Rosa vinograd u Petričanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione vndecima, die vndecimo mensis madii, Jadre. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Milobrade condam Bogdani uilanus Petri de Matafaris ad Cerodolum et Jurgius condam Juani uilanus monasterii sancte Marie monialium de Jadra ad sanctam Sophiam iure proprio et in perpetuum dederunt, uendiderunt et tradiderunt Michaeli Mathei de Rosa ciui Jadre pro se et suis heredibus et sucessoribus (!) ementi et recipienti totam unam terram uineatam ad prpprium positam ad Petrecane, quain esse dixerunt circa unum gognaium, ita tamen, quod si plus esse reperiretur, illud etiam plus cedat in dicta uendictione sine precii aditipne, quia sic

inter eos actum extitit et conuentum, et eiusdem hos dixerunt esse confines: De austro et trauersa terra dicti emptoris, de quirina uia publica et de borea terra monasterii sancte Marie de Jadra; et cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines uel alios, si qui forent ueriores, accessibus et egressibus suis usque in uiam publicam, ad habendum, tenendum, posidendum (!) et quicquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis, que dicta res habet super se uel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei de iure uel consuetudine modo aliquo pertinente. Et hoc pro precio et nomine precii viginti sex librarum denariorum uenetorum paruorum, quod precium dicti uenditores confessi fuerunt et contenti se a dicto emptore habuisse et recepisse ac eis integre datum, solutum et .numeratum esse in bona usuali et legali moneta, exceptioni non eis dati et non soluti dicti precii, ut dictum est et omni alii legis et iuris auxilio et omnibus statutis, prouisionibus, reformationibus, ordinamentis et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro eis uel eorum altero in aliquo facientibus omnino renuntiantes. Quam rem dicti uenditores se dicti emptoris nomine constituerunt posidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contullerunt atque dederunt. Nec non promittentes dicti uenditores, scilicet quilibet ipsorum principaliter et insoHdum per se et suos heredes et sucessores dicto emptori pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut sucessoribus de dicta re seu parte ipsius ullo tempore non infere nec inferenti consentire, set ipsam rem tam in proprietate quam in possessione unusquisque eorum principaliter et insolidum, ut supradictum est, ei et suis heredibus et sucessoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione, ita tamen, quod de ipsa excalumpniatione emptor prefatus possit se tenere ad ipsos ambos et ad alterum eorum ad quem uoluerit in totum et partem, reiterando sicut et quotiens uoluerit et sibi placuerit; et. predictam uendictionem et precii solutionem et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alios aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti dicti precii in singulis capitulis huius contractus -quotiens contrafactum fuerit insolidum stipulanti promissa, et pena predicta soluta uel non, rata maneant omnia et singula supra et infrascripta; item reficere et restkuere sibi omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra; pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauerunt

dicti uenditores eidem emptori omnia eorum et cuiusque eorum bona presencia et fuctura(l). Actum est hoc et firmatum pressentibus(l) Cosa de Begna et Francisco Nicolao de Varicassis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopisj.

f Ego Franciscus Johannis de (Jadolinis iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et meum signum apposui consuetum.

Original u arkivti samostana sv. Marije u Zadru a. 1343.

46,

1343, 15. maja. U Višegradu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski ište od Zadrana ladje za frijevoz svoje matere iz Senja u Nafulj.

Ludovicus etc. dilectis sibi comiti, iudicibus et comiti civitatis Jadrae, salutem et omne bonum. Noverit bonitas vestra, quod serenissima principissa, domina et dei gratia regina Vngariae, genitrix nostra carissima, ad visitandam dominam Joannam, eorundem regnorum reginam . . . suam carissimam in Apulia transfretare proposuit; cum igitur pro transfretatione ipsius et gentis suae, galeae et vasa seu ligna, ... bene armata, bonitatem vestram petimus diligentia, qua maiori possumus, quatenus ex parte vestra duas galeas, quas habetis, et ligna, seu vasa nobis accomodare, seu impraestare, Segniam transmittere dominae genitrici nostrae pro transfretatione sua, et gentis suae velitis, et placeat bonitati vestrae istud facere sine mora. Nam ecce ipsa domina regina genitrix nostra, sub spe firma galearum et vasorum praedictorum per vos mittendorum, arripiet iter suum eundi in Segniam, et difficile est eam cum dominabus in sua societate euntibus, in maritima, expectando galeas et vasa diutius commorari. Datum in Visegrad, die 15. mensis maii.

Lucius De reg. Dalm. et Croat. L. IV. cap. XV.
Pray Annales 111. 53.—54.
Fejer Cod. dipl. Hung. T. IX. v. 1. p. 106.—107.

47.

1343, 19. maja. U Višegradu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski ša.lje žiteljima. medju Dravom i Gvozdom bana Nikolu, da im pribavi zadovoljštinu za razne nanesene гm nepravde.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis vniuersitati nobilium, iobagionibusque castri et aliis cuiusuis status et condicionis hominibus in terra Sclauonie inter fluuium Drawe et Gozd constitutis et existentibus, salutem et graciam. Vestre vniuersitatis fidelitas dimissis ad nos eorum nunciis, suas necessitates et iniurias in facto occupacionis possessionum et violacionis libertatum suarum ac aliis quibuscunque modis perpessas, nostre significare curauit maiestati, quibus auditis et seriatim perceptis ad vestre fidelitatis medium uirum magnificum. dominum Nicolaum filium Stephani, banum fidelem nostrum duximus transmittendum, qui vobis super quibuslibet vestris necessitatibus et iniuriis, a quibuscunque et quomodocunque uobis irrogatis, satisfaccionem omnimodam impendet nostra auctoritate mediante. Illas autem necessitates et iniurias vestras, super quibus ipse dominus Nicolaus banus satisfaccionem exhibere non valeret, illas sub sigillo eiusdem domini Nicolai bani, per vestram communitatem nostre seriatim notificare et deciarare uolumus maiestati, quibus tandem quid fuerit faciendum discernentes deliberabimus. Datum in Wyssegrad, feria secunda proxima ante festum ascensionis domini, anno eiusdem millesimo CCC°XL° tercio.

U arkzvu plem. luropoljske općine u Vel. Gorici. Pećat otpao vezice pe7-gamenske ostale.

Laszowski Cod. Turop. L. doc. 56, p. 55.

48.

1343, 27. maja. U Zadru.

Lzvršitelji oporuke Nikoloie icne Jakova de Skolatura očituju, da su primili prvi obrok njezina miraza od hj'enog muža Jakova.

• **In** Christi nornine amen. . Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indiccione undecima, die uigesimo septimo mensis . maii, Jadre. Tempore domlni, Andree Dandulo, incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuti egregii comitis. Domina Pasena relicta Jacobi Michaelis de Scolatura et Michael Blasii de Soppe, prout comissarii oiim domine Nicolotte neptis sue, olim uxoris Mathei filii Jacobi de Faffona(!), confessi et contenti sunt se recepisse a dicto Jacobo libras ducentas denariorum paruorum in ratione et pro parte et pro principio solucionis librarum mille denariorum paruorum dotis predicte olkn dornine Nicolotte; in quibus libris mille denariorum paruorum dotis predicte dictus Jacobus est obligatus publico instrumento scripto per Maurum de Cossic.a notarium Jadre sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione quarta, die uigesimo primo mensis ianuarii. Quare predicti comissarii plenam securitatem fecerunt predicto Jacobo de ulterius non petendo predictas Hbras ducentas denariorum paruorum in ratione et pro parte solucionis dicte dotis, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super memorate quidem comissarie bonis, instrumento securitatis presentis pro modo predicto firmo manente ubique locorum, omni excepcione remota, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco condam Stephani et Vul[ci]gna de Sloradis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Simeon Biualdi de Betono iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkiv7i g7-ofova Begna 7i Posedarju: P. 7io. SO.

49.

1343, 30. maja. Na Pagu.

Dobronja Belotić prosvjeduje u ime Krševana Zaduhna Zadranma, što je Milonja Vukosović zaposjeo solane spomenutoga.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem miliesimo trecentesimq quadragesimo tertio, die penultima madii, indictione undecima, Pagi. Temporibus equidem domini Andree Dandulo incliti ducis.Veneciarum, et reuerendis(l) patris domini Nicolay de Mathafaro dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, et domini Johannis Sanuto

egregii et honorabilis comitis Jadre, et domini Nicola(i) de Cucilla honorabilis comitis Pagi. Corafm] te Milongia Vulcossouig et contra te ego Dobrongia Beiloctig de Pago nomine et uice Grisochoni(!) de Cadulinis dico et protestor, quod tu contra deum et iustitiam intrastis (!) partem dicti Grisochoni salinarum suarum sine sui situ[1] et uoluntate, quod tibi non competit facere nec fecisse. Pro quo quidem labore, quod fecisti ipsum non requirendo fatio nomine eiusdem suum dampnum contra te libras quingentas paruorum suo loco et tempore; nec non reseruans in dicto protestu uoluntatem addendi uel minuendi ad uoluntatem sapientis ipsius Grisochoni. Cui Dobrongie ipse Milongia respondit dicens: Ipsum salinas ab eo [pre]dictas labore uolo et ordino ei dato per Mariam sororem dicti Grisochoni et Frani nepotis[2] dicti Grisochoni. Et hec dictum et actum fuit Pagi, presentibus hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisochono de Stullo, Meduano Plaficig et aliis.

(Signum not.J

Et ego Tomas Dominici de Alonte sancti Martini de Marchia Anconitani imperiali autoritate notarius et Pagi iuratus interfui rogatus, ut audiui scripssi('), roboraui et meo consueto signo signaui.

Original u arkivu samostana sv. Marije ti Zadm. a. 1343.

50.

1343, 1. juna. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom daruje ***Grgur*** *sin Venceslava u ime svoje i u ime Emerika i Arnolda unuka, Ivana zvanog Eči zemliu Stopnu samostanu garićkom.*

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum Johannes filius Roh quandam terram seu possessionem Stopna vocatam in comitatu de Gersenche existentem contiguam et vicinam terre conuentus Heremitarum ecclesie beate virginis de domo Garig, quam a Johanne dicto Echi nobile de Zala pro tribus marcis bonorum denariorum banalium in pignore habebat, eisdem fratribus seu conuentui eorundem prenotato pro predicta sumpma pecunie iuxta continenciam aliarum litterarum nostrarum pignori obligasset, per eundem Johannem. dictum Echi, quando eidem facultas offerret se pro eadem sumpma pecunie redimendam, tandem Gregorius

[1] Mjesto: »scitu«.
[2] Umetnuto istom rukom.

filius Vencezlai nepos predicti Johannis dicti Echi, tam pro se quam pro Emirico et Arnoldo filiis eiusdem Johannis personaliter in nostri presencia constitutus dixit et confessus est, se et eosdem Emiricum et Arnoldom predictam possessionem Stopna vocatam cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis pro salute et remedio anime eorundem dedisse, donasse et contulisse predicte ecclesie beate virginis et conuentui seu fratribus in eodem deo famulantibus sub suis metis et signis, quibus mediantibus predictus Johannes dictus Echi et filii eiusdem prenotati eandem tenuerunt et possederunt iure perpetuo possidendam irreuocabiliter et habendam, prout eciam ipsam donacionem eo modo factam in litteris conuentus monasterii beate virginis de Almad per predictum Gregorium nobis exhibitis vidimus contineri. Datum in festo pentecostes, anno domini millesimo CCC°XL° tercio.

Original ж kr. ugar. državnom arkivti u Budimpešti M. O. D. I. no. 35.187. — Stara sign. : Acta monast. de Garig-: fasc. I. no. 20.

JVa listini visi o žutoj i crvenoj svilenoj vrvci pečat.

Na hrptu savremena nota: »Super donacione Stopna Emerici et Arnoldi.«

Feje'r Cod. dipl. Ilung. IX. 1. p. 158.—159.

51.

1343, 12. jima. U Zagrebu.

Ban Nikola potvrdjuje Tržanima povelju Mikića bana od g. 1329.

.j[N]os Nicolaus banus tocius Sclauonie memorie eommendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Kyrin villicus et vniuersi hospites domini nostri regis de libera villa sub castro Ozol existentes ad nostram accedentes presenciam quoddam priuilegium magnifici viri domim Mykch quondam bani tocius Sclauonie predecessoris nostri super libertate eorum confectum nobis exhibuerunt, petentes nos humili precum deuocione, ut. eundem ratum habere et nostro priuilegio et in eisdem libertatibus eosdem conseruare dignaremur confirmare. Cuiustenor taiis est: *(Slijedi povelja bana Mikića: od1ч'. fula 1329.).* Nos itaque iustis et dignis peticionibus eiusdem Kyrini viliicis(!) et vniuersorum hospitum de dicta libera villa domini nostri regis, sub castro Ozol existencium,[1] predietum priuilegium prefati domini Mykeh quondam

[1] Očito manjka: »annuentes«.

bani de uerbo ad uerbum transcribi faciendo et eosdem in ipsis libertatibus inuiolabiiiter conseruare nostro priuilegio confirmamus. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras: nostras priuilegiales eisdem concessimus apposicione pendentis sigilli nostri munimine. roboratas. Datum Zagrabie, in festo corporis Christi, anno eiusdem M°CCC°XL. tercio.

Original na pergam. kod imovne općine u Trgu kod Ozlja. — Pečat otpao skupa s vrvcom.

52.

1343, 2. jula. U Modrušu.

Nikola ban nalaže kaptolu zagrebačkomu, neka ispituje, kako i ka.da se ište kraljevska tridesetnica.

Viris discretis et honestis, capitulo Zagrabiensis ecclesie, amicis suis reverendis, Nicolaus banus tocius Sclauonie amicicie debitum cum honore. Vestra noverit amicicia, quod Nicoletus iudex, ceterique cives de Zagrabia in presenciam domine nostre regine accedendo, querulose eidem conquesti extiterunt, quod per indebitas et iniustas exacciones tricesimarum nimium molestarentur et magna percepissent et perciperent dampna, eo, quod de rebus mercimonialibus, scilicel de ćĆra,' cutibus, porcis et pecudibus ac ajiis utilitatibus de Zagrabia et Sclauonia in Veneciam vel in Teutoniam aut extraneas partes portantibus et pellentibus contra ipsorum consvetudinem et ius ab antiquo observatam tricesimas ab eis exigeret. Unde tam ipsa reginalis excellencia, :quam nos, ,ob huiuscemodi tricesimarum exaccione, • utrum debite aut indebite exacte fuerint vel de iure exigi debeantur, de.; premissis • per. vestram.atniciciam indagari..velimus . • veritatem; arniciciam vestram presentibus requirimus diligenter,; quatenus, quomodo et iqualiter,. aut de quibus rebus aliis retrolapsis temporibus .ipse.tricesime reginales. exacte fuerint et exegisse exististis, et specialiter utrum de florenis .€t -prompta. pecunia de extraneis. partibus. in Zagrabiam vel. Sclauoniam portatis.; et .deferendis tricesima exigi ;fuerit; copsvettim nee;.ne,> .similiter, cum. predictis,;.rebus. mercimonialibus...et aliis.: iumisntis predictis;.tricesirriam: velr-tnbutum ;;tricesimatori solyeireisint ,ab;antiquq,;Consyieti .et:facere• teneantur, ,-an. rton,. matura deliberacione inler vos prehabita, ad fidelitatem vestre discrecionis reginaii excellencie habitam, eidem et nobiš' seriose iitteris

patentibus rescribentes. Datum in Modrus, feria quarta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini MCCCXIL. tercio.

Iz listine Nikole bana godine 1343. — Original u arkivu grada Zagreba.
Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 165.—166.

53.

1343, 4. jula. U Zabadi.

Nikola palatin u glavnoj skupštini županife vukovske sudi radi posjeda Vruci.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, memorie commendantes tenore presencium significamus , quibus expedit vniuersis, quod in congregacione nostra generali universitatis nobilium comitatus de Woikow feria secunda proxima ante octavas festi nativivitatis sancti Johannis Baptiste in Zabadi celebrata, Johannes filius Alexandri de medio universorum nobilium consurgenbo contra magistrum Phylpus filium Laurencii de Korough exhibuit nobis quasdam duas literas privilegiales, unam videlicet domine Thomasine matris regis, dei gracia tunc ducisse tocius Sclavonie a Danobio(!)usque mare, secundam conventus Varadiensis in anno dominh MCC nonagesimo quinto emanatas, in quarum -tenoribus nter cetera reperimus, quod Laurencius magister dapiferorum dicte domine et magister Phylipus ac Ladislaus filii magistri Phylipi, primo corarn. eadem domina. demum in eodem anno inpresencia dicti conventus comparendo, quandam possessionem ipsorum hereditariam Wruzy vocatam in comitatu de Wolkow existentem, per modum divisionis a magistro Johanne; Phylippo, Demetrioi-et Ladislao filiis comitis Ladislai distinctam et separatam et *u* ius ac proprietatem eorumdem devolutam, ex pura et sincera permissione eorundem filiorum. Ladislai pro fidelibus et serviciorum meritis comitis Alexandri pugilis, que idem tempore magistri Phylippi patris ipsorum bone memorie et demum eisdem in diversis expedicionibus suis-laudabiliter ifnpendisset et devote, ac effusione sangvinis eiusdem confessi fuissent dedisse eidem comiti; Alexandro et per eum suis heredibus iure perpetuo et irrevocabiliter pacifice poššidendam, sub; iis metis-et •terminis, quibus eadem possessio Ot;ozy(!) per priores pdssesso'res. .suos Jimitata faerat et possessa,. tali modo, ut racione .'ipsius • possessibnis

Wruzy iidem filii magistri Phylippi quinquaginta marcas in denariis ab eodem comite Alexandro dixissent se recepisse et alias quinquaginta marcas pro stipendio et effusione sangvinis eiusdem Alexandri ab eisdem ad racionem ipsius possessionis per eundem assumsisse in hunc modum, quod quandocunque vel per quemcunque tam per ipsos filios magistri Phylippi, quam per filios comitis Ladislai velsuorum(!) successores contra ipsum comitem Alexandrum vel suos successores aiicuius questionis materia mota seu suscitata fieret, antequam in litem prodirent, ipsas centum marcas ipsi comiti Alexandro vel suis posteritatibus iidem filii magistri Phylippi et Ladislai vel sui successores proximi aut cognati refundere tenerentur, et eundem comitem Alexandrum a quolibet impeditore super ipsa possessione expedire propriis laboribus et expensis. Quarum continenciis perlectis et expositis, predictus Johannes filius dicti Alexandri se de dicta possessione Wruzy tempore magistri Wgrini iuxta eiusdem adiudicacionem tempore sue puerilis etatis eiectum exstitisse indicavit; cum tamen predictum magistrum Laurencium patrera ipsius. magistri Phylpus iuxta suam obligacionem et tenorem dictarum 1-iterarum privilegialium tempore ipsius magistri Wgrini ad presenciam eiusdem in facto ipsius possessionis Wruzy ih expeditorem invitasset, qui venire et ipsum in facto eiusdem expedire non curasset; tamen quia prenominatus Johannes filius dicti Alexandri pugilis ad legitimam requisicionem Stephani filii Ayan, qui pro ipso magistro Phylpus cum nostris literis procuratoriis astabat, in eo, ut ipse dictum magistrum Laureneium vel ipsum magistrum Phylpus fratrem eiusdem in facto ipsi.us possessionis. in expeditorem invitaverit, nullas literas poterat vel assumpmebat exhibere, nec aliquibus evidentibus racionibus comprcn babat, sed solummodo verbali prolacione ipsum magistrum Laurencium in facto ipsius possessionis in expeditorem invitasse indicabat,. nec- in facto.ipsius possessionis Wruzy preter privilegia predicta alia instrumenta ad ipsius. magistri Phylpus procuratoris legitimam peticionem se habere indicabat, ex eoque ipse magister Phylpus per modernam prefati Johannis filii Alexandri pugilis litigionariam questionem ad rešticionem vel expedicionem dicte possessionis Wruzy, vel ad pecunialem solucionem centum marcarum in eisdem literis priyilegialibus contentarum, eo, quod ipse idem Johannes- nullis citacionibus nec litigionariis questionibus. nec eciam aliquibus. aliis legitjmis cautelis, racionibus aut indicacionibus prememoratos patrem ipsius. magistri Phylpus vel eundem magistrum Phylpus aut fratres eorumdem ad ipsam possessionariam expedicionemi concitasse reperiebatur, sicque eandem possessionem Wruzy absque'expeditorum suorum invitacione vel causali evocacione iam ante multos annos amisisse dinoscebatur, aliquo litigionario iusto" processu

non debere cohartare (!) agnoscentes, ideo iuxta processum presentis cause ad dictam possessionariam expedicionem eundem magistrum Phylpus non tenere decrevimus iudicando. Datum quinto die congregacionis nostre predicte et loco memorato, anno domini M°CCC°XL° tercio.

Originai 11 kr. ugar. državn. arkivu ғ1 BudimpešU : M. O. D. L. no. 3600. — Stara signat. N. R. A. fasc. 443. no. 2. Na hrptu se vidi trag okrugla pritisnuta pečata. Bilješka rukom konca XV. vijeka: »Super possessione Wruzy.«

Nagy Cod. dipl. Andeg. IV., 352.—354.

54.

1343, 4. jula. U Mođrušu.

Dujam knez krčki i modruški istražuj'ući plaćanje kraljevska tridesetnice, izvješćuju o tom Nikolu bana.

Magnifico et potenti viro, domino Nicolao bano tocius Sclauonie, amico suo in omnibus honorando, Duym comes Vegle, Modruse et Posege salutem, quam sibi desiderat et honorem. Dominacionis et magnificencie vestre litteras suscepimus cum omni reverencia et honore, inter cetera continentes, quod vobis legaliter, ut amico, nostris litteris mediantibus, deberemus certificari, qualiter et quomodo fuit ab antiquo usus accipiendi tricesimam de mercimoniis deferentibus de Veneciis Theutonia et aliis quibuslibet extraneis partibus intus Zagrabiam vel Sclauoniam, et eciam si de rebus .mercimonialibus: cera, cutibus sive quibuscumque aliis rebus vel animalibus, scilicet pecudibus vel bobus aut porcis aut aliis animalibus de Zagrabia et Sclauonia ad Veneciam, Theutoniam vel ad aliquas partes extraneas quaslibet, si ab antiquo fuerit consvetum accipere tricesimam. Ad quod vestre amicabili dominacioni presentibus pro certo et expresse dicere possumus, et sicut a quolibet homine mercatcre unius cuiuscumque condicionis, fidedignis personis inquirere potuimus. testare possumus, quod de rebus mercimonialibus quibuslibet deferentibus de Veneciis, Theutonia et aliis partibus extraneis, sive sint panni, sive alie res mercimoniales accipitur tricesima, sed de florenis vel alia pecunia non; de rebus autem deferentibus extra Zagrabiam vel Sclauoniam ad partes maritimas vel Theutoniam non accipitur tricesima nec tributum per tricesimatores, de iure vadat quo placet et transeant ubique, et hoc secundum approbatam

consvetudinem ab antiquo, possumus testificare et testificamur. Datum in foro Modrus, die quarto mense iulii, ,anno domini MCCCXL. tercio.

Prijepis iz iistine Nikole bana u saborn križevačkoiu g. 1343.
Original u arkivu grada Zagreba.
Tkalčić Монuш. civ. Zagrab. I. 166.—167.

55.

1343, 6. jula. U Zabadi.

Nikola palatm ugarski svjedoči, da je Stj'epan Morovič položio dosudjenu mu prisegu.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus, quod cum iuxta examen nostri iudicii magister Stephanus de Morouch tercio se incluso nobilibus sexto die congregacionis nostre vniuersitati nobilium comitatus de Wolko feria secunda proxima ante octauas festi natiuitatis sancti Johannis Baptiste in Zabadi celebrate, presente homine nostro in capella nostra contra Vyd filium Thome de Eng super eo, quod Barathyan cum suis secus in festo beati Mathye apostoli et ewangeliste, cuius nona aduениret reuolucio annualis de possessione sua exeundo duos boues et duos equos non subtraxerit et ad eandem possessionem suam reuersus non extiterit, sacramentum prestare debuerit, tandem ipso die aduеniente idem magister Stephanus de Morouch iuxta nostram adiudicacioncm cum suis coniuratoribus sacramentum prestitit, vt debebat. Vnde et nos eundem magistrum Stephanum super premissis contra eundem Vyd filium Thome reddidimus expeditum et per omnia absolutum. Datum septimo die dicte congregacionis nostre et loco prenotato, anno domini MCCC°XL° tercio.

. Original ti kr. ugar. državnom arkivti ɀ{, Budimpešti: M O. D. L. no. 3601. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1508. no. 43.
Na hrptu vidi se trag okrugla pritisnuta pečata.
Nagy Cod. dipl. Andeg. IV., no. 214.

56.

1343, 19. jula. U Križevcima.

Pred Pavlom županom kriievačkim imenuje Stjepan sm Pavla nekada bana svoga punomoćnika za sve svoje parnice.

Nos magister Paulus comes Crisiensis et castellanus de Meren significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, quod magister Stephanus filius Pauli bani quondam comes Crisiensis ad nostram personaliter accedendo presencium in omnibus causis suis et causarum articulis a data presenciam infra revolucionem annualem, tam per ipsum contra alios, quam per alios contra ipsum, coram domino nostro Nicolao bano et aliis quibuslibet iudicibus et in quibuslibet terminis motis vel movendis, Nicolaum filium Demetrii famulum suum, exhibitorem presericium fe[cit], constituit et ordinauit verum legitimum atque sufficientem procuratorem ; ratum et firmum promittens se habiturum, quidquid per ipsum Nicolaum procuratorem suum actum, gestum fuerit seu ordinatum ih causis suis universis. Datum in Crisio, sabbato proximo ante festum beate Marie Magdalene, anno domini M°CCC°XL° tercio.

Original na papгu ponešto oštećen u kr. ug. državnom arkivu 2< Budimpešti: M. O. D. L. no. 3608. — Stara signalura: N. R. A. fasci 1766. no. 6.
Na hrptu pritlsmit malen okrugao pečat u običnom, samo tamnijem vosku; od njega je sačuvana samo legenda: j S[igilhwi] magistr. Pauli.
Nagy Cod. dipl. Andeg. IV., 360.

57

1343, 23. jula. U Čazmi.

Pre'd kaptolom čazvianskim dafu svećenik Blaž i Antun sinovi Kozme Poanu arcidjakonu goričkom punomoć, da bude njihov zakoniti zastupnik.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Biasius sacerdos et Anthonius filii Cosme filii Wlk filii Tuusk de genere Tholineg, nepotes domini Johannis archidiaconi de Guerche venerabilis in Christo patris domini Jacobi dei et apostolice sedis gracia episcopi Za-

grabiensis in spiritualibus et temporalibus vicarii generalis ad nostram personaliter accedentes presenciam sunt confessi, quod dominus Johannes archidiaconus racione quarte filialis domine Yse filie predicti Wlk matris sue opptinebat in possessione Topiica ad sanctum Georgium ipsos hereditarie contingentem suam porcionem plenariam cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, et ideo iidem Blasius et Anthonius etiam ipsum in eorum porcionibus possessionem recuperandis, manutenendis, gubernandis et conseruandis constituerunt et fecerunt suum verum et legitimum procuratorem contra quoslicet obuiare contradiccionis obstaculo eis volentes coram quouis iudice et specialiter in presencia domini Nicolay bani tocius Sclauonie, dantes etiam et concedentes eidem domino Johanni archidiacono potestatem alium uel alios locq sui substituendi et reuocandi quocienscumque sibi videbitur expedire, volentes presens procuratorium durare quamdiu placuerit domino archidiacono supradicto ratum et firmum habituri quitquid iidem aut suus substitutus uel substituti fecerint uel procurauerint in premissis. Datum secundo die festi beate Marie Magdalene, anno domini MCCC°XL° tercio.

Original na paplru u arkivtt jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplomata a. 1343.
Na hrptu vidi se trag ovalnog pritisnuiog pečata o_d žuta voska.

58.

1343, 2. augusta. U Zagrebu.

Kapfol zagrebački izvješćuje bana Nikolu o utjerivanju kraljevske tridesetnice.

Magnifico viro domino Nicolao bano tocius Sclauonie, capitulum Zagrabiensis ecclesie, oraciones pro eo ad dominum. Noveritis, nos litteras vestras recepisse in hec verba: *(Slij'edi listina od 2. jula 1343.)* Volentes vestre intencioni in premissis satisfacere, diligenti inquisicjone prehabita inter nos et alios, taliter fuimus informati: Quod tricesimatores domine regine novissimis temporibus receperunt exigere tricesimam ab omnibus rebus mercimonialibus, que per regnum extra regnum ducuntur et gravare in hac parte mercatores, semper tamen reclamantibus mercatoribus et specialiter civibus Grecensibus, sed antea aliqua tempora non petebatur nec exigebatur tricesima ab aliis rebus vel mercibus, nisi de illis, que portabantur Zagrabiam per mercatores ab aliis partibus de extra finibus terre regni Hungarie, in auro videlicet et in argento, non in moneta quacumque; recepiebatur eciam tricesima de aiiis mercibus, sicut de pannis, animalibus, speciebus et ceteris rebus mercimonialibus quibuscumque adductis de extra finibus regni, ut est dictum, et specialiter primis temporibus persone ecclesiastice nuncquam racione talium fuerunt per tricesimatores angariate, nisi tales, que mercandi causa res huiuscemodi Zagrabiam de extra finibus, ut predicitur, apportassent. Hoc eciam investigando reperimus, quod forenses mercatores huiuscemodi suis venditis rebus et tricesima de eisdem persoluta, si quas merces Zagrabie dcferendas extra regnum comparassent, de his ad nullam tricesimam obligantur, sed soluto de his tributo regio in civitate vel districtu Grecensi, libere ad propria remeabant. Datuni in crastino festi ad vincula sancti Petri apostoli, anno supradicto.

Prijepis iz tistine Nikole bana g. 1343. Original te listine n arkivti grada Zagreba.
Tkaleic' Mon. civ. Zagrab. I. 167.

59.

1343, 7. augusta. U Zadru.

Matej de Forimno poti!rdjuj'e Martinusiju Pelra Zotta, da mu je namirio dug.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indicione vndecima, die septimo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis [pjatfis domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, [ac] domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Matheus de Formino, ciuis Jadre, [conjfessus fuit et contentus se a Martinussio Petri Zotti, ciue Jadre, habuisse [et] recepisse quinqueginta(!) libras denariorum uenetorum paruorum in bona, usuali et legali mone.ta ratione et pro parte solutionis cuiusdam arbitralis sentencie de centum et. . . . .quinque libris denariofum paruorum, late per Paulum de Galicigna, iudicem arbitrum,. . . . .anno incarnationis domini millesimo trecentesimo qrfadragessimo secundo, indictione vnfdecima, die] primo mensis februarii manu Biasii Michaelis Leonardi, Ja[drensis notarii]. . . .Quapropter dictus Matheus fecit dicto Martinussio [firmam] et irreuocabilem securitatem, finem et pactum de ulterius dictas quin[qua]ginta libras denariorum paruorum non petendo, necnon promittens per se et suos heredes et successores dicto Martinussio pro se et suis

heredibus et successortbus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus predicta occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed predicta omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti stipulatione premissa et refectione dampni et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presentia et fuctura(i), et pena soluta uel [non], rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presentibus Jacobo Nicolai de Matafaro et Blasio de Cortisia, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Paulus Miche Perlombardi iudex examtnator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original ti gubemijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole 7io. 186. Desni rub okrnjen.

60.

1343, 8. augusta. U Križevcima.

Nikola ban na saboru u Križevcima odredjuje kako će se ubiratt kraljićina tridesetmca.

Nos Nicolaus banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod, cum anno domini MCCCXL. tercio, in quindenis beati Jacobi apostoli, in Crisio universitati nobilium regni Sclauonie congregacionem celebrassemus generalem, in eadem nostra congregacione Stephanus et Mykyeh, condam iudices de civitate Grecensi, personaliter consurgendo ad nostrum adeuntes conspectum, exhibuerunt nobis litteras honorabilis capituli Zagrabiensis ecclesie, patentes, et alias domini * Duymi comitis Vegle, Modruse et Pasage, similiter patentes, super exaccione tricesimarum domine regine per eandem domine regine clemenciam nobis rescire jn suo transitu ultra partes maritimas adeunti commissarum, tenoris infrascripti, petentes uerbo proprio et universorum civium de civitate predicta Grecensi, ut earumdem 'tenorem de uerbo ad verbum presentibus

transsumpmi, et ad maiorem cautelam iuris iusticie ipsorum, eciam ab universis nobilibus et ignobilibus regni Sclauonie, iuxta tenorem earumdem litterrarum sciscitari veritatem dignaremur. Cuius quidem patentis littere capituli Zagrabiensis ecclesie, tenor talis est: *(Slijedi listina od 2. augusta 1348.)* Tenorque litterarum predicti comitis Duymi talis est: *(Slijedi listina od 4.jula 1343.)* Nos itaque perceptis tenoribus prescriptarum litterarum dictorum capituli et comitis Duymi, cum ab eisdem universis nobilibus regni Sclauonie nobiscum in nostra congregacione adherentibus, ut eciam ex reginali benignitate nobis iniunctum extiterat, de premissarum tricesimarum exaccione uberius et lucidius voluissemus veritatem indagare et ab ipsis quesivissemus; tandem iidem nobiles universaliter consurgendo, inter se matura deliberacione prehabita, unanimiter et in una voce dictas tricesimas iuxta formam et tenorem iam dictarum litterarum capituli et comitis Duymi, ab eo tempore cuius memoria vix existeret, exigere extitisse consvelum, affirmarunt. Unde nos auditis tenoribus tam prescriptarum litterarum, quam relacionibus universorum nobilium regni Sclauonie, predictas tricesimas seu tributum tricesimale, eodem modo et sub eadem forma, ut tenores iam memoratarum litterarum capituli et comitis Duymi lucide exprirnuntur, auctoritate nostri banatus et eciam reginali sublimitatis clemencia nobis concessa, perpetuo exigere committimus, et eisdem civibus et aliis cuiusvis status hominibus de regno Sclauonie, presentis scripti patrocinio exigere confirmamus. Datum loco, die et anno supradictis.

Original u arkivu grada Zagreba ; vrvca i pečat otpao.
Tkalčic Mon. civ. Zagrab. I. 168.—169.

61.

1343, 9. augusta. (U Napulju).

Izvoz konja iz Napulja za Dubrovnik.

Ivana I. kraljica dopušta »Martucio de Mencia de Ragusio, familiari domestico imperatricis Bulgarie et filiorum eius . . ., extrahere de portubus Apulie equos quatuor diversorum pillorum«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 64.-65.
Racki Rad. XVIII p. 229

62.

1343, 11. augusta. U Trogiru.

Knez i suci trogirski dozvoljavaju, da Beka udova Hrankova proda svoju kuću, koju je donijela za miraz.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, indiccione vndecima, regnante domino Lodoyco(!) serenisimo rege Vngarie et tempore quidem illustris domini Andree Dandulo ducis incliti Venecie, ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et egregii et potentis viri domini Nicolai Barbadico honorabilis comitis Traguriensis, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Andree Gausenge, Blaschi Marini, Petri Mathei et Duymi Michoy, die XI. mensis augusti. Per dominum comitem supradictum et suam curiam de octo iudicum consiliariorum in palatio comunis ad ius redendum super certis questionibus terminandis congregatos sentenciatum fuit nemine discrepante, quod Bencha vxor condam Cranchi aurificis possit et valleat(!) dare et vendere cui ipsi placuerit stationem existentem subtus pamentum vxoris condam Druschi pillicarii iuxta Cuuetham Radossii Gussi, iuxta canipam heredum Marci Julle, viam comunis et alia latera; et vendicio per ipsam facta auctoritate et licencia eprum plenam obtineat firmitatem; et hoc ideo, quia ipsi habent firmiter et de vero, quod ipsa statio est dicte Beche (I), et quod ipsa portauit dictam stationem in dotem ipsi Crancho olim suo viro per instrumentum suorum docium.

(Drugi rukopis.)

f Ego Petrus Marini examinator de mandato domini comitis supra dicti exsaminaui(l).

(Signum not.J

Ego Bernardus condam Philipi Ticoni de Laude imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus comunis.Tragurii hiis omnibus interfui et de mandato dicti domini comitis scripsi et publicaui.

Original u arkivu kaplola u Trogiru. no. 119. (pogrešno među hshnama XV. vijeka.)

63,

1343, 17. augusta. U Zadru.

Nikolota udova Sturne daje generalnu punomoć ľanuciju pokoJ7iog Frana.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentessimo(!) quadragesimo tercio, indictione vndecima, die decimo septimo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego Nicolotta, relicta Radouani Sturne, Jadrensis, facio meum procuratorem Vaninum condam Francisci, familiarem meum, ad petendum et requirendum a Tholsa, castaldo monasterii sancti Nicolai, Radoslauo de Nouoselci et Georgio filio Priboy de Jadra et a quolibet eorum quicquid mihi debetur ab eis et eorum quolibet quocumque modo et ex quacumque de causa, dans dicto procuratori meo plenam potestatem pro me et meo nomine in predictis et quolibet predictorum agendi, petendi, placitandi, defendendi et respondendi, lites contestandi, sacramenta calumpnie et de ueritate dicenda et cuiuslibet alterius generis in anima mea prestandi, probaciones quaslibet producendi, iura quelibet allegandi, cartas securitatis et cuiuscumque alterius generis faciendi et recipiendi, cum qualibet firmitate aduocatos tollendi, sentenciam petendi, audiendi et prosequendi, protestandi, applaudendi, libella dandi, recipiendi, alium procuratorio loco sui substituendi et reuocandi, sicut et quotiens sibi uidebitur et omnia alia et singula faciendi et exercendi, que egomet constituens facere, dicere et placitare possem, si personaliter adessem, nullo pretermisso obstante, promittens ego dicta constituens ratum habere perpetuo quicquid dictus procurator meus uel substitutus ab eo fecerit in predictis et occasione eorum non contrafacere de iure uel de facto super me et bonis meis omnibus, omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram -h+is uecatis et regatis testibus, -scilicet Grubsa marangono filid condam Georgii, et Matheo condam Damiani, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Paulus Miehe Perlombardi iudex examinator manum mrssi(!).

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernij alnom arkivu ꙅ1 Zadrti, odio samostana sv. Nikole 110. 187.

64.

1343, 28. augusta. U Virovitici.

Pavao plebanus Virovitice očiluje se o posjedu .Sto/draia, da je prodan magistru Treutelu.

Nos Paulus plebanus de Wereuche universitasque nobilium de eodem comitatu, omnibus Christi fidelibus, presentium noticiam habituris, salutem in salutis amatore. Ad universorum notitiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus pervenire, quod Margareta filia Zoym, relicta Nicolai dicti Clerici una cum tribus filiis suis, videlicet Paulo, Dominico et Stephano ab una parte, Symon fiiius Jacobi familiaris et pracurator magistri Nicolai dicti Treutel, comitis Posoniensis in altera parte legitimus cum procuratoriis litteris eiusdem ab altera coram nobis personaliter constituti, eadem Margareta et dicti filii eiusdem quandam possessionem eorum Ztoydrasa vocatam in eodem comitatu Wereuche inter possessionem ipsius. magistri Nicplay Iloua vocatam constitutam, propter eorum nimiam inopiam et paupertatem quam. . . . . .patiebantur ac propter desolationem ipsius ppssessionis. cum a multis temporibus sit desolata et penitus habitatoribus destituta, nec aliquam utilitatem eonsequi possint ex eadem, dixerunt uendidisse se cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis ipsius possessionis eidem magistro Nicolao dicto Treutel et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, pro viginti quinque marcis. denariorum. .banalium, receptis ab eodem magistro Nicoiao Treutel integraliter, ut dixerunt, vendidisse, . tradidisse, . assignasse.cum suis iustis metis ,et terminis, quibus eandem.pcedictus, Nicolaus ,C,lericus tenebat et possedebat iure perpetuo possidendam et irrevocabiliter habendam; obligavit eciam se eadem domina et filii sui prenotati, quod si quascunque litteras malitiose obs[er]uatas contra predictum magistrum Nicolaum Treutel • et suos posteros ullo unquam tempore .-ratipne predicte possessionis sue exhibere(f), ex tunc penitus vigoribus carerentur. In cuius rei testimonium, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quinta proxima ante festum beati Egidii abbatis, anno domini [M]CCC°XL° tercio.

Original vrlo trošan, u narodn. muzejti u Budimpešti: arkiv familije Forgač. a. 1343. Nova sign. fasc. Z. no. 62. — Na listim visi o sznlenoj vrvci crvene žute i modre boje ovalni izlizani pečat.

Na hrptu savremeno: »Super possessione Stojdrasa confectum^.

Po istom izvoru s mnogo pogrešaka, odnosno izostataka priopćio Fejer Cod. dipl. Hung. IX. 1, 578.

Nagv Cod. dipl. Andeg. IV. 361. nešto skraćeno.

65.

1343, 12. septembra. U Požegi.

Pred kaptolom požeškim biva razdioba posjeda izmedju Levkusd i Kokasa.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga omnibus. Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Quoniam omnium habere memoriam. . . . . . .atis quam humanitatis qonscribi facimus ea, que coram nobis aguntur, ne in posterum obliuioni tradantur. Proinde ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Johannes litteratus, famulus magistri Lewkus filii Johannis filii-Tyboldy cum suffkientibus litteris procuratoriis comitis capelle. regie.pro eodem domino suo ab una, et Ladislaus filius Gregorii famulus magistri Kokas similiter cum sufficientibus procuratoriis eiusdem comitis capelle regie pro eodem domino suo parte ab altera coram npbis constituti, prpppsitum extitit per epsdem uiua voce et relatum, quod predicti magistri Lewkus et Kokas filii Johannis filii Tiboldy domini. ipsorum super possessionibus suis et possessionariis porcionib.us infrascriptis talem iu.ter se diuisionem perpetuam celebrassent: Primo, videlicet.mete possessionis ipsorum Scincha vocate ex parte Zaue taliter inter ipsos distinguntur, quod prima meta ipsius possessionis Scinza(!) incipit primo iuxta Suchan ex parte meridionali in arbcre tul cruce signata, abhinc ad.s.eptemtrionem eundo pervenit ad magnam viam. etsalit ipsam viam. ad-arbqrem tul cruce signatam, inde pervenit ad qupddam cherit similiter ad septemtripnem et vadit ad arborem twl c;uce signatam, inde -pervenit. ad finem Radoanlaza, ubi sunt due arbores twl .cruce signate,./et :inde exi

de ipso clieryt ad campum et per ipsum campum ad septemtrionem tendendo per quoddam megge pervenit ad magnam viam et salyt ipsam magnam viam direkte(!) et pervenit ad montem siivosum, ubi inter duas siccas valles circa magnam viam est arbor magna twl cruce signata, abhinc supra ad septemtrionem salit ipsam magnam viain et pervenit in quandam planiciem in monte ad irtuan (!) ubi est arbor harasth cruce signata, abhinc supra ad birch per ipsum yrtuam ad septemtrionem pervenit ad arborem twl cruce signatam, inde ad septemtrionem direkte ad monfem cadit in magnam viam in quoddam zelemen, ubi circa ipsam viam ex utraque parte sunt due arbores twl et alie due byk cruce signate, abhinc per dorsum ipsius montis in magna via procedendo pervenit ad quoddam kalista, abhinc -modicum procedendo exyt de ipsa via ad septemtrionem et pervenit in magnam arborem twl geminutam, inde ad septemtrionem modicum spacium eundo per terras arabiles pervenit ad aliam arborem twl cruce signatam, inde salit magnam viam et pervenit in quoddam kalista, abhinc quasi flectitur ad orientem et pervenit ad arborem twl cruce signatam in capite cuiusdam zuhodol, abhinc tendit ad septemtrionem et pervenit ad alium zuhodol et transit ipsum et pervenit ad arborem piri, abhinc ad septemtrionem transit terras arabiles et pervenit ad aliam arborem piri in capite zuhodol, et inde quasi ad occidentem in fine terrarum arabilium pervenit ad aliam arborem piry cruce signatam, inde directe ad occidentem transit terras arabiles et pervenit ad arborem twl, iuxta quam est arbor piri silvestris circa quandam viam magnam, et inde directe ad ipsam niagnam viam et per eandem eundo ad bonum spacium pervenit in niedio vinearUm, et abhinc per ipsam viam in longo spacio eundo pervenit ad duas arbores twl cruce signatas prope Ozyctelyke, et inde de ipsa magna via salit ad occidentem ad parvam viam et per ipsam in bono spacio eundo descendit et pervenit ad duas arbores twl cruce signatas, ex utraque parte ipsius vie existentes; inde per eandem viam ad' occidentem pervenit ad quendam syd in medio feneti et transyt ipsum fenetum directe et pervenit ad arborem berekyna cruce signatam, abninc ad occidentem eundo pervenit sub quandam vineam ad arborem berekyna cruce signatam, sub qua vinea sunt tres arbores harast, abhinc directe ad occidentem pervenit ad duas arbores cher cruce signatas, abninc directe eundo ad occidentem cadit in Chernvk potaka ad metas magistri Johannis filii Nicolai filii Tiboldi, et taliter una particula possessionarie porcionis ipsius Scincha per has metas terminatur, et ex parte orientis' cessisset in porcionem magistri Kakos (!) prenotati, ex parte vero occidentis cessisset magistro Leukus antedicto, que est inferior pars Scincha, videlicet «x parte Zaue. Item superior pars eiusdem possessionarie porcionis ipsorum magistri Leukus et Kakos Scincha vocate ex parte superiori, videlicet ex parte septemtrionis taliter inter ipsos distingitur: Quod prima meta incipit in Olupcha circa magnam viam et de ipsa magna via salyt ad meridiem in dorso birch et cadit in aiiam viam, et per ipsam eundo salyt de ipsa via quasi ad meridiem ad arbores cerasy et scil superius quandam vineam et transyt ipsam vineam per medium, cuius medietas ex parte occidentis est magistri Kakos, alia vero medietas ex parte orientis est magistri Leukus, et transeundo ipsam vineam descendit in quoddam zuhodol, in capite cuius sunt dumi avellanorum, et per ipsum zuhodol cadit in quoddam potok, quod descendit ex parte sessionis T[re]msa, et per ipsum potok eundo exyt ad alium potok supra ad occidentem, et paulisper eundo per ipsum potok pervenit in zuhodol, salit quodam byk ad terras arabiles in eodem zuhodol ad meridiem, et inde de capite ipsius zuhodol ultra terras arabiles pervenit ad arborem piri silvestris in quodam byrch in fine byk, et ab ipsa arbore pyri ascendit circa byk ad viam magnam et per ipsam viam tendit ad orientem, et per bonum spacium eundo exit ad meridiem et venit ad arborem berekyna cruce signatam, et de ipsa arbore directe ad meridiem per terras arabiles eundo pervenit in quoddam zuhodol et per ipsum cadit in potok, quod potok descendit de predio Gergen; et per ipsum potok infra per longum spacium eundo pervenit in Benkwlgy et in ipso Benkwlgy salyt de ipso potok ad orientem ad arborem nucis, et inde per quandam parvam viam prope eundem potok eundo ad meridiem pervenit ad arbores piri et gertyan, et inde ad septemtrionem intrat in zuhodol et ab ipso zuhodol ascendit in byrch nemorosum et pervenit ud arborem twl cruce signatam, et ab ipsa arbore modicum eundo per wrm cadit in viam antiquam, et per ipsam quasi vertitur ad orientem, et in eadem via per bonum spaeium ad mendiem eundo per nemus pervenit ad aliam viam antiquam, et per ipsam viam similiter eundo salit ad orientem ad magnam viam ubi est arbor twl cruce signata, que via modicum vadit ad meridiem, et de ipsa magna via salit ad orientem ad aliam viam, et per ipsam viam cadit in potok, qui fluit de predio sew sessione Jacobi iudicis, iuxta quod potok est arbor nucis cruce signata, et per ipsum potok vadit infra et cadit in Lesnykpotoka ad metas Cruciferorum et ibi terminatur; cuius possessionarie porcionis pars ex parte orientis sub istis metis cessit magistro Leukus supradicto, pars vero meridionalis cessit magistro Kakos predicto; -vinee eciam, que sunt in terris ad T[re]msatelyke separatis et cessis, cesserunt similiter in porcionem magistri Kakos prescripti. Item mete terrarum seu possessionariarum porcionum prescriptorum magistrorum Leukus et Kakos prope castrum ipsorum ex parte Banapo-

taka existencium inter ipsos per has metas distinguntur: Quod prima meta incipit in Banapotaka in dumo salicis et exit de ipso potok ad medium duorum dumorum, scilicet javor et gertyan, sub quo dumo javor est strues lapidum seu congeries eorumdem; inde supra ad septemtrionem per terras arabiles in medio duarum vinearum eundo pervenit ad dumum pomi silvestris, inde ad septemtrionem pervenit ad montem ante castrum existentem ad quoddam mege vinee ubi est arbor cerasi cruce signata, et de ipsa arbore salyt ad magnam viam, et per eandem viam vadit versus septemtrionem et pervenit in medium ipsius montis, et "ibi exyt de ipsa via ad orientem, et in medio terrarum arabilium eundo cadit in quoddam telyk(!) Tessilateleke vocatum, et per medium eiusdem teluk eundo pervenit ad arborem nucis cruce signatam, et inde cadit in vallem et ibi terminantur; cuius possessionarie porcionis medietas ex parte orientis sub his metis cessit magistro Kakos predicto, ex parte vero occidentis cessit magistro Leukus supradicto . . li[b]eram autem villam ipsorum sub castro existentem taliter inter se divisissent: Quod medietas ipsius ville ex parte orientis cum fundis sive sessionibus'et iobagionibus ac aliis quibuslibet utilitatibus suis usque ad medietatem fundorum Braten et Wlkyn villicorum cessisset in porcionem magistri Leiikus, alia vero medietas ipsius ville ex parte occidentis similiter cum omnibus utilitatibus suis cessisset de ipsa medietate predictorum fundorum incipiens magistro Kakos antedicto; rhontem autem Cozyrit vocatum ante castrum ipsorum a parte meridionali adiacentem communem et indivisum inter se omfnimode reliquijsseht, ut ad usum castri ipsorum ligna in eodem generentur. Item alia particula terre seu possessionaria porcio ipsorum prope castrum ex parte Lesnyk existens per has metas inter ipsos dividitur: Prima rrieta incipit in Lesnyk potaka circa unum molongat(!), et inde salit ad dum[os auejlanarum, et inde ultra quoddam Lu[n]ća ad occidentem pervenit ad arborem gertyan cruce signatam, et de ipsa arbore similiter ad occidentem directe transit quoddam gacar ad byrch ascendendo, et venit ad arborem haas cruce signatam, deinde vertitur ad septemtrionerh et transyt quahdam terram arabilem. . . . . .; [arborfem gertyan cruce signatam in capite sicce vallis, et inde transit per eandem siccam vallem ad septemtrionem et ascendit supra per terras arabiles et pervenit circa quoddam gacar ubi circa unam antiquam viam est arbor harast cruce signata, et ibi transit quoddam. . . . . . et pervenit ad terras arabiles ad septemtrionem, in fine eiusdem terre pervenit ad gacar ubi est arbdr harast, et abhinc iuxta ipsum gacar tendit supra ad septemtrionem intef terras arabiles per quoddam . '•. :..--... '. dumi spinarum et salyt quoddam zuhodol et pervenit in byrch ubi sunt tfes arbores harast. inde supra ad:

septemtrionem pervenit in quoddam zuhodol, transit ipsum directe et pervenit ad terras arabiies, et transeundo ipsas pervenit in byrch iuxta easdem. . . . . . .iuxta arborem harast, ubf vicinatur metis magistri Johannis filii Nicolai filii Tiboldy, ibique terminantur; et pars orientalis predicte terre sub prescriptis metis cessit magistro Lewkus, pars vero occidentalis cessit magistro Kakos predicto; sessiones autem et fundi in predict[is existentes taliter inter ipsos sunt divisi: Quod Thomasinteleke et Marizlowteleke cesserunt magistro Kakos cum omnibus utilitatibus eorumdem, magistro vero Lewkus cesserunt Damyanteleki et Thomethteleke[1] similiter cum omnibus utilitatibus eorumdem; item duos servos eorumdem, v[idelicet] Ruzan et Doklen taliter inter se diviserunt, quod predictus Ruzan cum filiis et filiabus et fundo.ac vineis et omnibus utilitatibus eiusdem fundi cessit magistro Kakos prenotato, magistro vero Leukus cessit Ddklen cum filiis et filiabus suis, fundo, [ac vineis et omnibus] aliis utilitatibus ad eundem fundum pertinentibus; item possessiones Belavov/ch et Cosech vocate cum portu et omnibus utilitatibus earumdem nomine quovis vocitatis cessissent et cesserunt magistro Lewkus prefato; e converso vero possessiones Cyrkuenicha et Yme[n]tw cum portu et vin[ei]s et vtilitatibus nomine quovis vocitatis cessissent et cesserunt magistro Kakos memorato. Item mete possessionis Japorya vocate taliter inter ipsos distinguntur: Prima meta incipit in fluuio Zirch vocato circa possessionem magistri Johannis filii Nicolai predicti et ascendit ad arborem twl in latere cuius]dam]. . . . . .vocati et ascendit verticem cuiusdam montis, et de ipso monte ad meridiem directe eundo pervenit ad magnam viam et salyt eandem magnam viam, et similiter ad meridiem directe eundo pefvenit et caditin quandam siccam vallem et de eadem valle cadit circa unum telek in ouoddam potok et per eidem(!) po[tok] . . . . . . et cadit in . . aua[r]na potoka, et medietas eiusdem possessionis ex parte orientis cessit rnagistro Kakos, medietas vero ex parte occidentis cessit magistro Leukus sepefato. Item possessio magistrorum Lewkus et Kakos Zirch vocata taliter inter ipsos dfistinguitur. . . . . . .enyefew et per ipsum potok tendit ad occidentem et pervenit ad quoddam zuhodol ubi est arbor cher vocata, et inde directe ad septemtrionem per terras arabiles pervenit ad arborem berekyna et de eadem aibore flectitur modicum ad. . . . . . .et per eundem potok palisper (!) ad septemtrionem eundo exyt ad occidentem ad quandam vineam, que remanet ad partem meridionalem, et circa eandem ex parte septemtrionis ascendit supra ad byrch et in ipso byrch pervenit ad arborem twl cruce signatam, et directe de eadem [arbore] ad : . •: . .

[1] Thomechteleke?

et pervenit ad aliam arborem twl, que est in medio duarum siccarum vailium, abhinc ad arborem haas cruce signatam, abhinc ad occidentem ad quandam magnam viam antiquam, et per eandum viam ascendit ad feyrch ad meridiem et pervenit ad arborem pomi silvestris, abhinc . . . . et pervenit ad quoddam zuhodol, et per eundem zuhodol palisper eundo salyt ad arborem cerasi, et de eadem arbore tendit circa quoddam nemus, et circa idem nemus quasi ad septemtrionem descendendo pervenit ad unurn dumb ad tres arbores cerasorum et inde quasi ad. . . . . .cadit in magnam viam et per eandem viam quasi ad septemtrionem eundo pervenit ad arborem haas cruce signatam et de eadem arbore flectitur ad occidentem et cadit in zuhodol; et per idem zuhodol pervenit et vadit iuxta Mirozlowteleke, et in eodem zuhodol vadit ad septemtrionem. . . . . .que est in dicto zuhodol ubi dictum zuhodol angulatur, et per idem zuhodol angulatum flectitur ad occidentem et pervenit ad quoddam syd, et de eodem syd flectitur per angulum eiusdem zuhodol ad occidentem et per idem zuhodol girando quasi ad occidentem exit ad quandam viam in medio tferrarum arabilium et per] eandem viam ad septemtrionem eundo cadit ad magnam viam ubi dumus spine, et per eandem ad bonum spacium eundo ad occidentem pervenit ad duos dumos spinarum et inde exit ad occidentem et tendit inter terras arabiles et pervenit circa qUoddam pratum, et inde quasi flectitur ad meridiem et pervenit ad arborem piri silvestris, et abhinc tendit quasi ad meridiem ad quandam calista(!) ubi sunt dumi salicis, et inde directe ad occidentem per tenas arabiles pervenit ad fluvium Pukur, ubi est arbor nar, et per dictum fluvium infra eundo exyt de eodem directe ad occidentem ad terras arabiles, et inter easdem directe ad occidentem eundo pervenit ad arboren, harsfa(l), et de eadem procedendo pervenit et cadit in Zamafrlyn potaka, et de eodem procedendo vadit directe ad occidentem, pervenit ad metas filiorum Bagin, ibique terminatur; et medietas dicte possessionis Zirch ex parte septemtrionis cessit in porcionem magistri Leukus, pars vero meridionalis cessisset in porcionem Kakos. Et quia ambe partes descensu in villa circa ecclesiam beate virginis exemti carere non poterant, ob hoc ordinassent, ut magistro Kakos in ipsa villa cessissent quatuor fundi sive curie cum iobagionibus, hostiis, vineis et fructibus. Item possessionem -eorumdem magistrorunr Leukus et Kakos Zauersa vocatam taliter inter se divisissent: Quod prima meta incipit ex parte Petur a parte occidentis in quodam fonte, et per cursum ipsius fontis cadit in Tesan ~poiaka, et per eundem potak vadit supra et pervenit ad medium cuiusdam teluk, et de medio eiusdem teluk procedit ad orientem et pervenit in quoddam zuhodol Hmelinch vocatum, et de eodem zuhodol exyt ad

occidentem et pervenit ad quandam arborem cerasi cruce signatam, et inde directe ad occidentem pervenit ad arborem nucis cruce signatam, abhinc quasi ad septemtrionem vadit ad arborem cerasi, circa quam ex parte occidentis est quidam fons; et de eadem arbore cerasi modicum ad septemtrionem cadit in viam inter terras arabiles et per eandem ad orientem tendendo exit de eadem via quasi ad septemtrionem et vadit inter terras arabiles super quoddam mege, et super idem mege ad septemtrionem eundo cadit in zuhodol ubi in medio zuhodol est arbor cerasi, et inde salyt dictum zuhodol et ascendit ad septemtrionem ad quendam monticuium ubi est arbor borchowcha cruce signata, abhinc directe ad septemtrionem pervenit ad quandam piri arborem circa quandam siccam vallem, abinde directe ad aliam arborem piri circa aliam siccam vallem, et saliendo dictam vallem similiter ad septemtrionem pervenit ad magnam viam et salit eandem et cadit in arborem cerasi, et abhinc ad septemtrionem pervenit circa quandam silvam, ubi est arbor twl cruce signata, et inde ad septemtrionem pervenit ad quoddam teluk et directe per idem transeundo pervenit et cadit in arborem twl cruce signatam, et inde cadit in viam, que est circa ipsam twl et in eadem via modicum procedendo ad septemtrionem transit modicum campum et cadit in zuhodol, ubi modicum eundo sunt due arbores, una pomi et alia piri silvestris cruce signate, inde per eundem zuhodol per bonum spacium eundo pervenit ad arborem twl cruce signatam, ubi exit de eadem zuhodol et tendit in Birchor ad arborem twl, et inde transit ad septemtrionem et sub quodam teluk cadit in arborem gertyan, et de eadem arbore transit ipsum teluk per directum medium pervenit ad terras arabiles directe et in medio earumdem terrarum procedendo pervenit in quoddam dumb, in quo est arbor twl, iuxta quam a parte occidentis est quoddam fenetum in porcione magistri Leukus, quod fenetum iidem magistri Leukus et Kakos communi voluntate commiserunt ad fundum iobagionis magistri Kakos Zuinark vocati, et de dicta arbore twl directe ad septemtrionem eundo in medio duorum dumorum avellanarum pervenit ad magnam viam et eandem directe saliendo eundo per terras arabiles vadit et cadit in Worsoa potaka ibique terminatur; ubi pars occidentalis ipsius possessionis cessit magistro Kakos antedicto; preterea eedem partes ordinassent, quod ipsi et eorum famuli ac iobagiones vineas ipsorum universas, quas hactenus alter in alterius porcione tenuissent seu habuissent, easdem pro nunc sicut ex tunc in perpetuum possiderent, tenerent pariter et haberent. Retulerunt eciam predicti procuratores eorumdem magistrorum Leukus et Kakos, quod, quia porcionem ipsorum in castro ipsos contingentem et predium jacobi et Gregorii iudicum, famulorum ipsorum ac silvam Zaue, necnon

piscaturas seu piscium clausuras universas vulgo zege nominatas propter ipsorum arduas necessitates ad presens inter se ipsos dividere non potuissent, ob hoc dum alicui parcium predictarum necesse fieret, ambe partes inter se dividere equaliter tenerentur; pofciones tamen indivisas prescriptas, quas quelibet parcium qualiter hactenus servavit et possedit, eodem modo usque fiendam divisionem servare possit et possidere; hoc tamen interiecto, quod prescripta possessionaria divisio nunquam inter ipsos celebrata per hoc possit vel valeat aliqualiter temporis in curriculo retractari et violari. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ut Jjuiusmodi divisio per quempyam ipsorum temporis in procesu non valeat revocari, ad instantem peticionem eorumdem nostras concessimus literas sigilli nostri munimine pendentis et autentici roboratas. Datum sabbato proximo ante festum exaltacionis sancte crucis, anno dom in M°CCC°XL° tercio.

Original dosta oštećen u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 3610. — Stara signat. N. R. A. fasc. 715. no. 9.

O svilenoj vrvci žute boje, visl troini, šiljalo ovalni pečat u običnom vosku.

Nagy Cod. dipl.Andeg. IV., 362—370.

66.

1343. 13. septembra. U Križevcima.

Pavao iuftan kri&evački po nalogu bana Nikole povraća posjed kod sv. Ireneja Ivanu sinuIvana, koji' mu je bdn Mikić oteo bio.

Nos magister Paulus comes Crisiensis et castellanus de Meren significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, quod quia magnificus vir dominus noster Nicolaus banus tocius Sclauonie nobis iitteris suis mediantibus firmissimis dedit in mandatis, vt quandam possessionariam particulam possessionis circa sanctum Ireneum existentem, quam magister Johannes filius Johannis filii Jwnk suam esse affirmasset, ab omnibus nobilibus et ignobilibus diligenter resciendo et; inuestigando, vtrum ipsa possessionaria porcio sua fuerit nec . ne, sibi statueremus. Tandem nos preceptis et mandatis predicti domini nostri bani obtemperantes, vt tenemur, die sabbati, quo forum consueuerunt ceiebrari, conuocatis omnibus nobilibus et ignobilibus, scilicet comitibus Myke filio Matheus, Demetrio filio Iwan, Petro comite terestri, Johanne filio Thome, Andrea fiiio Georgii, Georgio filio Georgii, comite Petro, Paulo ,fi!io Nicoiai et magistro Paulo notario nostro et aliis quam pluribus

diligenter inquirendo resciuimus, vt ipsa possessionaria porcio semper ipsius magistri Johannis fuisset et nunc sibi deberet attineri, sed dominus condam Mykch banus ipsam indebite et iniuste ab eodem alienasset, pro eo nos ipsam possessionariam porcionem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis quouis nomine vocitatis sub metis suis prioribus et antiquis iuxta preceptum et mandatum dicti domini nostri bani ipsi magistro Johanni et per eum suis heredibus heredumque suorum posteritatibus perpetuo restituimus et resignauimus possidendam, tenendam et habendam, nullo penitus contradictore apparente. Datum in Crisio, in vigilia exaltacionis sancte crucis, anno domini M°CCC°XL° tercio.

Iz potvrde bana Nikole od 7. aprila 1346. Original u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.322. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 465. no. 24.

67.

1343, 7. oktobra. U Čazmi.

Kaptol čazmanski uvodi Dominika i Ivana sinove Vuka u imanfe Gradec.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Dominicus et Iwan filii Wlchk per Iitteras magnifici viri domini MсоJaз' bani tocius Sclauonie a nobis cum instancia postularunt, ut ad recaptiuandam et reambulandam quandam possessionem eorundem Gradech vocatam inter fiuuios Glogoncha et Gradesna vocatos existentem, que ab eisdem « olym per manum validam extiterat ablata seu alienata, mediante Andrea filio Georgii homine eiusdem domini bani hominem nostrum fidedignum pro testimonio destinare curaremus. Quorum peticionibus iustis et congruis annuentes, maxime quia ipsam possessionem per efficacissimorum instrumentorum euidenciam ipsorum fuisse in antea conperimus, discretum virum Johannem sacerdotem prebendarium ecclesie nostre hominem nostrum fidedignum ad premissa facienda modo debito duximus trahsmittendum ; qui quidem homo ipsius dicti domini bani vna cum eodem homine nostro predicto pariter ad nos reuersi concorditer nobis retulerunt, quod iidem in festo beati regis Stephani ad ecclesiam .beati Nicfolai] confessoris ipsorum parochialem accedendo in maioris rei testimonium vniuersis vicinis et commetaneis eiusdem possessionis noti-

ficassent seriem premisse reambulacionis seu statucionis, et die sequenti ipsius festi presentibus eisdem vicinis per ueras metas et antiquas pacifice et absque contradiccione aliquali eandem possessionem reambulatam statuissent cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis Dominico et Juan filiis Wlchk supradictis in filios filiorum iure perpetuo possidendam et habendam eo iure, quo ipsorum predecessorum fuisse dignosscitur. Mete autem ipsius prelibate possessionis, prout iidem homo prefati domini bani et noster, ut est premissum, pacifice in scriptis coram vicinis eorundem nobis demonstrarunt sunt tales: Prima meta incipit iuxta rippam Glogonche ab illice magna cruce signata et meta terrea circumfusa, inde tendens ad orien(em venit ad arborem egur cruce signatam iuxta viam ex sinistra parte, de inde intrando siluam venit ad pirum sub qua est meta terrea, inde ad viam exercitualem iuxta quam est meta a parte orientis in arbore piri siluestris cruce signata, inde per siluam ad hoc ad partem orientis eundo venit ad arborem tul habentem sub se metam, deinde ad aliam arborem tul iuxta viam et transeundo viam venit etiam ad arborem tul sub se habentem metam terream, ab hinc cadit in aquam Grageria, in rippa eiusdem est meta sub frutice aueiianarum et yhor et per eandem aquam procedit supra in longo et exit de eadem ad arborem pomi et ad duas metas terreas, de quibus reflectitur ad occidentem et peruenit ad tres arbores gertian, de inde eundo venit ad metam terream ad arborem populeam meta terrea circumfusam prope quandam arborem magnam gertian, deinde ad fagum et illicern cruce signataš, inde in ueteri via eundo peruenit ad uiam supra cliuium qui dicitur berch, vbi etiam sunt due mete terree et in ipsa via declinat paruum ad meridiem et peruenit ad duas arbores illicis cruce signatas, deinde per multas arbores illicis et metas eundo venit ad pirum su(!) qua est meta terrea, inde per arbores egur transeundo venit ad duas arbores gertian cruce signatas, ab hinc directe in aquam Glogonche et in eadem aqua procedendo uersus meridiem peruenit ad metam prius nominatam, et sic terminatur. Datum et actum feria tercia proxima ante festum beati Dyonisii, anno domini millesimo CCCXL° tercio.

Original u arkivu zagrebačke nadbiskupije: Donationalia fasc. 7. no. 14

Vrvca l pečat inanjka.

68.

1343, 22. oktobra. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaze lupanima, kastelamma i t. d. da plate desehnu biskupu zagrebačkomu Jakobu, kao što su je plaćah biskupu Ladislavu.

Nicolaus banus tocius Sclauouie vniuersis et singulis nobilibus, comitibus, castellanis, officialibus, liberarum villarum villicis et aliis quibusuis status et condicionis hominibus in dyocesi Zagrabiensi et in nostro banatu existentibus quibus presentes ostenduntur salutem et sincere dileccionis affectum. Cum ex officio nobis incombente (!) nostri regiminis ad ea, que tam nostre saluti ac vestre sint proficua et apta et demum nostro atque uestro comodo et honori competencia; vos et uestrorum quemlibet inducere teneamur atque compellere, ut debemus. Idcirco, ne ambiguitas et discessio in facto decimarum, que pro usu[1] sacerdotum et clericorum in signum vniuersalis dominii sunt deputate vlterius per quospiam attrahatur, set uiam et modum dicacionis et solucionis predictarum decimarum per uestrorum quemlibet[2], ad uos pertinentes venerabili in Christo patri domino Jacobo dei et apostolice sedis gracia episcopo Zagrabiensi karissimo compatri nostro et capitulo suo Zagrabiensi persoluendarum eo modo et ea consuetudine, sicut predicte decime tempore reuerendi in Christo patris domini Ladizlai olim episcopi Zagrabiensis vsque modo seu usque ad hec tempora dicari et persolui in dicta Zagrabiensi dyocesi consueuerant et debebantur, obseruare ex causa racionabili debeamus. Igitur vniuersitatem vescram petimus et rogamus et nichilominus uobis et vestrorum cuilibet precipimus et mandamusper presentes, quatenus non obstantibus quibuscumque altercacipnibus et cauillacionibus in dictarum decimarum factis quomodocumque et qualitercumque nunc in nostra generali congregacione Zagrabie celebrata disceptatis et exortis ipsas decimas integre et perfecte sicut tempore prelibati domini Ladizlai olim episcopi Zagrabiensis dicari et solui debebantur et axsoluebantur suis[3] decimatoribus, ita et nunc decimatoribus iamdicti domini episcopi Jacobi et suo capitulo Zagrabiensi dicare anno in presenti et exigere permittere debsatis coram hominibus nostris ad hec deputatis siue deputandis[4], quibus dedimus et contulimus

[1] Slijedi precrtano: »decimarum«.
[2] Pisano : »quelibet«.
[3] Pisano dvaputa.
[4] Pisano: »deputandos«.

nostram auctoritatem vos et quemlibet uestrorum compellendi, si secus, quod absit, in premissis uel aliquo premissorum faceretis ad predictarum decimarum soluciones modo premisso faciendas decimatoribus predicti domini episcopi et suo capitulo memorato. Datum Zagrabie, feria quarta post festum beati Luce ewangeliste et apostoli, anno domini MCCCXLIIP.

Iz kodeksa: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 20.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebti : I. B. IX. 167.

69.

1343, 23. oktobra. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaie kastelanu Steničnjaka, da utjera desehnu za biskupa zagrebačkoga-

Nicolaus banus tocius Sclauonie dilecto sibi magistro Nicolao castellano de Stennichnak salutem cum dileccione. Sicut nobis notum existit, nobiles regni conabantur quasdam mutaciones facere in decimis soluendis, et licet pro concordia inter ipsos et ecclesiam Zagrabiensem facienda satis laborauerim.us, aliquid tamen exinde potuimus facere exinde. Volentes igitur mandatum domini nostri regis exequi, ut tenemur, vobis et uices uestras gerentibus damus firmiter in mandatis, quatenus omnes et singulos pertinentes ad dictum castrum Stennichnak compellatis ad soluendas decimas de rebus decimalibus illo modo, sicut eas domino Ladizlao olim Zagrabiensi episcopo, nunc uero in archiepiscopum Colocensem electo persoluerunt uel persoluere debuerunt, quam cito per decimatores fueritis requisiti, sicut nostram indignacionem in^ currere formidatis, contenti de ipsis decimis sola sexta decima parte et nichil vobis exinde amplius vendicantes, non enim contra deum et contra mandatum domini nostri regis intendimus cuiquam in hiis maxime complacere. Datum Zagrabie, feria quinta proxima post festum beati Luce ewangeliste, anno domini MCCCXLIII⁰.

Iz kodeksa: Liber priuileg. episc. Zagrab. tist. 21.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu : I. B. IX. 167.

70.

1343, 26. oktobpa. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim uredjuju plemiči iz Moravča i Glavnice odnošaje s Nikolom sinom Petra Ludbreškoga glede imanja Zitomira, Zlatopasna i t. d.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Fidelium Christi quieti et moderacione(f) omnino est conueniens, vt ea, que ordinantur racionabiliter, nulla possint in posterum refragacione turbari. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magnificus vir magister Nicolaus filius Petri de Ludbreg parte ab vna, et nobiles seruientes domini nostri regis de Moroucha et Glaunicha parte ab altera in nostra presencia personaliter constituti concorditer retulerunt, quod licet quedam ordinaciones, composiciones et permutaciones super quibusdam possessionibus, possessionum porcionibus ac aliis iuribus de Moroucha et Glaunicha olim. inter eos facte fuissent, secundum quod in aliis litteris priuilegialibus. tunc emanatis plenius continetur, ipse tamen ordinaciones, conposiciones et permutaciones huc vsque inter ipsos non fuerant obseruate eo, quod dominus Mykch tunc banus tocius Sclauonie in tantum perturbauerat ipsum magistrum Nicolaum, quod omnes possessiones et possessiohum porciones sibi ex premissis conpetentes potencialiter et iniuste abstulerat ab eodem, et ideo nichi! ex premissis non obseruatis sibi intendebant mutuo imputare. Nunc v3ro idem(!) partes in nostra presencia personaliter conparentes, videlicet ipse magister Nicolauš parte ab vna, altera vero Jacobus filius Venczeslai, Ge[o]rgius filius Laurencii, Iwan et Georgius filii Tatar, Thomas et Stephanus, Posnanus (ilii Gregorii, Adam filius Jacobij Paulus fiiius Michaelis, Johannes filius Mundek et Nićolaus dictus Cordus, Endree filius Mikon, Petrus filius Wlkovin et Johannes ac Stephanus fllii Synonis(f) nobiles seruientes domini nostri regis de Moroucha et Glaunicha, vt predicitur, concorditer coram nobis elegerunt predictos Jacobum filium Venczeslai, Georgium [filium Laurencii, Georgium filium Tatar et Thomam filium Gregorii, quibus commiserunt et tradiderunt omnem potestatem cum eodem magistro Nicolao concordandi, conponendi et diffiniendi super possessionibus et iuribus, super quibus agebatur inter partes, ratum et gratum habituri quitquid per eosdem ordinaretur et diffinietur in premissis; demum idem Jacobus filius Venczeslai, Georgius filius Laurencii, Georgius filius Thatar (!) et Thomas

filius Gregorii, nobiles seruientes, accepta potestate huiusmodi a sociis eorundem predictorum suorum, eorundem nomine in nostra presencia retulerunt, quod olim ordinaciones, conposiciones et permutaciones super possessionibus et porcionum possessionibus inter magistrum Nicolaum et eosdem nobiles seruientes habitas ratificabant, approbabant et confirmabant, ymo pocius ratificauerunt, approbauerunt et confirmauerunt hoc expresso et mutato, quod quia Iwan et Georgius filii Thatar, Georgius filius Laurencii et Symon filius Farchasii noluerunt de suis possessionibus exire, set eas pro se voluerunt retinere eo, quod dum prius dicte ordinaciones facte fuissent, idem Georgius filius Laurencii ibidem personaliter non adherat(!), et eo facto idem(!) de ipsorumdem possessionibus porcionum exire noluerunt. Igitur nos dictos Iwan et Georgium interrogantes, que possessio ipsis esset hereditaria, qui affirmauerunt et nominauerunt Sytomeriam vocatam ipsorumdem esse possessionem hereditariam, magister vero Nicolaus eandem possessionem Sytomeriam vocatam cum ceterisque suis vtilitatibus et pertinenciis ad eandem, scilicet cum vna vinea sita in Terezthenik, dixit et confessus est eisdem Iwan et Georgio filiorum Thatar iusto modo dimisisse et assignasse et ipsorumdem heredibus iure perpetuo possidendam ; Symonem vero filium Farchasii simili modi interrogantes, qui nominauit suam possessionem hereditariam Zlathopasnam vocatam circa Globochech adiacentem, eandem possessionem cum ceteris suis vtilitatibus et pertinenciis ad eandem dictus magister Nicolaus eidem Symoni filio Farchasii similiter dixit iusto modo dimisisse et suis heredibus iure perpetuo possidendum; item autem Georgium filium Laurenćii interrogantes, que possessiones porcionum sibi essent hereditarie, qui primo et principaliter nominauit possessionem Venerkoucy vocatam ex ista parte fluuii Sytomeria a parte aquilonis adiacentem vsque dum fluuius Sytomerie intrat in fluuinm Crapinam, quod eciam idem Iwan et Georgius filii Thatar ac Symon filius Farchasii premissam possessionem Venerkoucy eidem Georgio filio Laurencii affirmantes sibi esse hereditariam; item possessionem Benkwelge vocatam cum vineis et molendinis, item possessionem Gurgeucy vocatam cum locis molendinorum circa fluuium Crapina vsque riuulum Peschena adiacentem, premissas possessionarias porciones idem Georgius filius Laurencii dixit sibi esse hereditarias; tamen magister Nicolaus ex relacione aliquorum dicebat possessionem Gurgeuch ad se pertinere, ibidem[1] se emendens dicensque idem Georgius filius Laurencii reuerenter procedit et a nobis honoranter requirit premissas porciones possessionum et specialiter possessionem Gurgency

[1] Bilo »ubidem« pa ispravljeno.

(cum) vineis, molendinis et vniuersis suis vtilitatibus et pertinenciis ad easdem dixit et confessus est eidem Georgio filio Laurencii et suis heredibus iusto modo pacifice et quiete dimisisse iure perpetuo optinendas et possidendas, scilicet cum tribus vineis in Tereztenik(!) plantatas similiter dixit eidem Ge[o]rgio dimisisse et iura de eisdem vineis, scilicet tynas idem magister Nicolaus similiter affirmans dicto Georgio filio Laurencii relaxasse et dimisisse, obligans se eciam, vt idem et sui heredes dictum Georgium et suos heredes in premissis possessionibus non possent agrauere(!). In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in festo beati Demetri martiris, anno domini millesimo CCC quadragesimo tercio.

Iz originalnog prijepisa kaptola zagrebačkog od 24. juna 1412.
Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1343.

71.

1343, 26. oktobra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim odobravaju Nikola sm Petra Ludbreškoga te Jakov i Pavao plemići iz Moravče nagode, zamjene i t. d. glede imanja u koiaru moravčanskom; uz to zamijenjuju neke dijelove zemlje medju sobom.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Fidelium Christi quieti et moderacioni omnino est conueniens, vt ea que ordinantur racionabiliter, nulla possint in posterum refragracione turbari. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magnificus et nobilis vir magister Nicolaus filius Petri de Ludbreg parte ab vna, ab altera vero Jacobus filius Vecezlai et Paulus filius Mychaelis filii Paulis(!) nobiles de Moroucha in nostri presencia personaliter constituti retulerunt, quod licet quedam ordinaciones, composiciones et permutaciones super quibusdam possessionibus et possessionum porcionibus ac aliis iuribus in districtu de Moroucha olim inter eos facte fuissent, secundum quod in aliis nostris litteris priuilegialibus tunc emanatis plenius continetur, ipse tamen ordinaciones, composiciones et permutaciones hucusque inter ipsos non fuerant obseruate eo, quod dominus Mykch tunc banus tocius 'Sclauonie in tantum perturbauerat ipsum magistrum Nicolaum, quod omnes possessiones et possessionum

porciones sibi ex premissis competentes potencialiter et iniuste abstulerat ab eodem et ideo nichil ex premissis non obseruatis sibi intendebant mutuo imputare. Nunc vero eedem partes in nostra presencia personaliter constitute retulerunt, quod olim ordinaciones, composiciones et permutaciones super possessionibus et porcionum possessionibus inter ipsas tunc habitas ratificabant, approbabant et confirmabant, ymo pocius ratificauerunt, approbauerunt .et confirmauerunt cum quibusdam adiectionibus tali modo, quod videlicet ipsi Jacobus et Paulus de nouo montem olim ad eosdem pertinentem, super quo videlicet castrum Zelina est situatum[1] cum terris Pousateleke et Palustelek preter siluam Pousateleke et possessionem Globochech, quarn idem Jacobus a Vydek viginti marcis denariorum compararat; item possessionem Megurechye vocatam circa Biztricam constitutam cum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis consenserunt, dederunt et tradiderunt eidem magistro Nicolao et per eum suis heredibus iure perpetuo possidendas, tenendas et habendas; renunciantes omni iuri, quod in ipso monte vel dictis possessionibus eorum progenitores et[2] ipsr habuerant vel habebant. Loco quarum in concambium idem magister Nicolaus quasdam possessiones Olsopzerie, homines castrenses saluo iure domini episcopi Zagrabiensis et Bozynawlge nuncupatas predicto Jacobo, item possessionem Nezpesa vocatam, castrenses et hominis sine herede decedentis sibi ex beneficio literarum domini nostri regis competentem eidem Paulo et fratribus suis cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis quibuscumque et per eos ipsdrum heredibus dedit, tradidit et assignauit iure perpetuo possidendas, tenendas et habendas; assumpmens, quod si per quempiam in futurum in eisdem possessionibus ipsos Jacobum, Paulum aut eorum heredes contingat perturbari, ex tunc semper ipse magister Nicolaus vel sui heredes eos liberare et expedire in suis propriis laboribus et expensis tenebuntur. Hoc expresso, quod si iusticia mediante eedem possessiones vel alique ex eisdem per quempiam in futurum possent euinci vel aufferri ab eisdem Jacobo et Paulo vel eorumdem heredibus, tunc idem magister Nicolaus vel sui heredes tenebuntur ad dandum et tradendum similes possessiones in vtilitatibus vel valore. eisdem Jacobo et[3] Paulo vel heredibus eorundem; simili modo eciam ipsi Jacobus et Paulus se obligauerunt expedire propriis laboribus et expensis ipsum magistrum Nicolaum et suos heredes ab omnibus qui ipsum vel suos heredes racione predicti montis, castri et possessionum supradictarum possent in aliquo

[1] Slijedi precrtano: »tum«.
[2] Iznad linije istom rukom.
[3] Najprije bilo. napisano »vel«; pa precrtano.

perturbare. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in festo beati Demetrii martiris, anno domini MCCCXL[0] tercio.

lz prijepisa kaptola zagrebačko^a od 13. marta 1382.

Ovaj prijepis г1 arkivu ju^oslavenske akademiie u Zagrebu: Diplomata a. 1343.

72.

1343, 27. oktobra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim izmiruju .se glede medja Nikola sm Petra Ludbreškoga г plemići Jakob, Gjuro i t. d. iz Moravča г Glavnice.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magnificus et nobilis vir magister Nicolaus filius Petri de Ludbreg parte ab vna, Jacobus filius Vencezlay, Georgius filius Laurencii, Georgius filius Tatar et Thomas filius GregoiHi, nobiles seruientes domini nostri regis Hungarie pro se et aliis suis consociis sibi similibus de Morocha (!) et Glawnicha, item Nicolaus filius Philippi, Anthonius filius Nicolai, Stephanus filius Symonis et Gothel filius Blagona pro se et aliis nobilibus iobagionibus castri sibi consimilibus de eadem Marocha(!) et Glawnicha in nostri presencia personaliter constituti concorditer retulerunt, quod ipsi inter se ad plenam pafcis] vnionem deuenerant, prout in litteris nostris priuilegialibus iam confectis, plenius continetur, verum quqmodo inter ipsos ad huc quedam, vt credebat, remanserat materia discordie, ideo omnem ambiguitatem exinde idem magister Nicolaus maxime volens euellere et exterminare, uoluit et consensit, quod in recuperandis et rehabendis possessionibus hominum sine herede decedencium et terras castrensium in eisdem districtibus Morocha et Glaunicha(f) per dominum regem sibi donatas non ducantur iudices quicumque temporales, set de nostro collegio vnus asumptus per eundem magistrum Nicolaum et alius per eosdem nobiles seruientes domini regis et nobiles iobagiones castri plenam habeant potestatem pensatarum causarum meritp et cautitate ac caritate discuciendorum inter ipsos terminandi omnia et singula super possessionibus et possessiqnum porcionibus, que in eorum presenciam deducentur, et quod super hiis que per ipsos nostros consocios determinata fuerint et coram nobis confessata in premissis, possint nostre

littere emanari ad confessionem eorundem pro iure cuiuslibet sicut constiterit de eisdem, videlicet, si ipse magister Nicolaus dixerit aliquam terram uel terre particulam occupatam per aliquem de terris hominum sine herede decedencium vel castrensium, et ipse talis quem dixerit occupatorem negauerit esse talem terram. extunc ipsi nostri concanonici per nos deputati habebunt iusticiam facere inter partes per uiam iusticie siue per iuramentum vel aliter quoquomodo ita, quod conpurgatores uel testes aut alii in causis expediendis necessarii debebunt induci sicut expedient de eisdem districtibus Morocha et Glawnicha et non aliunde, nisi de consensu parcium aliud exinde fieri contingat. Datum in vigilia beatorum[1] Symonis et Jude apostolorum, anno domini MCCCXL° tercio.

Iz prijepisa zagrebaekoga kaptola od 13. decembra 1343. ueinjen prijepis istog kaptola od 15. februara 1408.

Potonji prijepis od e;od. 1408. u arkivti j'ugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1343.

73.

13*3, 27. oktobra. U Avignonu.

Klement VI. papa imenuje Sergija kanonika kotorskoga biskupom kotorskim.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Sergio episcopo Catharensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus officium etc. Nuper siquidem ecclesia Catharensi pro eo vacante, quod venerabilis frater noster Thomas de Ripatransonis ordinis fratrum Predicatorum, olim episcopus Catharensis, regimini ac oneri dumtaxat eiusdem ecclesie, cui preerat, in manibus venerabilis fratris nostri Bertrandi episcopi Ostiensis ex certis causis apud sedem apostolicam sponte cessit, idemque Bertrandus ex commissione nostra super hoc vive vocis oraculo sibi facta huiusmodi cessionem apud sedem admisit eandem. Nos considerantes, quod nullus preter nos de provisione ipsius ecclesie se ea vice intromittere poterat, pro eo, quod nos diu ante cessionem huiusmodi provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud dictam sedem vacantium, et vacaturarum imposterum apud eam ordinationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac ad provisionem ipsius ecclesie celerem

[1] Umetnuto od iste ruke.

et felicem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, cupientes quoque talem eidem ecclesie secundum cor nostrum presidere personam, que posset eandem in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, ipsamque preservare a noxiis et adversis, post deliberationem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc canonicum eiusdem ecclesie, in diaconatus ordine constitutum, cui de litterarum sciencia, vite ac morum honestatej spiritualium et temporalium circumspectione et aliis multiplicium virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, convertimus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua eidem Catharensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica duximus providendum, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecelesie Catharensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, et subsequenter tibi postmodum in presbiterum rite promoto per venerabilem fratrem nostrum Petrum episcopum Penestrinum fecimus munus consecrationis impendi, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera illius, a quo universorum carismatum dona proveniunt, clemencia dirigente, prefata Catharensis ecclesia per tuam curiosam solerciam tuumque ministerium studiosum regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca fraternitati tue mandamus, quatinus ad dictam ecclesiam Catharensem cum gratia nostre benedictionis accedens, ipsius Catharensis ecclesie solicitam curam geras, gregem dominicum in illa tue vigilancie creditum doctrina verbi et operis informando, ita, quod eadem Catharensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque proinde preter eterne retributionis premium nostre benedictionis augmentum ac sedis prefate gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, VI. kalendas novembris, pontificatus nostri anno secundo.

In eodem modo. Capitulo et universis vassallis ecciesie Catharensis, necnon clero et populo civitatis et diocesis Catharensis.

Tkeiner Monum. S/az: Mer. 1. no. 271. str. 208. — Iz reg. an. II. tom. I. ep. 196.

74.

1343, 27. oktobra. U Avignonu.

Klement VI papa preporuča Stjepanu kralfu srpskomu novoimenovanoga biskupa kotorskoga.

Clemens episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Stephano regi Rassie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur, si per seculares principes ecclesiarum prelatis, presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, honor debitus impendatur. Nuper siquidem Catharensis ecclesia etc. usque prospere dirigetur. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus dei ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari: Serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem episcopum et prefatam Catharensem ecclesiam sue cure commissam habens pro apostolice sedis et nostra reverencia propensius commendatos, ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita, quod idem episcopus tue celsitudinis fultus auxilio in commisso sibi cure pastoralis officio possit, deo propitio, prosperari, ac tibi exinde a deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Avinione, VI. kalendas novembris, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner Mon. Slav. Merid. I. no. 272. str. 209. Iz reg. an. II. tom. 1. ep. 197.

75,

1343, 1. novembra. U Spljetu.

Stojia i t. d. obvezuju se knezu kliškom Mladenu, da će svojim imutkom i osobom jamčiti, fe ne će Draioje i t. d. nj'ihovi rodjaci, siužih knezu Nelepiću.

C. Die primo nouembris. Stoisa Volcoeuich, Radecta Volcoeuich, Crannislauus Cheraich, Veselcus Draghinich, Racteco Radoseuich, Osore Cuciloeuich, Milgost Dublanich et quilibet eorum precibus et mandatis Drasoi et Vochese filiorum Radosclaui et Goislaui filii Prodi Desaucichorum, eoque omnium consobrinorum se fideuissores et principales solutores constituendo pro eis Rade Miganicich stipulanti et recepienti(I) vice

et nomine egregiorum virorum dominorum Mladini et Pauli eorumque fratris, comitum Clissiensium, eorumque heredum et successoribus promiserunt se taliter facturos cum effectu operis, quod prefati Drasoius, Vochsa, Goislauus et eorum omnes consobri totis temporibus eorum vice obseruabunt dicto comiti Mladino et eius fratribus puram fidelitatem et in aliquo non contrafacient eisdem uel alicui eorum nec erunt contrarii per se uel alium seu alios aliqua racione vel causa, nec eciam ibunt ad seruiendum neque seruient aut obbedient comiti Nelipcio de Tinino uel eius filio aut comiti Constantino eius nepod quoquo modo, neque ibunt ad nocendum eis seu dampnificandum uel alicui eorum modo aliquo uel ingenio; eo saluo, si iuerint cum magnifesto (!) exercitu eorum domini vbi eorum dominus predictus personaliter interesset. Ouod si ipsi uel aliquis eorum contrafaceret in predictis uel aliquo predictorum quoquo modo, promiserunt et se obligauerunt fideiussores et principales solutores predicti, dare et asignare in manus dicti domioi comitis Mladeni uel eius fratris predicti in castro Clissie Drasoium, Vochesam, Goisclauum et eorum consobrinos predictos et eorum quemlibet contrafacientem infra vnum mensem computandum a die qua contrafacerent uel a die qua ipse comes Mladinus vel eius fratres pecierint; quos si non dederint uel asignauerint eisdem, ut dictum est, teneantur dare et soluere eidem comiti Mladino aut eius fratribus predictis, scilicet quibuslibet eorum quantitatem et pecuniam infrascriptam, ut inferius est expressum, videlicet Stoisa Volcoeuich libras triginta venetorum paruorum, Radecta Volcoeuich predictus libras triginta venetorum paruorum, Cranisclauus Chernich predictus libras viginti venetorum paruorum, Veselcus Draghinich predictus Iibras viginti venetorum paruorum, Ratcho Radoseuich libras decem venetorum paruorum, Osore Cuciloeuich predictus Iibras triginta venetorum paruorum et Milgost Dublanich predictus libras quinquaginta venetorum paruorum infra terminum ,supradictum. Quod si fideiussores et principales solutores predicti predicta omnia et syngula non obseruauerint aut in aliquq contrafecerint, voluerunt et se. obligauerunt, quod licitum sit eidem comiti Mladino uel eius fratribus predictis eorum propria auctoritate sine alicuius curie, rectoris seu officialis requisitione alicuius ciuitatis, terre uel loci seu vniuersitatis omnes et eorum quemlibet realiter et personaiiter capere et detinere ubique locorum et terrarum et. intrare in eorum hona et ipsa bona, vendere vbicumque ipsa inuenerit et sibi .satisfacere de quantitatibus predictis contra quemlibet eorum, prout superius est expressum, cum dampnis, interesse et expensis, statis(!), reformationibus, capitulis, consuetudinibus aliquibus alicuius ciuitatis, terre uel loci aut vniuersitatis.-aliquibus non obstantibus; quibus ex certa sciencia renunciaueruht ex-

presse; renunciantes insuper nomine constitutionis beneficio de fideiussoribus, excepcioni doli, condicioni siue causa, in factum actioni, et omni alii legum et decretorum auxilio quibus contra predicta uel aliquo predictorum se possent defendere uel tueri. Que omnia et syngula supradicta promiserunt dicti fideiussores et principales solutores et quilibet eorum per se et eorum heredes et successores perpetuo[1] attendere et obseruere et in aliquo non contrafacere vel venire per se uel alium seu alios aliqua ratione uel causa modo uel ingenio, de iure uel de facto cum refectione dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum et suorum personarum vbique locorum, ut superius est expressum. Actum Spaleti in monasterio sancti Benedicti extra muros ciuitatis, presente Nichola Petri Nicole, Duymo Marini et Francisco Dominici Michael[is] Petrache, testibus et Johanne Petri Madii examinatore.

Iz origrn. notar. knfige spljetske u gubern. ark. u Zadru. Libri di Spalato: Lib. I. fol. 3.

76.

1343, 12. novembra. U Avignonu.

Klement VI. papa zadovolfuje molhi biskupa zagrebackoga • ponafprife radi stolne crkve.

Supplicat sanctitati vestre deuotus et humilis venerabilis Jacobus episcopus Zagrabiensis, quatenus sibi specialem graciam facientes in personam dilecti sui Bartholomei nati Alberti de Barateriis de Placentia de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Vitalis de Pomario, Placentinensis diocesis per mortem Galuany de Rocha, ipsius ecclesie olim canonici in curia defuncti, ad presens uacantibus, quorum fructuum redditus et prouentus annui ualorem XV. florenos auri comuniter non excedit, bfenignaj auctoritate apostolica prouidere. Non abstante, quod canonicatu et prebenda ecclesie sancti Zeni Papiensis quorum eciam fructuum redditus et prouentus annui XX. florenos auri non excedent noscitur obtinere cum aliis non obstantibus et clausulis opportunis et executoribus. Fiat. Item, quod transeat sine alia leccione. Fiat. R. Datum Auinione, II. ldus novembris, anno secundo.

' Supplicat sanctitati vestre deuota creatura Jacobus episcopus Zagrabiensis, quod cum ipse super bonis et iuribus ecclesie sue cum sui(!)

[1] Precrtano.

episcopatus multipliciter molestetur ac iniurias ac violencias patiatur, dignemini sibi conseruatores super hiis concedere in forma edita pro prelatis in consilio Viennensi. Fiat ad triennium. R.

Item supplicat, quatenus sibi confessor suus quem elegerit, possit semel in mortis articulo peccatorum suorum omnium remissionem plenariam impertiri, dignemini indulgenter in forma quam consueuit deuotis suis sedes apostolica ex gracia spectuali. Fiat. R.

Item supplicat, quatenus possit certas personas de quot sanctitas uestra, uidelicet sue diocesis a maiori sententia excommunicacionis cum necessitas occurrerit locorum abhinc considerata distantia, auctoritate apostolica beneficium absolutionis in forma ecclesie impertiri dignemini indulgere, eciam si persone huiusmodi tenerentur pro absolutionibus sententiarum huiusmodi sedem apostolicam uisitare. Fiat usque ad^ uiginti personas R. in forma R.

Item supplicat, quod cum sumptuosa multum fabrica dicte Zagrabiensis ecclesie sit incepta, dignemini omnibus manum porrigentibus ad dictam fabricam adiutrices nec non quibuscunque aliis Christi fidelibus ecclesiam ipsam deuote uisitantibus singulis diebus dominicis et pascalibus, uidelicet natiuitatis, resurrectionis, ascensionis, Trinitatis "et Pentecostes ac in quatuor festiuitatibus beate Marie virginis et in tribus festiuitatibus sanctorum regni Ungarie, uidelicet Stephani, Ladislaf et Emerici de iniunctis eis penitenciis unum annum et XL dies relaxare in torma misericorditer indulgere. Fiat in festo sancti vel sancte, in cuius honorem fundata est ecclesia et in festiuitatibus dictorum regum. R.

Item supplicat, quod eidem episcopo indulgere dignemini, ut auctoritate apostolica ualeat. . . . tabelliones creare ut in forma. Fiat de duobus R. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat. R.

Datum Auinione, II. Idus nouembris anno seccundo.

Clementis VI. Reg. supplic. An. II. P. I fol. 41.

77.

1343, 17. novembra. U Zadru.

Zuve sin pokofnog Ciprijana gradfanin zadarski pravi svoju oporuku.

In nomine domini amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione duodecima, et die septimo mensis nouembris, Jadre. Tempore illustris et magnifici domini domini

Andree Dandulo ducis Venecie, reuerendi patris domini Nicolay de Mattafaris decretorum doctoris et Jadrensis archiepiscopi, et domini Johannis Sanuto honorabiiis comitis. Quue condam Cipriani Bartholomei ciuis Jadre per gratiam Jesu Christi mente et sensu sanus, licet corpore lanquens, timens dei iudicium et intestatus decedere, suorum rerum et bonorum omnium testamentum sine scriptis condidit in hunc modum. In primis uidelicet fecit et ordinauit suos fidei commissarios et procuratores huius testamenti dominam Johannam vxorem suam, Nicolaum et Madium fratres et filios dicti testatoris; item iussit sepelliri corpus suum, quando decesserit, apud ecclesiam fratrum Predicatorum de Jadra; item reliquid(!) pro anima sua ecclesie et loco dictorum fratrum Predicatorum libras quinquaginta paruorum, quas predicti sui commissarii infra duos menses soluere teneantur, quandocumque fuerint requisiti a priore uel locum tenente et fuerit necessarium pro reparatione et opere dicte ecclesie uel loci eiusdem; item reliquid in opere ecclesie et loci fratrum Minorum de Jadra pro anima sua libras quinquaginta paruorum soluendas quandocumque guardianus dicti loci et eisdem suis commissariis uidebitur esse necessarium; item reliquid in opere ecclesie sancte Marie presbiterorum pro anima sua libras paruorum quinquaginta soluendas et expendendas, prout et sicut plebano eiusdem ecclesie et dictis suis comissariis uidebitur fore utile et necessarium; item reliquid pro anima sua in opere ecclesie sancti Stephanni libras quinquaginta paruorum expendendas ibidem, quandocumque plebano dicte ecclesie et dictis suis commissariis uidebitur fore expediens; item reliquid pro anima sua ecclesie sancte Marie de Boniualdo libras quinquaginta paruorum expediendas in opere dicte ecclesie uel aliter ibidcm, prout uidebitur esse bonum et congruum dictis commissariis suis; item reliquid pro anima sua monasteriis de Jadra, uidelicet sancte Marie monialium, sancti Nicolai et sancti Demitri vnum calicem de argento cuilibet uidelicet dictorum locorum precii viginti soldorum grossorum pro quolibet calice; item reliquid et ordinauit, quod dicti commissarii sui teneantur pro anima sua uestire centum pauperes Christi; item reliquid mille missas cantare pro anima sua. Item reliquid dicte domine Johanne uxori sue libras quatuorcentas libras paruorum in foro consciencie et in secreto, quas dare et soivere teneatur de bonis suis, ubi, quando et prout sibi oretenus ordinauit et commisit; item reliquid dictam suam vxorem usufructuariam dum visserit(l) viduando nouem villanorum suorum positorum et existencium ad Milglaccicham, quos nunc tenet et possidet Nicolaus filius suus, et si dicti villani rescaptarentur ab illo cuius. fuerunt, uoluit, quod dicta vxor sua de pecunia que percipiet ex illis emere possit, si uoluerit, vnam possessionem et eam usufructuare, et si emere

noluerit, quod dictam pecuniam teneat et usufructet dum vixerit, et post mortem eius, quod dicta pecunia deueniat in filios suos; et eodem modo reliquid ipsam usufructuariam omnium suorum bonorum tam stabilium quam mobilium, videlicet harum que habet in insula Magna et totius sue possexionis(f) posite ad Cauallariam cum derro et vinea existentibus ad sanctum Johannem uel ad macerias. Item reliquid, uoluit atque mandauit, quod dicti commissarii sui teneantur infra dictos annos a die obitus sui exigere omnia sua debita et res mobiles, que reperirentur, quod a quocumque habere deberet; et si eorum aliquis neglexerit hoc adimplere, quod talis, cui aliquid dimissum esset, cadat penitus ab omni legato sibi ab eo dimisso, de quibus uero debitis et rebus per eos exactis mandauit, quod dicti sui commissarii cum scitu et consilio domini Nicolay Gallo emere teneantur possexiones bonas et rex(!) stabiles. Item legauit filie sue domine Dumpnane vxori Macthei(!) Cose de Bengna ducentas libras paruorum hac lege et condictione apposita, quod quandocumque ei dabuntur, quod Matheus vir dicte Dompnane teneatur cautionem prestare dicte vxori sue de dictis ducentis libris paruorum restituendis eidem filie in euentum dotis restituende; item legauit Maricge filie sue libras mille ducentas paruorum dandas sibi pro dote, quandocumque fuerit tradita ad maritum; item legauit Margarite eius filie mille ducentas libras paruorum pro maritando ipsam tempore debito. In omnibus vero aliis bonis suis mobilibus et stabilibus presentibus et futuris sibi equales heredes et vniuersales instituit: Niccolam, Madium, Damianum et Bartholomeum filios suos; verum tamen voluit, quod saline omnes quas habet in insula Pagi sint dictorum suorum filiorum et heredum hoc modo: Quod si aliquis dictorum suorum heredum decesserit sine liberis, quod alii heredes superstites vel qui uixerint, succedant equaliter in ea parte defuncti vel ipsorum filiorum heredes masculini tantum in stirpes et non in capita. Dans et concedens dictis commissariis suis in predictis omnibus et singulis licentiam agendi petendi, defendendi, respondendi et placitandi, libellum dandi et recipiendi, litem contestandi, de calumpnia et ueritate in animam suam sacramentum cuiuscumque generis prestandi, et generaliter ad omnia alia et singula faciendi et exercendi in iudicio et extra, que et prout

dictus testator si viueret facere, placitare et con. . . . .posset. Et hanc asseruit suam esse uelle utimam voluntatem, quam valere uoluit iure testamenti, et si iure testamenti non ualeret, valeat saltim iure codicillorum et cuiuslibet alterius ultime voluntatis, que ualere potest melius et tenere. Actum est hoc et firmatum presentibus Andrea Thome de Petrico et Nicolao condam Damiani de Cadolinis, ciuibus Jadre, testibus vocatis et rogatis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli procurator comunis Jadre manum misi.

(Sign. not.j

Ego Jacobus magistri Francisci de Asisio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus et singulis presens interfui, et ea rogatus scribere scripsi et in publicam formam redegy et meum signum aposui consuetum.

Original u arkivu grof. Begna u Posedarju: P. no. 81.

78.

1343, 10. decembra. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim riješava Jelena Pelra sina Jakobova, pošto joj j'e ovaj isplatio 50 maraka krvarine, svake obveze zbog ubivstva nj'ezinog sina Bartolomeja.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Jacobi filii Petri ab vna parte, domina Gelena mater Bartholomei filii Stephani ab altera coram nobis personaliter constituti, eedem partes asseruerunt viua voce, quod cum ipsa domina Gelena cum eodem Petro filio Jacobi super morte seu effusione sanguinis ipsius Bartholomei filii sui et denudacione eiusdem, pro quibus contra eundem Petrum filium Jacobi ipsa domina suspicabatur, ymo ordine iudiciario mouerat questionem, ad pacis vnionem iuxta conposicionem et ordinacionem proborum et nobilium virorum a partibus comuniter electorum taliter in loco iuramenti deuenisse, quod idem Petrus filius Jacobi ipsi domine Gelene racione premissorum quinquaginta marcas bonorum denariorum in duobus certis terminis iuxta con* tinenciam aliarum litterarum nostrarum coram nobis soluere debuisset, quibus terminis occurrentibus predictus Petrus filius Jacobi ipsas quinquaginta marcas denariorum eidem domine Gelene integraliter persoluit in npstri presencia, ut debebat; que quidem domina Gelena tam ex parti(!) sui quam ex parte omnium cognatorum et proximorum suorum quorumlibet eundem Petrum filium Jacobi et eius heredes racione.suspicacione mortis seu sanguinis effusione Bartholomei filii sui supradicti et denudacione eiusdem reddidit expeditos perpetuo penitus et per omnia et eciam absolutos, renuncians omni. iuri, liti et accioni, si quam in premissis vel aliquo premissorum contra ipsum Petrum filium Jacobi et

eius heredes mouere potuisset vel mouere posset in futurum, litteras eciam quorumcumque iudicum vei capitulorum tam inquisicionales quam alias in processu causarum predictarum contra eundem Petrum filium Jacobi optentas et emanatas ipsa domina suo et nomine proxirnorum suorum quorumlibet auctoritate presencium mortuas reddidit et viribus carituras, si vnquam per quempiam in iucem proferentur vel eciam exhiberentur. In cuius rei memoriam presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quarta proxima ante festum beate Lucie virginis, anno domini millesimo CCCXL° tercio.

Orlginal u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Dipiomata a. 1343.

Na hrptu vidi se trag ovalna pritisnuta pečata.

79.

1343, 13. decembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu učesnika svoju hslinu od 26. oktobra 1343-, u kojoj se izmiruju Nikola sin Petra LudbreSkoga i plemići iz Moravča i Glavnice.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Nuper inter magnificum virum magistrum Nicolaum filium Petri de Ludbreeg(l) ab vna parte, et nobiles seruientes domini nostri regis et nobiles iobagiones castri de Morocha et Glawnicha ab altera super diuersis articulis iuxta nostrarum aliarum continenciam litterarum sedata discordia et reformata pace et concordia inter ipsos, talis inter partes secuta fuit difinicio de consensu parcium, sicut tunc super hoc nostre emanate littere declarant. Quarum tenor de verbo ad verbum talis est: *(Slijedi listina istoga kapiola od 26. oktobra 1343.).* Nos jgitur potestate huiusmodi accepta ad premissa exsequenda cum comite Demetrio filio Iwan de Crisio homine magnifici viri domini Nicolai bani tocius Sclauonie et per ipsum dominum banum ad hec deputato homine vestro, dominos Johannem archidiaconum de Guerche et Johannem condam decanum, socios et concanonicos nostros per partes asumptos et per nos deputatos duximus destinandum; qui demum ad nos redeuntes nobis inter cetera concorditer retulerunt, quod cum idem magister Nicolaus paratus fuisset recaptiuare quandam terrarh prope Thoplica in Moroiicha constitutam tamquam terram castrensem, quam Farkasius et' Fynta filii Vgrini possidebant, et quia

invenit dictam terram de iure ad ipsos filios Vgrini pertinere, ideo eandem cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis coram ipsis sociis nostris supradictis Farkasio et Finte ac per eos ipsorum heredibus reliquisset ipse magister Nicolaus pacifice perpetuo possidendam. In quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum sabbato proximo post festum beati Nicolai confessoris, anno domini MCCCXL° tercio.

Iz prijepisa istoga kaptola od 15. februara 1408.

Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1343.

80.

1343, 13. decembra. U Zadru.

Gjuro Miroslavić iz Bribira prodaj'e Danielu Varikasi zemlju svoju u selu Trećci.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indiccione duodecima, die tercia decima mensis decembris, Jadre. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia fadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego Georgius condam Gregorii Miroslauich de Breberio do, vendo et trado iure directi dominii et plene proprietatis tibi Danieli de Varicassis ciui Jadre pro te tuisque heredibus et successoribus ementi et recipienti totam et integram unam sortem terre mee aratorie, quam esse dico et conuento gognaiorum triginta, et si plus est, cedat in hanc uendicionem absque precii addicione; positam in villa Trecci, que sors terre laboratur per Radam relictam Bratoy et Radoslauum eius filium; que villa Trecci tota habet hos confines: De austro sunt terre uille vocate Gelsane, de quirina sunt partim terre monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte Jadrensis diocessis et partim terre Nicolai Madii Galelli et partim terre heredum Mauri Barthi de Grisogonis, de borea terre ville uocate Merglane et partim terre de Starassane et de trauersa partim terra uocata Chotuschina, quam heredes Mathei Qauate tenent et partim terre de Lemesuo-chraschie, in quibus confinibus trauersalibus et ultra ipsos confines trauersales sunt terre dicte ville Trecci infra terras de Camegnano ; ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum,

uendendum et quicquid tibi dicto Danieli tuisque heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio; cum omnibus ipsius sortis terre vineis, pascuis, pratis aquis, arboribns, accessibus et egressibus suis, pertinenciis et iuribus et cum omnibus, que dicta sors terre et omnia et singula iura et pertinencie ipsius terre predicte habent super uel infra seu intra se in integrum. omnique iure, accione, usu seu requisicione mihi ex eis seu pro eis aut ipsis rebus uenditis de iure uel de consuetudine modo aliquo pertinentibus. Et hoc pro precio librarum ducentarum denariorum paruorum, quod precium ego dictus uenditor confiteor et contentus sum me integre recepisse a te dicto emptore et mihi integre solutum, datum et numeratum esse in bona usuali et legali moneta, excepcioni mihi non dati et non soluti dicti precii, ut dictum est, et omni alii legum et iuris auxilio et omnibus statutis, prouissionibus(l), reformacionibus, ordinamentis et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro me in aliquo facientibus omnino renuncians. Quam sortem terre cum omnibus suis predictis iuribus et pertinenciis ego dictus uenditor me tui dicti emptoris nomine constituo possidere, donec ipsarum possessionem acceperis corporalem, quam accipiendi tua auctoritate et retinendi deinceps tibi licenciam omnimodam trado; nec non promitto ego > dictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi dicto emptori tuisque heredibus et successoribus litem, questionem aut controuersiam tibi uel tuis heredibus et successoribus -de sorte terrc cum omnibus suis pertinenciis et iuribus predictis seu parte ipsarum non inferre nec inferrenti consentire, set dictam sortem terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus predictis tibi et tuis heredibus et successoribus ab omni homine et persona, collegio et uniuersitate legitime defendere et excalumpniare in racione, et predictam uendicionem et precii solucionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per me uel alium aliqua racione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti dicti precii in singulis capitulis huius contractus quociens contrafactum fuerit in solidum stipulacione promissa, et pena predicta soluta uel non, presens tamen contractus et omnia et singula in eo contenta in sua nichilominus firmitate perdurent; item refficere et restituere tibi omnia dampna, expensas et interesse litis et extra; pro quibus omnibus firmiter attendendis et obseruandis ego predictus uenditor obiigo tibi dicto emptori me et omnia bona mea presencia et futura, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Paulo condam Viti de Paulo, Nicolao condam Damiani Pasque de Varicassis, ciuibus Jadre, et Gardo Gogislaui de villa Luborche et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Dobri Begne iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original na perg. u gubernijal. arkivu u Zadru odio familije Ponti a. 1343.

81.

1343, 15. decembra. U Senju.

Deslav sin Gojanov gradjanin senfski prodaje Grguru sinu pokojnog Stipana Grdosevića drvenu kuču u Senfu.

In dei nomine amen. Anno domini a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione vndecima, die quinto decimo mensis decembris, temporibus equidem domini Lodouici dei gracia serenissimi regis Hungarie, venerabilis patris domini fratris Johannis eadem gracia episcopi Segniensis, magnificorumque virorum dominorum Duymi et Bartholomei Vegle comitum et ciuitatis Segnie perpetuorum potestatum, Romse vicecomitis, Bartoli, Moysis et Phylipi iudicum ciuitatis predicte. Actum in ciuitate Segnie in domo habitacionis mei Simonis notarii infrascripti, presentibus Lucha olim iudice Segnie filio condam iudicis Cosme, Lubigna filio condam Andree, Stipanno Beluscich et Chiurillo filio condam Pauli Gherlicich, ciuibus Segnie et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis. Ibique Deslauus filius condam Goiani Scianthe ciuis Segnie per se suosque heredes et successores iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit, alienauit et tradidit Gregorio filio condam Stipanni Gherdoscieuich pro se suisque heredibus, posteris et successoribus recipi§nti et ementi vnam domum lignaminis cum tereno positam in ciuitate Segnie prope domum Cristoli Siualinich ab uno latere, et prope domum Draghe Crascianne ab altero latere, et apud curiam vicinalem uel iuxta alios, si qui sunt ueriores confines; ad habendum, tenendum, possidendum, superhedificandum, gaudendum, uendendum, alienandum pro anima et corpore indicandum et quicquid ipsi emptori et suis heredibus de ipsa domo lignaminis cum terreno et suis pertinenciis deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum ingressibus et egressibus suis in viam publicam et cum omnibus et singulis suis pertn

nenciis, adiacenciis, proprietatibus, utiiitatibus et quolibet iure suo ad ipsam domum spectantibus quoquo modo; pro precio et nomine precii quinquaginta librarum denariorum uenetorum paruorum. Quod precium totum dictus Deslauus uenditor confessus, contentus et uere manifestus fuit a dicto Gregorio emptore habuisse et integre recepisse, omni exceptioni et defensioni iuris aut facti in predictis et infrascriptis renuncians dictus Desiauus, qua contradicere posset. Promictens(i) insuper dictus Deslauus uenditor per se suosque heredes dicto Gregorio emptori pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti de dicta domo, ue] suis pertinenciis ei uel eius heredibus litem, questionem uel molestiam ulio tempore non inferre nec inferrenti consentire, set dictam domum cum suis pertinenciis ei et eius heredibus ab omni et quolibet homine, persona et vniuersitate in iudicio et extra legitime defendere, discalumpniare et disbrigare suis propriis sumptibus et expensis, et dictam uenditionem et omnia et singula suprascripta ei infrascripta perpetuo firma et rata habere et tenere, actendere, obseruare et adimplere et contra non facere uel uenire per se uel per alium aliqua ratione, causa uel ingenio, de iure uel de facto sub pena dupli tocius dicti precii stipulatione promissa, refectione omnium dampnorum, expensarum et interesse litis et extra et sub obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum. Cuius quidem pene medietas curie coram qua de premissis fieret questio et alia medietas dicto Gregorio deueniat; qua pena comissa soluta uel non, rato manente contractu. Et ad maiorem cautelam venditio dicte domus ante presentem contractum preconicata fuit quatuor diebus dominicis secundum consuetudinem Segniensem.

(Signum not.)

Ego Simon condam Venthure de Prathoueteri Fesulane diocesis imperiali auctoritate et comunis Segnie iuratus notarius predietis omnibus, dum agerentur interfui, eaque rogatus scripsi et publicaui rneoque signo solito roboraui.

Original u arkivu samostana na Trsatu. no. 13.

82.

1344, 24. januara. U Zadru.

Fumija udovica . . . prodafe četvrti dio kuće u Zadru Martinusifu Barta Petra Clauda.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione duodecima, die uigesimo quarto

mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Andree Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia fadrensis archi[episcopi, ac domini Jo]hann[is] Sanuto egregii comitis. Ego Fumia, relic[ta . . . . au[rifici . . . . filia condam Marini marinarii uocati Pecc . . . . uendo . . . . Martinussio Barthi Petri Claudi ciui Jadre, quartam par[tem] meam unius domus cum parte quoquine(l), et cum omnibus aliis ciusdem per . . . me dicte domus pertinenciis et iuribus, posite Jadre in confinio sancti Siluestri de Carth[iui]cho ad castellum, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio. Precio cuius uendicionis ego dicta uenditrix recepi a te predicto emptore libras quinquaginta duas denariorum paruorum, promittens ego dicta uenditrix et ego Bude Cramer . . . filius condam Petri, uitricus dicte ue[n]ditricis, Jadrensis, per nos nostrosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam partem quidem dicte domus, quoquine et .omnes pertinencias et iura ipsius partis uendite dicte domus excalumpniare in ratione ab omni persona super nos et bonis nostris omnibus et super alterum nostrum in solidum, ad quem te tenere uolueris de excalumpniacione predicta sicut et quociens uolueris reiterando ubique locorum, omni excepcione rem[ota] nulloque pretermisso obstante. Cui parti uendite dicte dom[us] et suarum pertinenciarum de borea est domus heredum Philippi de Pute[o], de austro sunt relique tres partes tui predicti emptoris predicte domus, de quirina curia conuicinalis et de trauersa via publica. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne Albertini et Michouillo filio Drasilli becarii, Jadrensibus et aliis.

(Drugt rukopis).

Ego Andreas Damiani de Mengaga iudex examinator manum missi
(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original 11 gubernial. arkivti u Zadru, odio samostana sv. Nikoie no. 1S3. Blizti početka listina razdrta.

83.

1344, 6. februara. U Zadru.

Tomaš Nosdronja gradjamn zadarski prodaje Krievanu de Gramazo zemlju kod Bokanjeg studenca.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione duodecima, die sexto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Thomassus condam Draghi de Nosdrogna ciuis Jadre iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit et tradidit Grisogono Petri de Gramago ciui Jadre pro se et suis heredibus et sucessoribus(l) ementi et recipienti totam unam suam terram quam esse dixit et conuenit vnum gognaium et dimidium; ita tamen, quod si plus esse reperiretur, illud et plus cedat in dicta ueditione sine precii aditione, quia sic inter eos actum extitit et conuentum; positam ad puteum Bocagnfi] studenec; et eiusdem hos dixit esse confines: De trauersa uia publica, de austro terra dicti emptoris, de quirina uinea dicti emptoris et de borea terra heredum Cremse de Ceputa, et cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines uel alios si qui forent ueriores, accessibus et egressibus suis usque in uiam publicam, ad habendum, tenendum, posidendum et quicquid sibi et suis heredibus et sucessoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis que dicta res habet super se uel infra seu intra se in integrum. omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo . de iure uel consuetudine pertinente; et hoc pro precio et nomine precii decem octo ducatorum auri; quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse in bonis usualibus et legalibus ducatis auri et iusti ponderis. Quam rem dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit posidere, donec ipsius rei posessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contullit(l) atque dedit. Nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto emptori pro • se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut sucessoribus de dicta re seu parte ipsius ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, set ipsam rem tam in proprietate quam in possessione ei et suis

heredibus et successoribus ab omni. homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione super se et bonis suis omnibus presentibus et fucturis(!) omni exceptione remota. Actum est hoc et firmatum presentibus Gallo Cerni de Cande et Nicolao Gregorii de Formino, ciuibus jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Martinussio condam Barti Petri Coti examinator manum meam misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1343.

84.

1344, 7. februara. U Avignonu.

Klement VI. papa premješta Bonifacija btskupa trebinjskoga nabiskupifu šibeničku.

Qemens episcopus servus servorum dei. Venerabiii fratri Bonifacio Sibenicensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis etc. Dudum siquidem bone memorie Tolcone episcopo Sibinicensi ecclesie presidente, nos intendentes eidem ecclesie, cum vacaret,. per apostolice sedis providenciam ydoneam preesse personam, provisionem ipsius ecclesie Sibenicensis, cum eam vacare contingeret, dispositioni nostre et sedis apostolice duximus specialiter reservandam,. decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem Tolconis, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi fldedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie, de qua nullus preter nos hac vice se intromictere potest, reservatione et decreto huiusmodi obsistentibus, ne'ipsa Sibenicensis ecclesia longe vacationis incommodis exponeretur, paternis et solicitis studiis intendentes, et cupientes eidem ecclesie talem preessepersonam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, post deliberationem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem,.

demum ad te tunc episcopum Tribuniensem, consideratis tuarum muitiplicium virtutum meritis, quibus personam tuam altissimum insignivit et quod eidem Tribuniensi ecclesie laudabiliter prefuisti, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte ecclesie Sibenicensis, quam eius gregi dominico salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo tenebaris dicte Tribuniensi ecclesie, cui tunc preeras, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes te ad prefatam Sibenicensem ecclesiam transferimus etc. firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente domino actus tuos prefata Sibenicensis ecclesia per tuum ministerium fructuosum multiplicia, dante domino, honoris et commodi suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad dictam Sibenicensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens eiusdem solicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, ita quod dicta ecclesia Sibenicensis gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter retributionis eterne premium nostre benivolencie gratiam uberius valeas promereri. Datum Avinione, VIII. Idus februarii, pontificatus nostri anno secundo.

In eodem modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Sibenicensis, clero et populo civitatis et diocesis Sibenicensis et venerabili fratri . . . archiepiscopo Spalatensi.

Theiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 274. str. 210—211. Iz reg. an. II. tom 5. ep. 45.

85.

1344, 16. februara. U Zadru.

Nikola de Cugilla daje Radoslavu i Vukoju Juršiću zemlju u Bibanju na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, indictione duodecima, die decimo sexto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Andree Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanudo egregii comitis. Ego Nicolaus de Cucilla, ciuis Jadre, coneedo more pastinationis vobis Radoslauo et Vulcoy fratribus ad invicem, filiis condam Bogdani Jurscih, habitatoribus Jadre, unam meam vineam po-

sitam ad Bibanum circa gognaiorum trium, item terram unam meam positam ibidem circa gognaiorum trium vel minus usque ad viam, ad passtinandum vineam et complendum cum vitibus et aliis necessariis secundum consuetudines et statuta Jadre usque ad sex annos proxime futuros sub pena sex perperorum; et de toto, quod ex dictis vineis tam pastinatis quam pastinandis provenerit, debetis mihi dare quartum pro terratico annuatim ad barcam, et pro vobis reliquas t-res partes retinere; de iure autem vestro exinde facere possitis omne velle sicut de vestro proprio, iure meo predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper salvo. Promittens per me meosque heredes et successores vobis predictis pastinatoribus vestrisque heredibus et successoribus dictam terram et vineam pastinatam et terram pastinandam cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Cui vinee pastinate et terre pastinande de quirina terra mei dicti Nicolay, de trauersa via publica, de borea vinea Node Calafati et de austro partim terra Thomassii Benedicti de Matafaris et partim terra mei dicti Nicolay. Et nos dicti fratres laudamus et affirmamus omnia et singula predicta et attendere promittimus que debemus ex instrumento presenti super nos et bonis nostris omnibus, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet magistro Petro zuppario filio condam Costantini et Dmincio sartore filio condam Lubse, Jadrensibus et aliis

(Drugi rukopis).

f Ego Martinussio condam Barti Petri Qoti, examinator manum meam misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernial. arkivti u Zadru, odio samostana sv. Krševana kaps. XV. no. 29в a.

Original na mnogim mjesiima nečitljlv pak Je popunjen iz kopije XVI. vij'eka.

86.

1344, 18. februara. U Višegradu.

Sporazumak bana Nikole sa sinovima Mikića bana radi nekih posjeda.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, ac Stephanus magister tawarnicorum excellentis principis domini Ludouici dei gracia illustris regis Hungarie, comes Castri ferrei et Supruniensis memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod cum nos unacum magistris Johanne filio Gyleti, comite de Thuruch, Chykow castellano de Feyerkw et de Kereztzegh, et Chenyk de Vgud, comite Wesprimiensi, ac aliis quampluribus regni nobilibus de speciali precepto predicte regie maiestatis ad pacis et concordie unionem inter magnificum virum Nicolaum banum tocius Sclauonie ab una, et magistros Stephanum et Akus filios Mykch bani eiusdem partis tocius Sclauonie, aule regie milites, parte ab altera faciendam sedissemus, prefato Nicolao bano ab una et predictis magistris Stephano et Akus filiis quondam Mykch bani parte ab altera coram nobis propriis eorum in personis constitutis, propositum extitit per eosdem communiter et relatum ministerio vive vocis, quod ipsi super omnibus causis, iniuriis, dampnis, nocumentis et generaliter quibuslibet maleficiorum generibus, necnon occupacionibus possessionum in dicto banatu existencium a tempore quo dictus dominus noster rex predicto honore banatus ipsum dominum Nicolaurri banum sublirriasset usque nunc, quovis mddo inter ipsos habitis, illatis et exortis, ut orhnis discolositatis rancor de medio ipsorum sedaretur et penitus evanesceret. corda conciliantes turbata, seque perfecte caritatis fervdre amplecti anelantes taliter concordassent et ex nostra ac dictorum magistrorum Johannis, Chykow, Clienyk et aliorum nobiliurri virorum ordinacione et composicione concordarunt coram nobis, quo'd idem Nicolaus banus quasdam possessionarias porciohes in- possessionibus Hothkow et Scenthgyurgh vocatis, in dicto banatu existentibus habitas, que pro debitis seu collectis banovstina et marturinarum predicto Mykch bano fuissent devolute, et quandam possessionariam porcionem quondam Thome filii Dominici, in possessione Rakonuk vocata existentem, que similiter eidem Mykch bano pro iudicialjbus gravaminibus fuisset devpluta,. cum omnibus earum utilitatibus, usibus et proventibus prout eedem ap'ud manus dicti Mykch bani extitissent, prenotriinatis magistris Stephano et Akus 'filiis Mykch bani, eo iuris titulo et ea plenitudinis quantitate

quemadmodum iuxta consvetudinariam legem ipsius terre banatus apud manus suas nunc existerent, reliquisset et resignasset, ac reliquit et resignavit coram nobis possidere, tenere et habere. Preterea idem Nicolaus banus possessiones quorumdam hominum, ut dicebant, infidelium domini regis, videlicet quoddam balneum in inferiori parte civitatis Zagrabiensis existens, cum omnibus domibus, utilitatibus et edificiis suis ac fundo curie in quo idem balneum existit et molendinum eorumdem infidelium in eadem civitate in fluuio de suburbio castri Medue currenti situm ac tres vineas eorumdem infidelium extra eandem civitatem existentes, scilicet unam quondam Endree, et alias duas cum eadem, eisdem magistris Stephano et Akus filiis quondam Mykch bani et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus ac posteritatibus universis eo iure et ea plenitudinis quantitate prout idem balneum, molendinum et tres vinee pretaxate manibus regiis et per consequens suis devenissent, dedisset, tradidisset, reliquisset ac dedit, tradidit et reliquit coram nobis perpetuo et irrevocabiliter possidere, tenere et habere; e converso autem predicti magistri Stephanus et Akus filii Mykch bani, quoddam pallacium ipsorum precio comparatum in eadem civitate Zagrabiensi circa pallacium seu castrum domini regis iuxta portam existens cum uno fundo curie, ipsorum similiter precio comparato, circa idem pallacium extra ipsam civitatem a parte meridiei existenti, vinea et piscina in eodem fundo curie adiacentibus ac aliis omnibus suis utilitatibus, videlicet iura ipsorum empticia, prelibato Nicolao bano et suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus universis dedissent et tradidissent ac dederunt et tradiderunt coram nobis perpetuo et irrevocabiliter possidere, tenere et habere, adhuc insuper iidem Nicolaus banus et filii Mykch bani tacto sacro vivifice crucis ligno prestiterunt invicem coram nobis sacramentum super eo, ut amodo nullum malum nullumque nocumentum vel molestiam palam vel occulte alter alteri inferret vel inferri faceret, sed absque omni fraude, dolo et nequicia inter se pacem perfectam pura fide observare tenerentur. Ad que omnia et singula premissorum eedem partes se bona et spotanea eorum voluntate obligarunt coram nobis. Datum in Wissegrad, in die cynerum, anno domini millesimo CCC. quadragesimo quarto.

Original u zemaljskom arkivu u Zagrebu. Na ledjima trag dvjema pečatima.

Kukuljević Arkiv za pov. jugosl. III. 85.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 169.—171.

87.

1344, 20. februara. U Lastovu.

Testavtenat Drage Vidojević.

In dei nomine amen. Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, die uigesima intrante februario, indictione duodecima. Ego quidem Draga uxor Michani Uidoieuich de Lagusta iacendo in lecto, cum sana et bona memoria adque(!) mente mea fago et ordino ultimum meum testamentum. In prima uolo et ordino delli mei bene, che se debia dare ala glesia de sancto Cosma et Damiano per olio grossi tres et a don Pero patrino meo spirituale grossi sex et ancora grossi sex debianno dare li mei pitropi a qui lo prevede, che sira firmado per lo altro anno. Item uolo che se faga acantare alla glesia de sancta Maria mise(l) tres per anima mia. Item uolo, che la filia mea Bratoslaua debea se maritare colo meo bene como sono maridade le altre filie mee, con quela condicione et che ela non posa avere supra parte plu et se la filia mea Bratoslava se portase bene, che li mei pitropi abia liber arbitrio de donar li de plu, quele che ad eli si paresi in lore arbitrio uel uoluntade et se ela avese alcuna menda, uel che ela non se podese uel non se volese maridare, uolo, che li sui fradeli debia sustenire la dita Bratoslava filia mea soura li beni delo suo patre et tuta fia de in la prouidencia deli sui fradeli et in prouidengia deli mei pitropi. Ancora uolo, che vna mea vinea(l), la quale si e in campo de Dubroua soto la casa, la qual vinea confina colla vinea Dezislau Bogdanich si la laso a Micoie filio meo, che de quarta vinia sia tenudo lo dito Micoie de far aniuersarii et anuali per anima mea et deli mei morti. Ancora uolo, che se debia comparare alla mea filia Radoslaua per complimento de Ie sue dote de li mei beni vna gonela de perperi IIII. et vn paro de corceh de grossi VIII. Item uolo, che se debbia dare a Peruoslauo meo frare perperi V., li quali dineri si debiano pagare alo dito Peroslao como eli li fora pagare lo meo erede deli mei beni. Ancora uolo, che quila terra la quale che se demanda Vdole de la quela sia costione Bogdano cum Jursa Petracich, uolo, che tute le spese che fara. lo dito Jursa debia li auere in complimento et se li non sera satisfacto le spese, che Jursa tena la dita terra fina che li sia brescatada. Et la parte delo scolo grande, sie in peno a Peruoslau coli sui fradeli li quali sono mei fradeli, sia in peno la sovra dita parte iperperi duo in tale pato, che li in dineri non sia a guadano in quila dita parte ad afito, et quando li mei filioli avera li dineri che eli posa

rescatare la souvra dita parte. Et se alguna persona uolese dare contrario a questo meo testamento siame tenudo de render razon de uanti deo. Et questi uolo sia li mei pitropi: Prodan Stanich, Bogdan Pribich et Jursa Petracich. Et questi sunt li mei testimonii Stanco Petranich et Jvan Gradich.

(Drugi rukopis.)

Et ego Jacobus de Montealto comes Lauste (!) mea manu misi.

(Signum not.)

Et ego presbiter Petrus filius condam Nicolai Theotonici capellanus et iuratus notarius comunis Laguste hoc scripsi et roboraui et meo solito signo signaui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIV.

88.

1344, 22. februara. U Avignonu.

Klement VI papa pri-ma tuibu Marina biskupa stonskoga i korčulanskoga protiv nasilja Dubrovčana.

Clemens episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis comiti, iudicibus, consilio ac vniuersitati ciuitatis Ragusine salutem et apostolicam benedictionem. Ad sedem apostolicam ueniens venerabilis frater noster Marinus episcopus Stagnensis nobis sua graui et lamentabili conquestione monstrauit, quod cum ipse dudum ad suam Stangnensem ecclesiam pro suo pontificali regimine ibidem exercendo, sicut ad eum pertinere noscitur, accesisset, seque disposuiset ad predicandum clero et populo uerbum dei et sacramenta ecclesiastica ministranda et laborare sedulis cepisset studiis, nonnulli de partibus illis, qui dampnando scismate Rassiencium, sub quorum seruitute a decem annis proximo preteritis supra multiš temporibus steterant infecti dicebantur, quodam modo relictis erroribus ad nostram salutis et ueritatis redirent, quidam ciuis et iudex ciuitatis Ragusine se a dilectis filiis comite, iudicibus, consilio et vniuefsitate missum vna cum quibusdam aliis ad partes Stangnenses predictas, asserens eundem episcopum sic crudeliter uexare, molestare, turbare ac impedire ausibus temerariis et dampnandis presumpsit, quod nullus fuit ausus ad ipsum episcopum accedere pro audiendis eius predicationibus et recipiendis ecclesiasticis sacramentis aut ipsum assotiare, seu uictum uel alia necessaria ministrare, propter quod episcopus ipse coactus extitit ecclesiam et populum sibi commissos derelinquere penitus et ad partes alias se transferre. Verum cum deinde ad ciuitatem predictam Ragusinam dirigens gressus suos et prefatis comiti, iudicibus, communi et vniuersitati premissa reserans petiisset instanter per eos oportuno sibi remedio prouideri, subiungendo, quod alias ipsum propterea oporteret ad sedem accedere supradictam, ex hoc indignati uehementissime contra eum fecerunt indici publice ac etiam proclamari, quod nullus terrigena uel forensis sub certa pena pecuniaria quam faciendo contrarium incurreret ipso facto memoratum Marinum. quem ex eo uocabant episcopum Corzulanum, quia temporibus quibus partes Stangnenses occupate per dictos scismaticos tenebantur episcopi Stangnenses predecessores sui consueuerunt in loco de Corzula morari, sequi uel assotiare, aut sibi loqui, adherere, uictum uel alia necessaria ministrare auderet, et si esset persona ecclesiastica, in quam exercere iurisdictionem temporalem nequirent, contra edictum huiusmodi facientes essent sicut idem episcopus sub prohibitione predicta. Cum autem premissa, si ueritas suffragetur relatibus, in diuine maiestatis offensam, fidei detrimentum catholice, lesionem libertatis ecclesiastice ac animarum periculum redundare noscantur, vniuersitatem uestram monemus, requirimus et in domino attentius exhortamur, quatinus quid circa predicta feceritis uestramque prudentiam in hac parte deceat et uobis expediat diligenti et prouida consideratione pensantes prohibitiones et mandata predicta, que preter maculam, quam ex hoc in gloria fame uestre ponitis honorem in cordibus fidelium generant, sic cum effectu sicut de facto processerunt publice reuocare abstinereque, deinceps a talibus et similibus eundem episcopum tractando fauorabiliter et permittendo uti suis iuribus spiri, tualibus et temporalibus studeatis, quod honori, saluti et statui uestris consulatur salubrius nec per uos ac uenerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Ragusinum, cui super hoc scribimus prouidere memorato episcopo de alio remedio non sit opus. Datum apud uillam nouam Auenionensis diocesis, VIII. kalendas martii, pontificatus nostri anno secundo.

Original ti dubrovačkom arkivu. Vrvce stoje ali pečat otpao. Zbirka Saec. XIV.

*Rukopis »Bullarium Ragusinum< 273.—275. U zem. ark. u Zagrebu. Nota: »Pendet bulla plumbea Clemensis VI. **

89.

1344, 25. februara. U Zadru.

Augushn pokojnog Marka iz Udine obvezuje se platiti neku svotu Zaninu Crnomu de Piloso.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indicione undecima, die uigesimo quinto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Johannis Sanuto honorabilis comitis. Augustinus condam Marci de Vdini, stipendiarius comunis Jadre ad Semelnich, per se et suos heredes et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando promisit Zanino Cerni de Piloso, ciui Jadre, pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti dare, soluere et numerare sibi uel suis heredibus aut successoribus uel alii pro eo suo iussu cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuitate Jadre hinc ad festum beate Marie uirginis mensis augusti proxime uenturum octo libras denariorum uenetorum paruorum in bona, usuali et legali moneta curente in ciuitate Jadre, quos denarios confessus fuit et contentus eidem dare debere pro tribus ducatis aureis legalis et iusti ponderis, quos ab eo habuit, recepit et emit precio uiginti uenetorum grossorum pro quolibet ducato. Quod si dictos denarios eidem in dictis loco et termino non dederit et non soluerit, ut dictum est, promisit ut supra, eidem persoluere atque dare quartum plus predicte quantitatis nomine pene stipulatione promissa et refectione dampni et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presencia et fuctura(l), et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta; volens insuper dictus Augustinus pro predictis omnibus et singulis posse a dicto creditore uel eius procuratore in Ancona, Flumine, Segnia, Sibenico, Obrouac et alibi ubicumque locorum, terrarum et fori ab eo petitum fuerit et sub quocumque iudicio inueniretur realiter et personaliter capi, conueniri, conpelli, cogi, detineri et astringi eficaciter ad soluendum. Acturn est hoc et firmatum presentibus Johanne filio Petri zuparii et Damiano sartore condam Grisani, Jadrensibus, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Dobri de Begne iudex examinator manum misi.

(Signum notj.

Ego Jacobus condam Bonacursi imperiali auctoritate notarius ~et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et meum signum apposui consuetum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikolc br. 184.

90.

1344, 27. februara. U Avignonu.

Papinski sud o tuzbi Marina stonskoga biskupa protiv Dubrovčana.

In dei nomine amen. Orta dudum materia questionis inter reuerendum patrem et dominum fratrem Marinum asserentem se episcopum Stagnensem ex parte vna, et comitem, iudices, ciues et commune ciuitatis Ragusiensis super quibusdam iuribus et iurisdictionibus ac decimis ad dictam ecclesiam Stagnensem pertinentibus, necnon iniuriis et dampnis eidem fratri Marino, vt dicebatur, per dictos comitem, iudices et ciues et communitatem ilatis ex altera, sanctissimus in Christo pater et dominus, dominus Oemens papa VI. causam eandem ad instantiam dicti fratris Marini, reuerendo patri domino Villelmo de Noruuico, nunc episcopo» Noruuicensi, tunc uero decano ecclesie Lincolniensis audiendam, decidendam et fine debito terminandam commisit etiam cum potestate citandi ad partes predictas comitem, iudices, consiliarios et commune ac alios quorum interesse poterat communiter uel diuisim, subsequenter uero citatione ipsa per dictum dominum Wilelmum(!) ad partes decreta et ipsa per dictum dominum Marinum representata et citatorum in ea contentorum non comparentium contumatia accusata ac per audientiam litterarum domini nostri pape quadam citatione per dictum dominum Wilelmum ad instantiam dicti domini fratris Marini ad dicendum causam, quare non deberent excommunicari de supradicta comunitate, iudicibus, consiliariis et commune decreta ac ipsa in audientia publica litterarum domini pape lecta et vt moris est sigillata a tergo, et ipsa per dictum dominum fratrem Marinum representata et citatorum in ea contentorum contumatia accusata, ac deinde in contumatia cum dictorum comitis, iudicum, consiliariorum et communis in termino per dictum dominum Wilelmum assignato, per prefatum dominum Marinum in causa huiusmodi quodam dato libello, supradictus autem dqminus Wilelmus eosdem comitem, iudices, consiliarios et commune ad instantiam predicti fratris Marini per audientiam supradictam citari mandauit

ad respondendum libello predicto peremptorie ad certam diem. In qua quidem die comparuit in iuditio coram predicto domino Wilelmo, dictus frater Marinus, et citationem prefatam in supradicta audientia lectam, ac ipsius audientie sigillo sigillatam a tergo, et citatorum in ea contentorum contumatiam, accusauit petens eosdem comitem, iudices, consiliarios et commune per audientiam supradictam citari ad respondendum libello predicto sub pena excommunicationis, quam citationem idem dominus Wilelmus fieri decreuit ad certam diem, ac in die ipsa per supradictum dominum Marinum representata citatione predicta in audientia antedicta lecta et ipsius audientie sigillo sigillata a tergo, et citatorum contumatia accusata, ac ipso domino Marino petente supradictos comitem, ciuitatem et communitatem Ragusiensem excommunicari et interdici per dictum dominum Wilelmum propter eorum contumatiam et contemptum, prefatus uero dominus Wilelmus prefatos citatos non comparentes quoad actum predictum representauit exigente iustitia contumaces et ipsos ex superabundanti ad dicendum causam, quare excommunicari et interdici non deberent per audientiam antedictam citari mandauit peremptorie ad certam diem. In qua quidem die comparuit in iuditio coram prefato domino Wilelmo de Noruuico prefatus dominus Marinus episcopus et citationem ipsam in audientia supradicta domini pape lectam, et ipsius audientie sigillo sigillatam a tergo et citatorum predictorum non comparentium contumatiam accusauit, petens eos contumaces reputari et propter eorum contumatiam et conternptum eos excommunicari et interdici; prefatus vero dominus Wilelmus prefatos citatos reputans exigente iustitia contumaces et propter prefatas eorum contumatias et contemptus in prefatos comitem excommunicationis et ciuitatem et communitatem Ragusinam interdicti in scriptis sententias promulgauit. Subsequenter vero comparuit in iuditio coram prefato domino Wilelmo magister Neapoleo' de, Forliuio asserens se procuratorem dictorum domini comitis, consiliariorum, ciuitatis et communitatis Ragusiensis, ut de eius procuratorio et substitutione fidem fecit per publicum instrumentum, et procuratorio nomine pro eisdem peciit se ad causam huiusmodi admitti, presente prefato domino fratre Marino principali predicto petente sibi copiam preductorum ipsorum sibi decerni et ad dicendum et contra terminum assignari. Prefatus vero dominus Wilelmus copiam decernendo eandem eidem fratri Marino ad dicendum contra illa terminum ad certam diem duxit statuendum, iu qua quidem die comparuit coram ipso domino Wilelmo frater Marinus predictus et •contra dictum procuratorem quandam exceptionis cedulam exhibuit atque dedit. Deinde vero prefato domino Wilelmo se de Romana curia absentante prefatus sanctissimus pater et dominus, dominus Clemens

papa causam eandem necnon absolutionis impendende a dictis sententiis nobis Thome Fastolf legum doctori, archidiacono Noruuicensi, capeilano suo, suique sacri palatii causarum auditori audiendam et decidendam et fine debito terminandam, ad instantiam tamen procuratoris prefatorum comitis, iudicum, consiliariorum et communitatis commisit cum omnibus emergentibus dependentiis et connexis. Cuius quidem commissionis vigore nos sepefatum dominum Marinum fratrem principalem ad dicendum contra commissionem prefatam citari mandauimus ad certam diem, ac in die ipsa contra commissionem eandem quibusdam per dictum dominum fratrem Marinum datis exceptionibus et per dictum magistrum 'Neapoleonem procuratorio quo supra nomine contra ipsas datis replicationibus, denuo vero comparente in iudicio coram nobis magistro Neapoleone procuratore predicti domini comitis et procuratorio nomine pro eodem et nobis humiliter supplicante, vt sibi in personam dicti domini comitis et dicto domino comiti in personam suam beneficium absolutionis a dicta sententia impendere dignaremur, presente magistro Philippo de Placentia procuratore supradicti domini episcopi. Nos eius petitioni dicti magistri Neapoleonis procuratoris inclinati, recepto prius ab eodem magistro Neapoleone nomine procuratorio antedicto ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis, quod idem comes stabit atque parebit mandatis ecclesie atque nostris, ac etiam quod expensis per dictum dominum fratrem Marinum factis ratione contumatie supradicte per nos taxande soluet eidem, magistrum Neapoleonem procuratorem in personam dicti domini comitis et dictum dominum comitem in personam dicti procuratoris sui absoluimus in forma ecclesie consueta, restituentes eum communioni fidelium et ecclesiasticis sacramentis, de quibus omnibus idem magister Neapoleo sibi fieri petiit publicum instrumentum. In quorum omnium testimonium presens publicum instrumentum per Robertum notarium publicum infrascriptum, scribamque nostrum et cause presentis scribi et publicari mandauimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum et actum Auinione, in palatio apostolico supradicto, sub anno domini M.CCC.XL.IV., indictione XII., pontificatus dicti domini Clementis pape sexti anno secundo, februarii die XXVII. Presentibus discretis viris magistris Philippo de Bugeuuelle, Gregorio de Arezio et Hugone Reymbaldi, notariis publicis.et scribis nostris, testibus ad premissa uocatis et rogatis.

Et ego Robertus Petri Hernin de Stalhin clericus Norbicensis (!) diocesis publicus apostolica auctoritate notarius atque scriba prefati domini auditoris, ac etiam dicte cause predicte absolutionis, petitioni ac eiusdem concessioni et omnibus aliis et singulis supradictis una cum prenominatis testibus presens interfui. eaque omnia etsingula aliis ne-

gotiis occupatus in presenti pergameno per alium scribi feci et me subscripsi signumque meum apponens consuetum rogatus in fidem et testimonium premissorum.

Ovjerovljeni prijepis tt arkivu dubrovačkomu, pečat ovalni pola sačuvan na zelenoj vrvci. Zbirka Saec. XIV.

Rukopis »Bullarium Ragusinum« pag. 277.—282. u zem. arkiva н Zagrebu.

Nota: »Pendet sigillum cereum, in quo scriptum extat: Sepienum munus det Thome trinus et unus.*

Drugi primjerak učinjen i datiran 17. maja iste godine u dubrovačkom arkivu. Po tom nešto skraceno:

Farlati III. sacr. VI. 331.

91.

1344, 20. marta. U Križevcima.

Pred Petrom zemskim iupanom kriievalkim prodaje Aderan sin Skudenov dva dijela zemlje Pavlu sinu Gregeie.

Nos Petrus filius NicoIay.(I) comes terrestris. Crisiensis significamus omnibus quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod Aderanus filius Scudden cum Petro filio suo ab una parte, ab altera vero Paulus filius Gregeta coram nobis personaliter constituti, idem Aderanus cum filio suo Petro dixserunt(l) et confessi sunt vnanimes cum filio suo predicto, quod duas particulas possessionis ipsorum ipsos in porcione contingentes, videlicet possessionem predialem vbi edificia domorum cum stanta (!) et curia cum toto fundo que sunt ad ea expectantes(l) in metis infrascriptis, et aliam particulam Alsech vocatam vendiderunt predicto Paulo filio Gregeta pro duabus marcis denariorum bonorum banalium ab eisdem abitis(!) et receptis plene et integre, ex consensu Pauli filii idem(!) Adderani et filiorum Benedicti filii Johannis, videlicet Georgio, johanne et Petro et Iwan filio Ladina, Diancone filio Martini et Salamone filio Mathey et Lubeconem(!) filio Scaulen et alii quam plures de genere Hengufm]. Prima meta incipit in arbore pomi siivestris et tendit ad arborem nucis circa metas filiorum Benedicti, et inde eundo ad arborem merase(!), ab inde eundo venit ad arborem cerase(!) et transit magnam viam, venit ad metam terream, inde eundo superius venft ad metam terream circumfusam, inde transit viam eundo ad orientem venit ad arborem cerase inde directe eundo venit in arborem merase meftaj terrea circumfusam et uenit circa possessionem Ivan filii Ladina

et Diancone filio Martini, eundo circa siluam venit ad . . . . la vocate cruce signata, inde ad meridiem et venit ad priorem metam; istarum duarum particularum mete s. . . . . alia vero particula possessionis ita incipitur : Meta incipit in meta terrea circa fiuuium Alsevch quem fluuium. . . . . . . Scuzsego et tendit ad occidentem uuitra(!) vnum pratum, venit ad metam terteam, inde directe eundo per terram arrabilem (!) ci[rca] possessionem Pauli filii Aderani, superius tendendo venit ad metam terream circa possessionem filiorum Benedicti et venit ad metam terream et inde flectitur ad arborem cerase cruce signatam, ab inde uertitur superius ad metam terream, inde procedit versus orientem directe eundo uenit ultra vnum fenetum vbi est meta terrea circumfusa et cadit in predictum in predicto nominatum fluuium Alsech et tendit et venit ad priorem metam; quas po[sse]ssiones predictus Adderanus(l) cum Petro filio suo vendidit et contulit predicto Paulo filio Gregeta sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus vtilitatibus ivre perpetuo tenere et abere(!) ex cumsensu(l) vicinorum et cummetaneorum (!) eorundem; eciam dicimus, quod prefixsus (!) Aderanus cum filio suo Petro obligauerunt se sepedicto ante totam generacionem predictis(!) Hengum, quod sucessu(l) temporum si quis perturbare conaretur seu molestare super predictas po[sse]ssiones, extunc idem Aderanus cum filio suo Petro cum suis laboribus et rebus tenentur eundem expedire, hoc non pretermitimus, quod cum eadem Hbertate cum tali libertate prenotatus Aderanus antedictas possessiones possidebat. In cuius.rey testimonio litteras nostras nostri sigilo duximus munimine roboratas. Datum in Crisio, sabatho proximo ante dominicam iudica, quod (!) anno domir.i millesimo trecentesimo XL° quarto.

Original u arkivu jiigoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1344.

Na listini visi svilena vrvca tamno modre boje; pečat je otpao.

Na krptu bilj'eška iz konca XIV. vij'eka: >Metalis obligatoria pro Paulo filio Gregeta per filios Zudenii.

92.

1344, 1. aprila. U Senju.

Obrad sin Radoslava Petračiča, gradjanin senjski, prodaje Bratonji Klaponj'iču vinograd u Obolnici.

In dei nomine amen. Anno domini a natiuitate [eiusdem] millesimo trecentesimo [quadjragesimo quarto, indictione duodecima, die primo

mensis aprilis. Temporibus equidem domini Lodouici dei gratia serenissimi regis Hungarie, venerabilis patris domini fratris Johannis eadem gratia episcopi Segniensis, magnificorumque virorum Duymi et Bartholomei Vegle comitum et ciuitatis Segnie perpetuo potestatum, Romse vicecomitis, Bartholi, Moysis et Phyiipi iudicum ciuitatis predicte. Actum in ciuitate Segnie in domo habifationis mei Simonis notarii infrascripti. presentibus Bratogna Cernisich, Crissa filio Desani, Dimino filio condam Viti, Constantino filio condam Paduani ciuibus Segnie et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis. Ibique Obradius filius condam Radoslaui Petracich ciuis Segnie per se suosque heredes et successores iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit, alienauit et tradidit Bratogne filio Georgii Clapognich ciui Segnie pro se suisque heredibus, posteris et successoribus recipienti et ementi vnam vineam sitam in districtu Segnie in valle uocata Obolniga prope vineam Jaclini capell[ari]i uia media et apud vineam Dobrogosti Rancich et prope vineam Marini generi abbatis et nerisium filiorum condam Chercauac et prope viam publicam uel iuxta alios si qui sunt ueriores confmes; ad habendum, tenendum, possidendum, uendendum, alienandurh, pro anima et corpore indicandum et quicquid sibi et suis heredibus de ipsa vinea et suis pertinenciis deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum accessibus et egressibus suis in viam publicam et cum omnibus et singulis suis pertinenciis, habenciis, choerenciis (!) undecumque proprietatibus, utilitatibus et quolibet iure suo ad dictam vineam spectantibus quoquo modo. Pro precio et nomine precii quatraginta(l) quinque librarum denariorum venetorum paruorum monete currentis Segnie, quod precium totum dictus Obradius confessus, contentus et uere manifestus fuit a dicto Bratogna habuisse et integre recepisse, omni exceptioni iuris aut facti in hoc renuncians dictus Obradius, qua contradicere posset. Promittens insuper dictus Qbradius per se suosque heredes et successores ipsi Bratogne pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti de dicta vinea et suis pertinenciis sibi uel eius heredibus et successoribus litem, questionem uel molestiam ullo tempore [non inferre], nec inferenti consentire, set dictam vineam cum suis pertinenciis ei et eius heredibus et successoribus ab omni et quolibet homine, persona et vniuersitate legitime defendere, discalumpniare et disbrigare suis propriis sumptibus et expensis, et dictam venditionem et omnia et singula suprascripta et iafrascripta perpetuo firma et rata habere et tenere, actendere(F), obseruare et adimplere et contra non facere uel uenire per se uel aliunl aliqua racione, causa uel mgenio, de iure uel de facto, sub pena dupli tocius dicte pecunie stipulanti promissa, refectione omnium dampnorum, expensarum et interesse litis et extra, et sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futu-

rorum; cuius quidem pene medietas curie coram qua de premissis fieret questio, et alia medietas dicto Bratogne deueniat; qua pena commissa soluta uel non, rata et firma maneant omnia et singula suprascripta et in hoc contractu contenta. Et ad maiorem cautelam uenditio dicte vinee preconigata fuit quatuor diebus dominicis secundum consuetudinem Segniensem.

(Drugi rukopis.)

f Ego Johannes olim iudex Segnie examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Simon condam Venthure de Prathoueteri Fesulane diocesis imperiali auctoritate et comunis Segnie iuratus notarius predictis omnibus dum agerentur interfui, eaque rogatus scripsi et publicaui meoque signo solito roboraui.

Original na dugoljastoj pergameni u arkivu kaptola u Senju.

93.

1344, 12. aprila. U Zadru.

Marin Kosović s otoka Iša prodaje Jakovu de Zavatis Zadramnu zemlju na spomenutom otoku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione duodecima, die duodecimo mensis martii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego Marinus Cossouich de insula Ecci uendo tibi Jacobo de (^auatis ciui Jadre totam partem meam de qua est circa quarta pars gognai unius terre posite in dicta insula in puncta Barsane, et si plus est, tuum sit absque precii addicione, ad habendum cum omnibus suis pertinenciis et iuribus et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio. Precio cuius uendicionis ego dictus uenditor recepi a te predicto emptore soldos quadraginta denariorum paruorum. Promictens(!) ego dictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam partem meam cum omnibus suis pertinenciis et iuribus dicte terre excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Cui terre de austro terra mei dicti uenditoris, de

quirina et de trauersa terra tui dicti emptoris, et de borea terra Viti Madii de Muto. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono Blasii de Cortissia et Mathei condam Michaelis Pasque de Varicassis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Dobri de Begne iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original na pergam. u ark. samostana sv. Marije u Zadru a. 1344.

94.

1344, 13. aprila. U Zagrebu.

Nikola ban opozivlje daću, koju je tražio bio u Vlaškoj ulici u Zagrebu.

Nos Nicolaus banus tocius Sclauonie tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum nos ex gracia excellentissimi principis dornini Ludovici dei gracia regis Vngarie, dignitatem banatus fuissemus adepti, adhibuissemusque curam diligentem, ut unumquemque et maxime matrem sanctam ecclesiam conservaremus in suo iure iuxta eiusdem principis mandatum speciale. Quia tamen subito nequiveramus omnia nobis incumbencia pensare, ad plenum contigit, quod induccione quorumdam, que nobis tunc iusta videbantur, tributum exigendum et locum tributi ordinavimus et ordinari fecimus in villa vicus Latinorum vocatum, apud ecclesiam sancti Anthonii Zagrabie, in civitate videlicet venerabilis in Christo patris et domini, domini Jacobi episcopi Zagrabiensis et ecclesie sue. Tandem quia per privilegia ecclesie ipsius et informaciones proborum virorum nobis constitit evidenter, quod dictum tributum ibi positum erat contra privilegia ipsius ecclesie et conscienciam nostram; ideo nolentes contra libertatem ecclesiasticam procedere, de dicta villa dicti domini episcopi prefatum tributum tenore presencium et per presentes removemus et duximus removendum. Et specialiter> quia dictus dominus noster rex per suas literas speciales nobis mandavit, quod de dicta villa predicti domini episcopi prefatum tributum

removere deberemus. Datum Zagrabie, tercio die post octavas pasce, anno domini MCCCXL. quarto.

Liber privil. episc. Zagrab. Jol. 27.
Kerchelich Hist. eccl. Zagrab. 128.
Farlati Illyr. sacr. V: 427.
Katona Hist. crit. IX. 358.—359.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 171.

95.

1344. 22. aprila. U Kamarči.

Nikola ban potvrdjuje povlasti trgovišta Zeline dane od Mikića bana 15, novembra 1340.

Nos Nicolaus banus tocius Sclauonie memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod Sergen villicus de Zelna in Moroucha in persona vniuersorum hospitum de eadem ad nostram personaliter accedens presenciam, exhibuit nobis quasdam literas domini Mykch condam bani, predecessoris nostri super libertatibus populorum et hospitum domini nostri regis de eodem foro in hec verba, petens nos, ut easdem ratas habere et nostris literis priuilegialibus confirmare dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina od 15. novembra 1340.)* Nos igitur iustis et dignis peticionibus eiusdem Sergen villici fauorabiliter inclinati prescriptas literas priuilegiales super libertatibus ipsorum confectas de uerbo ad verbum presentibus insertas pendentis sigilli nostri munimine fecimus roborare, eatenus, quatenus superius exprimitur, perpetuo valere prout nostro banatui incumbit, confirmamus. Datum in Kamarcha, quinta feria proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini millesimo trecentesimo quatragesimo (!) quarto.

Originalna potvrda od g. 1408. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplom. a. 1344.

96.

1344, 1. maja. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim biva prodaja zemlje.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus per presentes, quod Stephanus filius Mathie de genere Zabo unacum Gregorio filio suo in etate puerili fere decem annos habente ab una parte, ex altera vero Johannes filius Pauli pro se et pro Laurencio fratre suo uterino, ac Georgio et Benedicto filiis Fabiani de eodem genere Zabo, ad nostram personaliter accedendo presenciam, idem St[ephanusJ filius Mathie confessus extitit viua uoce, quod ipse propter suam paupertatem et nimiam inopiam a deo sibi imminentem totalem particulam porcionis sue, ipsum iure hereditario in Gradisca contingentem, iuxta fluvium Karasa in provincia de Bara[na] existentem, prefatis Johanni et Laurencio filiis Pauli ac Georgio et Benedicto filiis Fabiani pro quinque marcis denariorum dedisset et vendidisset perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam sub eisdem certis metis et signis, quibus hactenus per eundem fuisset habita et possessa, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis ad eandem universis, scilicet a quadam meta terrea, que separat ipsam possessionem a possessione Johannis et Ladislai, que quidem meta terrea stat a parte orientali, de qua vadit versus oćcidentem ad quandam arborem twl bifurcatam, inde versus occidentem eundo similiter venit ad fluvium Karasofoca vocatum, venit ad aliam arborem twl cruce signatam meta terrea circumfusam, ibique terminatur. Datum in festo apostolorum Philippi et Jacobi beatorum, anno domini M°CCC°XL° quarto.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 3687. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1508. no. 44.
Na hrptu se vidi trag; okrugla pritisnuta pečata.
Na hrptu bilješka XV. vijeka: >Gradysckya«.
Nagy Cod. dipl. Andeg. IV. 413.—414.

97.

1344, 10. maja. U Spljefcu. . .

Zaključci provincijalne sinode u Spljetu.

In Christi nomine amen. Nos frater Nicolaus dei gratia episcopus Tiniensis, Andreas apostolica gratia episcopus Scardonensis, Joanees permissione divina Pharensis et Brachiensis episcopus, et frater Martinus eadem permissione Sibenicensis episcopus, iudices synodales auctoritatibus, quibus infra, explicatis. Universis et singulis hanc declarationetn(!) sententiam inspecturis deveniat ad notitiam evidentem, quod congregata provinciali synodo metropoliticae ecclesiae Spalatensis auctoritate reuerendisimi in Christo patris et domini domini Dominici dei et apostolica gratia archiepiscopi Spalatensis metropolitani nostri, prout iura in talibus, et antiqua laudabilis consuetudo praecipiunt salubriter observari, in qua synodo approbata omnes et singuli intereramus una cum quampluribus abbatibus et aliis religiosis, nec non canonicis et presbyteris secularibus ad ipsam synodum celebrandam specialiter evocatis, lectae fuerunt tunc ibidem auctoritate ipsius domini archiepiscopi et totius synodi praelibatae quaedam litterae monitoriae, praecepta et alia instrumenta in publicum redacta seriosim continentes, et inter alia requirentes ex parte ipsius domini supradicti venerabilem dominum Valentinum se dicentem episcopum Macarensem, quatenus expositis supra causis quibusdam in litteris praedictis insertis, nec non et conventionibus aliquibus realibus et personalibus alias habitis conventis per ipsum dominum archiepiscopum cum quodam Georgio Maldeorigo comite castri Almissiensis dioecesis Spalatensis, super certis videlicet decimis et redditibus ecclesiasticis ad ipsum dominum archiepiscopum spectantibus in villa Stagnine dioecesis Spalatensis, vigore cuiusdam locationis sive affictus factae de eisdem per eumdem dominum archiepiscopum in comitem supradictum, ad quorum satisfactionem plenariam certo termino faciendam ipse comes se sponte et expresse obligaverat in civitate Spaleti, in praesentia ipsius domini archiepiscopi sub excommunicationis poena, quam in se suscepit, si secus, ut praedicitur, duceret faciendum; qui comes in ipso termino non satisfaciens per se, vel per alium, ut debebat, incurrit excommunicationis sententiam supradictam.' Unde cum ipse episcopus Valentinus eidem domino archiepiscopo metropolitano iure subiectus, requisitus per ipsum esset, ut infra certum tempus in ipsis monitionibus iuridice comprehensum, sub poenis censurae ecclesiasticae gradatim inferendis eidem, si secus faceret, ut praefertur, eum-

dem comitem Georgium iam innodatum praedicta excommunicationis sententia contenta in monitionibus praedictis, in quam vigore praedictarum conventionum non servatarum per ipsum incurrerat ipso facto, diebus dominicis et festivis excomunicatum publice nunciare deberet, et de denuntiatione per ipsum' facta eidem domino archiepiscopo in certo termino facere plenam fidem, aliter velut contumax et rebellis ipse dominus episcopus, si praedicta non duceret adimplenda, incurreret ipsam sententiam ipso facto supradictam; nec non ipse episcopus esset sollicite requisitus, quatenus cum nomine tituli Macarensis ecclesiae, ad quam promotum se asserebat, astrictus tenetur vinculo iuramenti Spalatensi ecclesiae . . . . posse tenus defendere, ipse deberet in sacra synodo comparere, super inobedientiis et rebellionibus suis innocentiam suam infra, ut submittitur, si poterat ostensurus, sicut haec et alia in ipsis monitionibus et intrumentis publicis lectis coram nobis, et tota synodo latius continetur; quarum vigore dicebat ipse dominus archiepiscopus velut in suis iuribus et praefatis monitionibus offensis penitus et Contemptis, ex eo, quia suis mandatis non duxerat ipse dominus Valentinus, ut praemittitur, annuendum, denunciando videlicet eumdem Georgium comitem excommunicatum, utpote, qui iam inciderat in sententiam supradictam, ipsum reputari et censeri utique contumacem, et incidisse in poenam pecuniariam, centum videlicet aureorum vigore ctliusdam constitutionis provincialis alias editae contra contemnentes metropoliticam ecclesiam defensare, nec non in suspensionis ingressus ecclesiae sententias incidisse, prout in dictis monitionibus haec omnia latius explicantur. Nos autem cum tota synodo sacris iurium consiliis advertentes, quod huiusmodi controversiae cognitio et decisio ad sacram synodum pertinebat, volentes mitius procedere cum ipso Valentino ex eo, quod interdum tempore indigemus, ut exinde aliquid maturius peragamus, auctoritate totius synodi supradictae nobis specialiter, ut infra subscribitur, attributa, moneri et sollicite requiri fecimus per speciales nuncios ipsius synodi authenticos ad praedicta etimdem dominum Valentinum, quatenus videlicet deberet coram sacra synodo comparere, excusationes suas, si habere iuridice. poterat, ostensurus. Qui dominus Valentinus . . . . ut praemittitur, fraterne et sollicite requisitus noluit coram ipsa synodo comparere, et contemnens potius sua contumacia totam synodum supradictam. Sed nihilominus volentes nos more piorum fratrum compati ei episcopo Valentino, intendentes auctoritate ipsius synodi eius rebel . . . . si suam, ut debebat, duceret contumaciam expurgandam, quod tamen contumaciter existendo Spaleti facere recusauit ad convincendam eius in obst . . . . . . iterato per solemnes nuncios auctoritate synodali ad haec specialiter deputatos, ipsum perem-

ptorie existentem in civitate Spaleti, ex causis rationabilibus in nostris monitionibus insertis, requiri fecimus et citari, quatenus videlicet deberet coram sancta synodo comparere, excusaturus contumacias et rebelliones suas, si poterat in praedictis, quas ex tunc parati eramus audire canonice, vel auditurus, quod super praemissis duceremus auctoritate synodali super praemissis omnibus definitive et sententialiter declarandum. Sed ipse dominus Valentinus in sua nequitia, ut praemittitur, induratus nolens parcere famae suae, aures suas obturans contra monitiones nostras more aspidis incantatae, contumaciter et expresse, cum tunc personaliter existeret in civitate Spaleti, ut praefertur, renuit nostris monitionibus et praeceptis salubribus et iuridicis obedire, sicut haec omnia in actis synodalibus expressius continentur. Advertentes exinde nos omnes et singuli, quod auctoritate sacrae synodi iure nobis competebat contra ipsum dominum Valentinum, caetera omnia et singula supradicta, quae auctoritas nobis expresse concessa fuit a religioso viro Savino abbate monasterii sancti Joannis de Tragurio, vicario ministrationis ecclesiae Traguriensis, nec non et a discretis viris dominis Stantio archipresbytero Nonensi, procuratore venerabilis patris domini Joannis episcopi Nonensis, et presbytero Joanne quondam Bardani de Segnia, procuratore vicario episcopi Segniensis et venerabili patre domino fratre Nicolao procuratore venerabilis in Christo patris domini fratris Radoslavi episcopi Corbaviensis, nec non et a tota synodo supradicta, examinatis omnibus et singulis instrumentis et mbnitionibus supradictis, nec non contumaciis et contemptibus ipsius domini Valentini et comitis Georgii supradicti, maturo consilio et diligentia, quia ex ipsis nobis constitit evidenter ipsum comitem Georgium expresse incidisse in excommunicationis sententiam supradictam, nec non et eumdem dominum Valentinum in excommunicationis et ingressus ecclesiae sententias ipsius domini archiepiscopi, et in constitutionem praedictam poenam pecuniariam infligentem contra negligentes defensare iuxta posse ecclesiam Spalatensem, sicut contempsit ipse dominus Valentinus, similiter incidisse.

Christi nomine invocato, de cuius vultu nostrum debet emanare iudicium aequo libramine ponderandum, citato prius ipso domino Valentino ad nostram declaratoriam sententiam audiendam, et se contumaciter . . . . Spaleti existente, praesente tamen domino fratre Madio episcopo Delmensi, ipsius domini Valentini procuratore et eum iuridice nullatenus defendente, auctoritate nobis, ut praemittitur, concessa in his scriptis, declarando sententiamus et sententiando similiter definimus eumdem comitem Georgium et praefatum dominum Valentinum et nunc velut inobedientes praeceptis, monitionibus ipsius domini archi-

episcopi in contemptum clavium resistentes, in praedictas excommunicationis sententias singulas expressius incidisse, et sic excommunicatos amodo fore censendos, nec cum eisdem velut publice excommunicatis participandum, donec mandatis ecclesiae et ipsius domini archiepiscopi parendum duxerint cum effectu. Nec non sadem auctoritate simiiiter declarando eundem dominum Valentinum incidisse in praefatae constitutionis poenam, centum aureorum pecuniariam sententiam continentis contra ipsum et similes in provinciali concilio, ut praemittitur, promuigatae. Mandantes omnes et singuli Lucano primicerio Spalatensi, imperiali auctoritate notario publico ibidem personaliter existenti, quatenus hanc sententiam debeat ad futurorum cautelam apud acta synodalia diligentius registrati, ut deinde in publicum valeat redigere nostra auctoritate et mandato, ad consilium sapientis.

Lata et declarata fuit praesens sententia per praedictos dominos episcopos, auctoritate totius synodi in civitate Spaleti, in palatio archiepiscopali, praesentibus discretis viris domini Bracotio archidiacono Scardonensi, Michaele archidiacono Sibenicensi, Slavagosto archidiacono Pharensi, Andrea archipresbytero Spalatensi, et presbytero Gregorio canonico Spalatensi, et aliis testibus ad praedicta rogatis, sub anno domini nostri MCCCXLIIIL, indictione XII., die X., mensis madii, pontificatus sancti patris domini nostri domini Clementis papae VI. anno secundo.

Et ego Lucanus ecclesiae Spalatensis primicerius, auctoritate imperiali notarius nunc iuratus notarius synodi supradictae prolationi et declarationi supradictae sententiae una cum praedictis testibus praesens fui, et de mandato et auctoritate totius synodi scripsi et in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi.

Farlati Iltyr. sacr. II>. 319.—322.

98.

134*, 19. maja. U Zadru.

Dragoj Vućinjin obvezuje se platiti samostanu sv. Nikole dužnu svotu za kupljeno žito.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indictione duodecima, die decimo nono mensis mai, Jadre. Tempore domini Andree Dandulli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini

Johannis Sanuto egregii comitis. Confiteor ego Dragoy Vulcigne, uillanus Cerni de Faffona in valle sancti Stephani in insula Magna, me remansisse ad dandum tibi Anthonio de Gusco, ciui Jadre, tanquam procuratori monasterii sancti Nicolai de Jadra, pro blado empto et habito per me a dicto monasterio libras tredecim denariorum paruorum, quam monetam ego predictus Dragoy per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi predicto Anthonio seu dicto monasterio ad tuum uel alterius procuratoris dicti monasterii peticionem et requisicionem sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus. Et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit ubique locorum et specialiter Ancone et Hobrouac, omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Rados Scogiano et Marco capellerio(l) filio condam Johannis, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Martinusio condam Barti Petri (jjoti examinator manum misi.

(Signutn not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br, 18S.

99.

1344, 20. maja. U Čazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje listinu kralja Bele IV., od god. 1257. tičuću se zemalja u županiji garešničkoj.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod anno domini millesimo CCC°XL° quarto, in octauis festi ascensionis domini, Jacobus filius Damiani et Demetrius filius Mark, ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt .nobis quoddam priuilegium sub sigillo dupplici pendenti domini Bele olym incliti regis Hungarie felicis reoordacionis confectum, petentes nos cum instancia, vt tenorem eiusdem priuilegii de verbo ad verbum nostris litteris patentibus rescribi faceremus, quorum nos peticionibus annu entes prefatum priuilegium non rasum, non canceliatum nec. aliqua sui parte

viciatum decernentes comperimus, de verbo ad verbum nostris litteris patentibus rescribi fecimus. Cuius tenor taljs est: *(Sii/edi listina kralja Bele od g. 12n7.J*

Iz originalnog prifepisa ćazmanskog kaptola od 11. jula 1446., na pergam. učinjenog za' samostan garićki u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.146. — Stara signatura: Acta monast. de Garigh fasc. IV. no. 40.

100.

1344, 21. maja. U Zadru.

Bona udovtca Maura de Sagatiga obvezuje se Pelru de Carlasalis platiti dužnu svotu za kupljene dukate.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indictione duodecima, die vigessimo primo mensis madii, Jadre. Tempor domini Andree Dandulo incliti ducis Veneciarum, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Domina Bona relicta Mauri de Sagatica, ciuis Jadre, fuit contenta et confessa se emisse, habuise et recepisse a Petro de Carlasalis, ciue Jadre, ducatos nouem boni auri et iusti ponderis pro grossis viginti quemlibet predictorum, qui simul as[c]endunt ad summam librarum viginti quatuor denariorum venetorum paruorum, quam quidem monetam cum omni integritate dicta domina Bona per se suosque heredes et successores solempni stipulatione conuenit solempniter se obligando pepigit et promisit dare, soluere ac integre numerare dicto Petro suisque heredibus et successoribus hic in Jadra saluam et absque ulo(!) impedimento usque ad festum natiuitatis domini nostri Jesu Christi proxime futurum, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra, omni penitus exceptione remota nuloque(!) pretermisso obstante, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto in sua semper maneat firmitate ita, quod dictus Petrus pos[s]it et ualeat absque ula dominacione intrare in bona prenominate donline ad suum libitum et quo sibi melius ilidebitur, et pro predictis omnibus et predictorum singulis firmius obšeruandis obligauit se dicta domina Bona modo predicto realiter et personaliter posse conuinci a dicto Petro hic et ubique locorum, terrarum et fori semel et pluries iterrando usque ad integram satisfactionem tocius prenominate pecunie, pene quarti, expensarum, dampnorum et interesse. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, sciiicet Barte de Ossesicho et Nicola Balonich, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Martinussio condam Barti Petri Coti examinator manum meam misi.

(Signum not.)

Ego Antonius Gramidocus filius condam Pagani de (Jouenis Cremonensis, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et meo signo ac nomine roboraui.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 189.

101.

1343, 13. juna. U Avignonu.

Klement VI. papa na molbu biskupa bosanskoga Lovrenca očituje, da desetine dozvoljene Malobračanima u banovini bosanskoj ne imaju dirati u desetine davane biskupu bosanskomu.

Clemens episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Suscepte servitutis officium, quo sumus universis orbis ecclesiis obligati, pulsat assidue mentem nostram, ut circa ecclesiarum et prelatorum ipsarum bonum statum, auctore domino, confovendum, et eorum iura etiam conservandum totis studiis intendamus. Sane venerabilis fratris Laurencii episcopi Boznensis peticio nuper nobis exhibita continebat, quod licet predecessores sui episcopi Boznenses, qui fuerunt pro tempore, decimas ab antiquo a personis terre et diocesis Boznensis subditis dilecti filii nobilis viri Stephani bani Boznensis et suorum predecessorum principum Bozne perceperint, et ipse Laurencius episcopus perciperet, nec unquam inter ipsum Laurencium episcopum et alias personas fuisset occasione decimarum huiusmodi aliqua questionis materia suscitata, dictusque episcopus redditus alios valde modicos habeat ultra predictas decimas ad suum statum iuxta pontificalem decenciam sustentandam, et prefatus Stephanus banus nullas novas decimas ab eisdem suis subditis solvi faceret episcopo memorato, seu aliis ecclesiarum prelatis terre ac diocesis predictarum. Tamen venerabili fratre nostro Geraldo patriarcha Antiocheno, tunc generali ministro ordinis fratrum Minorum, et nonnulis aliis fratribus eiusdem ordinis suggerentious nobis minus veraciter, prefatos subditos seu gentes dicti Stephani ad fidem

cathoiicam et cognicionem ipsius per ipsorum fratrum ministerium noviter fore conversos, et quod idem Stephanus de novo ab ipsis solvi faciebat decimas memoratas, quodque occasione solutionis decimarum ipsarum inter ipsum Laurencium episcopum ex parte una, et uenerabiles fratres nostros . . . Spalatensem et . . . Ragusinum archiepiscopos, ac alios ecclesiarum prelatos et rectores ex altera erat questionis materia suscitata, et posse propterea conversionem dictarum gentium impediri, si per ipsum episcopum vel alios prelatos seu rectores exigerentur decime supradicte, presertim questionibus durantibus antefatis. Et quod nos suggestione huiusmodi circumventi dicto episcopo per nostras litteras duximus prohibendum, ne ipse predictas decimas sic de novo solutas exigere vel petere presumeret, donec per sedem apostolicam super hoc esset aliud ordinatum; sed decime ipse interim in reedificationem et reparationem ecclesiarum olim in illis partibus destructarum, necnon in procurandis et habendis calicibus et aliis ecclesiasticis ordinamentis converterentur utiliter et prudenter, dilecto filio Peregrino de Saxonia eiusdem ordinis Minorum, quem dictus. patriarcha vicarium suum tempore ministeriatus generalis dicti ordinis in Bozna specialiter deputavit, et Dominico de Tragurio monacho monasterii sanctorum Cosme et Damiani ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis per nostras litteras committendo, ut per aliquos probos viros dictas decimas colligi facerent et levari, easque in usus dispensare predictos, quousque questiones ipse per sedem eandem terminate existerent et decise. Eidem episcopo nichilominus iniungendo, ut quantum ad eum spectaret, huiusmodi decimas, quas devocio dicti principis de novo dari faciebat, per collectores ab eisdem Peregrino et Dominico deputandos recipi permitteret et levari, ac in usus converti predictos, dictoque episcopo inhibuimus expresse, ne de dictis decimis vel pro ipsis coram quovis alio ecclesiastico vel seculari iudice, quam coram nobis et sede predicta, quibus cognicionem et ordinacionem dictarum decimarum reservabamus, contendere, litigare vel questionem movere presumeret quoquomodo, sed procuratorem suum de iure suo instructum ad sedem predictam infia oertum terminum destinaret. Quare prefatus episcopus, qui propter hoc ad sedem eandem se personaliter contulit, nobis humiliter supplicavit, ut cum nulle decime sibi de novo ab eisdem gentibus et subditis, ut premittitur, persolvantur, sed decime ipse sibi et suis predecessorious prefatis ab antiquo fuerint persolute, ac ipsi Laurencius et predecessores fuerint in pacifica possessione uel quasi iuris percipiendi decimas antedictas, et idem Peregrinus iurisdictionem ipsius episcopi spiritualem et temporalem quasi totaliter pretextu commissionis eiusdem, et propter falsas suggestiones huiusmodi usurpavit et usurpet, dictusque episcopus

tam suam cathedralem Boznensem, quam plures alias ecclesias sue diocesis, quas destitutas ornamentis invenit, in ornamentis ipsis et aliis necessariis restaurandis providere sibi et ecclesie sue super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur indempnitati episcopi et ecclesie predictorum, ne contra intentionis nostre prepositum indebite aggraventur, imposterum precavere volentes, ipsius supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium declaramus, supradicta mandata nostra, concessiones et prohibitiones, ad prefatas decimas, quas ipsi Laurencius et predecessores sui episcopi Boznenses, qui fuerunt pro tempore, percipere consueverunt, et quas ipsi fratres Minores novas appellant, licet sint solite et antique, aliquatenus non extendi, quinimo volumus, quod idem Laurencius et successores sui episcopi Boznenses, qui fuerint pro tempore, possessione iuris seu quasi et perceptionis dictarum decimarum uti et gaudere valeant, sicut dicti predecessores ab antiquo eis usi et gavisi hactenus extiterunt, decernentes irritum et inane quicquid contra declarationem nostram huiusmodi a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre declarationis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione, idibus iunii, pontificatus nostri anno tercio.

In eodem modo. Venerabili fratri archiepiscopo Colocensi, et dilectis filiis de Posaga ac Bachiensis, Quinqueecclesiensis et Colocensis diocesum ecclesiarum prepositis, dictarum litterarum executoribus etc.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 275. p. 211—212. — Iz reg. an. III. lib. 2. par. 2. ep. 258.
Theiner Mon. Hung. 1- p. 670.
Fermendžin Acta Bosnae p. 25.
Eubel Bullarium Franciscanum Tom. VI. 1-18. no. 273.

102.

1344, 24. juna. U Tpogiru.

Meštar Zanino očituje, da je dobio od Deše Lucija 33’h dukata za najamninu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo quarto, indicione duodecima, regnante domino Lodoyco(f) serenissimo rege Vngarie, et tempore quidem illustris domini nostri domini Andree Dandullo ducis incliti Venecie, ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et egregii et potentis viri

domini Petri Memmo honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Nicole Marini, Nicole Cipriani, Jacobi Danielis et Nicole Casoti. Die XXIIII. mensis iunii. Magister ^anninus protomagister fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a Dessa Johannis Lucii tanquam operario ecclesie sancti Laurentii ducatos triginta tres de auro et tertiam partem ducati pro prima paga sallarii anni presentis, quod est ducatorum centum de auro; qui annus incipere debet die lune proxime venturo. Pro qua solutione dictus magister (Janninus per se et nomine suorum filiorum fecit eidem Desse pro se et suis successoribus in dicta operaria recipienti finem, quietationem, remmissionem, perpetuam reputationem et pactum de aliquid vlterius non petendo pro dicta prima paga; quem finem et omnia et singula suprascripta dictus magister (^anninus per se et suos filios promisit eidem Desse nomine quo supra rata et firma habere, tenere, atendere et obseruare et non contra facere nec venire per se uel alios aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena dupli dicte quantitatis et obligatione suorum bonorum presentium et futurorum. Actum Tragurii in palatio communis, presentibus Jacomello de Lege et Bessa Ponali testibus rogatis et Dessola Maroy Gussi examinatore.

(Signum not.)

Ego Bernardus condam Philipi Tigoni de Laude imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus comunis Tragurii hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui.

Original na perg. u arkivu kaptola u Trogiru no. 62.

103.

1344, 29. juna. U Čazmi.

Kaptol ča.zmanski prepisuje na molbu Petra nazvanog Kastelan listinu kralja Andrije od god. 1291.. kojom ovaj daruje zemlju u Garešnici svomu ku^nu Stjepanu de Belch.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Petrus dictus Castelan, comes prouincie comitatus Chasmensis anno domini MCCCXL⁰ quarto, in die festiuitatis apostolorum Petri et Pauli beatorum ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium sub duplici sigillo serenissimi principis domini Andree olym incliti regis Hungarie felicis recordacionis, petens nos cum instancia, ut tenorem et formam eiusdem de uerbo ad uerbum nostris litteris priuilegialibus rescribi faceremus. Cuius nos peticionibus annuentes prefatum priuilegium iustum fore et uerum non abrasum non cancellatum nec aliqua sui parte uiciatum conperimus de uerbo ad uerbum nostris litteris priuilegialibus rescribi fecimus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Andrije od g. 1291.).*

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomala a. 1291.

Na listini visi svilena vrvca zelene i bijele boje, pečat je otpao.

104.

1344, 29. juna. U Čazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje svoj'u listinu od 1. februara 1326., koj'om Benko i Pavao sinovi Mikaela prodaju svoju zemlju uz potok Garešnicu Pavlu sinu Mihalča.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod anno domini M°CCC°XL⁰ quarto, in die festiuitatis beatorum Petri et Pauli apostolorum vir religiosus frater Stephanus prior domus monasterii beate virginis in montibus Garyg constructe, accedens ad nostram presenciam exhibuit nobis quasdam litteras patentes sub sigillo nostro confectas petens nos cum instancia, ut tenorem et formam earundem de uerbo ad uerbum nostris litteris priuilegialibus rescribi faceremus. Cuius nos peticionibus annuentes prefatas litteras iustas fore, non abrasas non cancellatas nec aliqua parte sui viciatas comperimus, de uerbo. ad uerbum litteris priuilegialibus rescribi fecimus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina čazmanskog kaptola od 1. februara 1326.J.*

Original ZL kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no 35.169. — Stara signatura: Actor. monasi.de Garig. fasc. 1. no. 9.

Na listini visi žuta i Ijublcasta svilena vrvca bez pečata.

*Na hrpiu savremena bilješka: *Super vendicione possessionis per Benedichtm magistro Paullo.<*

Onda novija nota: >Videtur spectare ad Mihalvdlgy'e • «.

105,

1344, 29. juna. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom zapisuje Petar Kastelan vinograd samostanu garićkom.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Petrus dictus Castellan, comes prouincie Chasmensis coram nobis personaiiter comparens dixit et confessus est, quod ipse ob salutem et remedium anime sue quandam vineam a Descen filio Dyonisii sibi empcionis titulo iure perpetuo deuolutam in comitatu de Gresenche super possessione Johannis filii Nicolai filii Vgrini existentem, ex consensu et permissione dicti Johannis monasterio beate virginis fratrum heremitarum in montibus Garygh constructo, eo iure, quo ad ipsum dignosscitur pertinere, sub eisdem metis, terminis et signis, quibus ipse vsque nunc tenuit et possedit, legasset, imo legauit et contulit coram nobis iure perpetuo possidendam, tenendam, pariter et habendam, hoc non pretermisso, quod dicta vinea, quam nunc dictus Castelian legauit predicto monasterio, contiguatur seu vicinatur vinee eiusdem monasterii, quam predictus Descen primitus eidem monasterio et fratribus in ipso commorantibus contulit. In cuius condonacionis memoriam perpetuamque firmitatem ad peticiones parcium presentes concessimus litteras sigillo nostro consignatas. Datum in festiuitate apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini millesimo CCC° XL quarto.

Iz originalnog prijepisa čazmanskoga kaptola 24. augusta 1367. na pergameni u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.182. — Stara signatura: Acta monast. de Garig. fasc. II. no. 18.

106.

1344. 13. jula. U Čazmi.

Kaptol čazmanski dijeli posjed Toplicu sv. Jurja mtdju Pavla i Gjuru sinove Abre i Petra sina Stepkova.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus

peruenire, quod, cum nos iuxta tenorem et formam litterarum magistri Pauli comitis Crisiensis, castellani de Meren cum Iwan filio Fabiani homine eiusdem comitis magistrum Johannem socium et concanonicum nostrum ad uidendam diuisionem seu faciendam inter Paulum et Georgium filios Abrae a parte vna, Petrum filium Stepk ex altera in possessione ipsorum aquisiticia Thopolchazengurg vocata pro testimonio transmisissemus, tandem iidem homo comitis predicti et noster ad nos redeuntes nobis retulerunt, quod dictis Paulo et Georgio porcio dicte possessionis coequalis a parte orientali cum parte seu porcione ecclesie beati Georgii martiris iuxta fiuuium Topolcha constructe et dimidietate cimiterii, saluo iure aliorum, iure perpetuo et irreuocabiliter in filios filiorum suorum possidenda extitisset, pars vero dicte possessionis similiter coequalis seu dimidietas a parte occidentali cum porcione seu parte ecclesie nominate in cimiterio dimidio dicto Petro iure perpetuo irreuocabiliter possidenda in filios filiorum suorum deuoluta extitisset, nullo contradictore in diuisione memorata existente, metis infrascriptis inter partes erectis, prout easdem dictus socius noster ad nos in registro aportauit hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit iuxta fluuium Topolcha circa molendinum Kabiani a parte septemtrionali in arbore salicis in vicinitate Johannis archydiaconi et nepotum suorum ac Andree fili Andree, inde directe ad meridiem per uiam et in ipsa uia eundo superius transit per modum crucis aliam et cadit in arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam prope viam vbi eciam est meta terrea iuxta eandem viam, et ibi pars que est ad occidentem cessit filiis Abrae nominatis, pars vero ab oriente dicto archydiacono cum suis nepotibus ac Andree filio Andree remane[n]te, ab hinc per ipsam viam eundo transit vnum potok et ibi cadit in arborem piri siluestris cruce signatam prope eundem potok, inde per semitam per dumos egur procedendo uenit ad berch ubi est meta terrea iuxta eandem semitam, ab hync (!) per eandem eundo parum flectitur ad sinistram partem iuxta vallem et cadit ad arborem pomi siluestris cruce signatam meta terrea circumfusam, inde cadit in Iwanka potok nuncupatum et per ipsum ad orientem procedendo supra uenit ad metas Petri Castellan dicti et ibi reliquit metas dictorum Johannis archydiaconi ac nepotum suorum et Andree fili(!) Andree ubi est arbor byk cruce signata, inde exit de dicto potok et cadit in arborem pyri siluestris cruce signatam circa metas filiorum Abrae predictorum, inde ascendit montem ad partem meridionalem, peruenit ad metas terreas dicti Petri et iuxta easdem est meta terrea filiorum Abrae predictorum, inde supra directe eundo'uenit ad metam terream, totum iuxta metas dicti Petri, ab hinc infra descendit et cadit in aliam metam terream, inde descendendo transit per

Padesna potok et cadit in arborem cerasi meta terrea circumfusam, ab hinc directe per siluam venit ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, inde iterum ad metam terream iuxta viam et ibi reliquit metas dicti Petri et vicinatur terre Pauli dicti de Barana, inde per ipsam viam parum procedendo ad occidentem vicinatur metis castri Dobrakyucha vocato et ibi a parte meridionali est terra dicti castri, a parte septemtrionali vero filiorum Abrae, ab hinc per magnam viam dictam totum ad occidentem in longo spacio procedendo cadit in arborem gyertan(!) cruce signatam iuxta eandem magnam viam, inde reflectitur ad dexteram in paruam semitam venitque ad aliam arborem gertan cruce signatam, ab hync per eandem semitam procedendo cadit in magnam viam aliam vbi est arbor nyr cruce signata meta terrea circumfusa, inde per ipsam viam ad occidentem procedendo in paruo spacio reflectitur ad septemtrionem et descendit per terram arabilem et cadit in Padesna potoka dictum in fine silue arborum byk, ab hinc per dictum potok Padesna directe eundo ad occidentem in magno spacio uenit ad quendam fluuium vbi Padesna cadit in ipsum et in unum coniunguntur et ibi sunt due arbores byk et gertan cruce signate, inde per dictum fluuium versus orientem supra in longo procedendo reflectitur de eodem ad septemtrionem, ubi sunt due arbores pomi siluestris et gertan cruce signate, ab hinc in modico per ipsum eundo uenit ad arborem tul cruce signatam, inde exit et transit supra terram arabilem, de hync(!) ad berch per uallem siccam que est in fine vinearum in monte Ocrisel et ibi est meta terrea erecta, ab hync directe per uineas ad septemtrionem procedendo uenit ad uiam superius easdem et ibi est arbor gemelchym, inde ad occidentem per ipsam in modico eundo reflectitur -de ipsa ad septemtrionem et cadit in arborem cerasi cruce signatam, ab hync. directe in arborem tul, inde ad arborem jegune iuxta aquam Topolcha meta terrea circumfusa(!), ab hync per cursum eiusdem aque in longo spacio eundo uenit ubi fluuius Gurko intrat in dictam aquam Topolcha, inde per ipsum fluuium Gurko uenit supra ad orientem in longo spacio cadit terre ecclesie sancti Georgii et ibi est meta terrea, ab hync exit de eodem ad meridiem, venit ad uiam iuxta eandem ecclesiam et per ipsam directe uenit in aquam Topolcha et per ipsam aquam uenit ad metam primitus nominatam ibique terminatur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras priuilegiales sigillo nostro pendenti munimine roboratas. Datum in die festi beate Margarete virginis et martiris, anno domini MCCCXL^{0} quarto.

Original u atkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1344.

Na listini nalaze se tragovl, gdje Je o vrvci visio pečat.

107.

1344, 25. jula. U Zadru.

Stjepan Radovanov s otoka tta prodaje svomu sinu Petru neke zemlje na Išu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indictione duodecima, die uigesimo quinto mensis iulii, Jadre. Tempore domini Andree Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris decre. torum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Sanuto egregii comitis. Ego Stephanus Radouani de Eco uendo tibi Petro filio meo tanquam emancipato a me publico instrumento scripto die predicto per notarium infrascriptum infrascriptas res et possessiones meas: In primis meam medietatem unius terre cum suis arboribus et pertinenciis positis in insula Ecci in confinio sancti Petri, cuius terre alia medietas est Draghe uxoris mee, de qua terra sunt circa ^o^nai duo cui de borea est *-^<~^^ f^har1"!0 auunculi ^** ^^ austro via publica, de quirina ortus Michaelis Rasich et carsus, de trauersa via publica et partim terra dicti Johannis; item sassadam unam gognaiorum circa trium positam in dicta insula super terram monasterii sancti Michaelis de Monte, que reddit dicto monasterio quartam pro terratico, cui sassade de austro est vinea Maroy, de borea vinea Andree, de quirina terra Frederici de Nassis et de trauersa via publica; item totam massariciam meam ad habendum cum omnibus suis pertinenciis et iuribus et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio, iure dicti monasterii de predicta sassada predicto et omni alio securidum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Precio cuius vendicionis ego predictus uenditor recepi a te predicto emptore libras sexdecim denariorum paruorum. Promittens ego dictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictas res et possessiones uenditas cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus, omni excepcione remota et nullo pretermisso obstante. Actum est hoc et iirmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono Blasii de Cortissia ciue Jadre et Andrea Francul[i] uillano Cose Saladini de Petricane et aliis.

(Drugi rtikopisj.

Ego Marinus Cerni de Fafogna iudex [examinatolr manum misi.

(Signum not.i.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius [et] Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarjti. P. no. 82.

108.

1344, 27. jula. U Avignonu.

Klement VI. papa Nikoli Donatovu arhidjakonu tolnanskomu biskupije pečujske oprašta, što se je nepravo primio primicerijata trogirskoga, ali da se ostavi rečenoga primicerijata.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Nicoiao nato quondam Donati de Tragurio, archidiacono Tolnensi in ecclesia Quinqueecclesiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Vite ac morum honestas et alia merita probitatis, auper quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, que tibi et statui tuo fore conspicimus oportuna. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod dudum tu primiceriatum ecclesie Traguriensis, qui personatus existit, cuius redditus annui valorem unius turonensis grossi argenti non excedunt, et quem non personatum, sed simplex ofScium esse credebas, obtinens fuisti archidiaconatum Tolnensem in ecclesia Quinqueecclesiensi, quem obtines, cui animaram cura imminet, ex collatione canonica pacifice assecutus, illumque una cum dicto archidiaconatu, credens hoc tibi de iure licere, ex tunc tenuisti, et adhuc tenes pacifice et quiete, fructus et redditus percipiens ex eodem, quodque relatu quorumdam nuper ad tuam notMam est deductum, quod dictus primiceriatus personatus sine cura existit: Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi et statui tuo super hiis de benignitate apostolica misericorditer dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, omnem infamie et inhabilitatis notam, si quam ex premissis incurristi, de apostolice potestatis plenitudine abolemus, teque in integrum restituimus sicut prius fructusque antedictos per te, ut prefertur, perceptos tibi de uberioris dono gratie remittimus, volumus tamen, quod dictum primiceriatum ex nunc dimittas realiter et omnino. Nulli ergo etc. nostre abolitionis, restitutionis, remissionis, do-

nacionis et voluntatis infringere etc. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, VI. kalendis augusti, pontificatus nosui anno tercio

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 277. p. 212.—213. Iz reg. an. III. divers. tom. III. ep. 10S.

109.

1 'ЗЛЛ. 53 Qiirtiiolo 'iT Ртотлт/ii

Nikola zvan Veris kastelan Velikoga Kalnika i Grgur sin Pimecov, zemski župan, postavljaju na molbu Ivana sina Martinova itd. nove medje u posfedu Brestovice.

Nos magister Nicolaus Veris dictus castellanus de maiori Kemluk [et] Gregorus filius Phymetz terestris comes eiusdem castri memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod personaliter venerunt coram nobis[1] Johannes filius Martini et Paulus filius Pethk fratres patrueles de Brezthowicza su.pplicauerunt nobis, vt nos personaliter cum nobilibus iobagionibus castri ad possessiones ipsorum Breztowicza accederemus et eisdem in antiquis metis nouas metas erigeremus, vbi nos peticionibus ipsorum inclinati nos personaliter ad prefatas possessiones accesimus cum Aderiano filio Farcas Ivan filio Johannis, Georgio filio Benk, Thoma filio Jacobi, Isan filio Woyn, Jacobo filio Bogdani nostro pristaldo, Georgio filio Grudina centurione, vicinis et commetaneis prefatorum Johannis et Pauli et cum eisdem in antiquis metis nouas metas erigimus et de alienis possessionibus metaliter sic separauimus: Prima meta incipitur possessionis ipsorum ab oriente in cacumine montis in capite vnius vallis Buhwaldol ab arbore harazthfa cruce signata, ab hinc descendit recte ad occidentem iuxta metas prefati Gregorii comitis pervenit ad arborem graber sub quo est fons, ab hinc per magnam viam contra septemtrionalem paruo spacio' peruenit ad arborem iwa semper iuxta terram prefati Gregorii comitis, de eadem arbcre iwa per paruam orbitam ad occidentem cadit in riuulum Breztowicza vbi est arbor piri, per eundem versus septemtrionalem magno spacio pervenit ad quemdam fontem Brezthoychka Glawa iuxta terram Pauli filii Woyn, hinc supra ad viam communem, per eandem versus orientem venit in cruciatam viam, transiendo eam per viam iuxta siluam Cray pervenit ad viam inter partes diuisam,' ab

[1] Izbrisano: »ma«.

*

hinc versus meridiem per viam iuxta predictam siluam vsque terram arabilem prefatorum Johannis et Pauli, ibi in angulo silue Cray est arbor cherfa, deinde per viam antiquam ad orientem, quam transit per siluam, pervenit in quendam arborem brakine penes vnam orbitam, per eandem orbitam ad vnum vallem sal . , am per eandem orbitam recte contra meridiem per siluam iuxta metas prefati Gregorii comitis terrestris et pervenit metas Johannis comitis fiiii Johannis et iuxta easdem et per viam pervenit in priorem metam; item in silua Cray habent terciam partem in[ter] vineas Obres, vnam vineam magnam et sub monte vinearum Obres quartam partem terrarum arabilium, quas ad presens possident; et hec reambulacio et innouacio metarum est facta coram omnibus et vniuersis vicinis et commetaneis circumquaque existentibus predicte porcionis ipsorum nullo contradictore tempore reambulacionis. . . . . . in metis ipsorum, stando nobis metas predictorum Johannis et Pault monstrauerunt et ordinauerunt. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus eisdem Johanni et Paulo appensione nostrorum sigillorum consignatas munimine roboratas. Datum in Brezowicza, feria tercia ante festum beati Laurencii martiris, anno domini MCCCXL⁰ quarto.

"Iz ongtnaino^ prijepisa Damijana kapetana kainičkog od 8. oktobra 1448.

Potonji prijepis u arkivu jtigoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 134:4.

110.

1344, 6. augusta. (U Napulju).

Ivana kraljica piše o izvozu drva iz Hrvatske u Napulj'.

Ivana I. k raljica pise vladaru Rimina, Pezara i Fana de Malatestis.- »Lignum onerandum in terris Buccari et Segne de partibus Sclavonie de certis lignaminibus vehendis deinde ad partes Apulie et exonerandis ibidem in civitatibus, videlicet Bari et Baroli«.

Registri Angioini.

• *Makušev Zapiski XIX. 3. pril. 3. ' p. 44. Ima godinn 1343. dok j"er i-ddikc. XII. zd g. 1314.*

• *Racki RadXVIII. 239.*

111.

1344, 22. augusta. U Zadru.

Dobra udova Zoilla de Ciualellis daje Kresiju de Ciualelhs sva: svoja prava, što ih ima na dobra pokoj'nog muža.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quauragesimo quarto, mdictione duodeoma, uie uigesimo secundo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venetie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Cornario honorabilis comitis. Domina Dobra relicta Zoilli Laurentii Marini de Ciualellis ciuis Jadre ex causa donationis pure, libere, simpliciter et inreuocabiliter inter viuos dedit, tradidit et donauit Cressio Laurentii Marini de Ciualellis ciui Jadre omnia iura et actiones reales et personales, utilles(!) et directas, ciuiles et generales, pretorias et mixtas et omnes alias <jue et quas tam ratione instrumenti donationis per dictum olim Zoillurn, eius uirum facte domine olim Nicolotte matri dicti Zoilli olim eius uiri, anno incarnationis domini millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione sexta, die ultimo mensis iunii, manu Alexandri Vgolini de Stella Jadrensis notarii facti et examinati per Nicolaum Madii Galelli examinatorem ac alimentorum . . . . testium quam alia quacumque ratione uel causa habebat uel habere poterat seu sibi quolibet in fucturum (!) spectare uel pertinere poterat in bonis et hereditate que condam fuerat dicti olim Zoilli sui uiri, excepto iure dotium suarum que habet in bonis et super bonis dicti olim sui uiri; que iura in se et pro se seruauit nil aliud exceptans uel reseruans quam supradicta iura dotium ;suarum, ut ea omnia et singula dictus Cressius et eius heredes et successores libere habeat, teneat et possideat et ex eis quicquid uoluerit faciat iure directi dominii et plene proprietatis cum omnibus et singulis, que ipsis rebus donatis de iure uel consuetudine choerent{!) et choerere debent, voleqs autem in ipsum donatarium rerum donatarum possessionem t.ansferre, constituit ea se suo nomine possidere uel quasi promittens dicta. domina Dobra per se et suos heredes et successores dicto Cressic pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti predictam donationem et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel venire per se uel alium^alfqua ratione uel causa de iure uel de facto, nec ipsam donationem ingratitudine uel causa aliqua reuocare sub pena quarti stipulanti promissa et

refectione dampni et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum presentium et fucturorum (!), et pena soluta uel non rata maneant omnia et singula suprascripta; quam quidem donationem et omnia et singula suprascripta fecit dicta domina Dobra ipsi Cressio ex certa scientia et non per errorem pro libito uoluntatis. Actum est hoc et firmatum presentibus Cressio condam Mathei de Georgio ciue Jadre et Dominico mercatore condam Thomassi de Sirro habitatoris Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis}.

j Ego Simeon Biualdi de Botono iudex examinator examinaui.

Ego Jacobus Bonacursi de Foriiuio imperiaii auctoritate 'hotarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Dipldmata a. 7344.

Na hrptu bilješka nešio poznija: »Carta de la donacione fata a Cresse per dona Dobra de tuti li leni et rasone, le quale ela . . . . . in ii leni et m Je rason de Couole frare del dito Crescio et marido de la dita Dobfiga«.

112.

1344, 23. augusta. U "Trogiru.

Trogirani traže od dužda mletačkog oružja, da se brane od kralja Ljudevita.

Anno MCCCXLIV., die augusti. In pleno et generali consilio Traguriensis civitatis constituerunt Casoctum Nicole presentem etc. suum nuncium ad eundum et comparendum coram ducali excellentia et eius dominio petendi omnia et singula infrascripta: Primo, videlicet centum balistas cum crochis fulcitas. Item centum fauesios bonos. Item quingentas lanceas. Item mille gauellottos. Item duo millia veretones nomine emptionis pro dicta terra Tragurii ad obligandum et plezariam dandam tempore constituto solutionis etc.

Lucius Mem. di Trau 240.
Fejer Cod. dipt. Hung. IX. v. p. Ш.

113.

1344, 25. augusta. U Zadru.

Franjo Cernuto gradjamn zadarski očituje, da je primio od samostana sv. Krševana 12 mjerova iita za dopunjak isplaćenja duga od 200 libara.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indicione duodecima, die vigesimo quinto mensis augusti, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marchi Cornaro egregii comitis. Ego Franciscus de Cernuto ciuis Jadre confiteor per hoc presens instrumentum me habuisse et recepisse a venerabili viro domino fratre Johanne abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra et fratribus Andrea priore et Damiano monachis eiusdem monasterii et coadiuntoribus (!) dicti domini abbatis modios frumenti duodecim pro complemento solucionis vnius debiti librarum ducentarum paruorum uenetorum, in quibus dictus dominus abbas et dictum suum monasterium erant michi obligati per publicum instrumentum. Vnde ego dictus Franciscus cum heredibus et successoribus meis facio dicto domino abbati et dicto suo monasterio de predictis ducentis libris paruorum et generaliter de omni eo, in quo michi tenerentur et obligati essent tam per cartam quam sine carta et quocumque alio modo plenam securitatera, finem et quietationem et pactum de ulterius non petendo. Promittens per me meosque heredes et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti me obligando dicto domino abbati pro se et suis successoribus ac mosterio stipulanti litem et questionem e[idem ue]l ipsius successoribus aut dicto eius monasterio ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire de predictis ducentis libris paruorum, aut de aliquo in quo michi teneretur uel obligatus esset qualitercum (!), set p-redictam solutionem et satisfationem (!) ratam habere et non contrafacere uel uenire per me uel alium aliqualiter de iure uel de facto sub pena quarti eius in quo et de quo questio moueretur et omnium expensarum et interesse litis et extra super. me et omnia bona mea presencia et futura, et pena soluta uel non, predicta omnia et singula firma perdurent. Actum est hoc coram Georgio Blasii de Soppe ciue Jadre et Matheo piscinario condam Juani, testibus ad hec uocatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Damiani de (^adulinis iudex examinator manum missi. *(Signum iiot.}.*

Ego Siluanus Francisci de Foroiulio imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius predictis interfui, ut audiui, rogatus scripsi et roboraui.

Original na perg. u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krševana. kaps. XXIV. no. 625.

114.

1344, 9. septembra. U Zagrebu.

Raplol zagrebački daje neke povlasti „Lefioj vesi", dands Nova ves u Zagrebu.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis universis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ordo recte consideracionis exposcit, ut hii, qui de stipe ecclesiastica sustentantur, toto posse sue ecclesie honorem promoveant, utilitatem attendant et statum eius bonum appetant profuturum presentibus et futuris. Hiis igitur pensatis, terram nostram, nunc pro nobis inutilem, ex utraque parte uie puplice, de vico nostro prodeuntis versus montes, a curia canonicali habitationis domini Stephani archidiaconi de Warasd, concanonici nostri, in qua est domus lapidea per ipsum dominum Stephanum hedificata et situata, ex nunc deputamus pro villa nostra libera et pro hospitibus in ea collocandis perpetuis temporibus optinendam. Ante omnia igitur ad ipsorum nostrorum hospitum sive. civium usum concedimus et donamus totam terram nostre communitatis de Bokoucha cum suis utilitatibus et pertinenciis quibuscumque, salvo, quod nostrorum concanonicorum vinee et aliorum quorumcumque extraneorum ibidem, nostre ordinacioni et disposicioni, sicut hactenus, subiacebunt, ymmo eciam ipsi hospites suas vineas, vigore nostrarum litterarum obtinebunt. Ipsos autem hospites libere ville nostre volumus ante omnia hac prerogativa gaudere, concedentes, ut ipsi annuatim kalendis maii, ante prandium, per suos quatuor compromissarios sibi valeant eligere villicum, qui eos et ipsorum singulos ac alios habitatores ibidem in casibus a iure non discrepantibus habeat et possit iudicare in omnibus causis civilibus et criminalibus civiliter motis, adhibitis secum duobus civibus assessoribus ibidem commofantibus. In causis autem criminalibus, sicut sanguinis, latrocinii, furti, incendii et similibus cum nostro iudice secuiari. Hoc expresso, quod quilibet ciuis

sive hospes, causam suam civilem vel criminalem civiliter motam, a presencia villici vel iudicis nostrorum, et a utroque ex causa racionabili possit ad nostrum examen deducere quocienscumque et quandocumque expedierit, depositis primo ante iudicem suum duodecim denariis monete tunc currentis. Quicumque autem causam suam non propter gravamen, sed frivole volens declinare examen sui iudicis, et de hoc nobis constiterit, talem remittemus ad suum iudicem condempnatum iterum in duodecim denariis, ut supra, solvendis suo iudici, sicut primo. De proventibus autem condempnacionum huiusmodi et aliis iuste provenientibus iudici undecumque racione sui iudicatus, villicus habeat duas partes et sui assessores terciam. In causis autem criminalibus, -' ut predicitur, habeat medietatem noster iudex secularis, aliam medietatem viliicus cum suis assessoribus, ut est dictum. Concedimus autem liberaliter et efficaciter eisdem nostris hospitibus et eciam aliis quibuscumque veris habitatoribus ibidem, quod de bonis suis mobilibus et immobilibus &c se moventibus in vita pariter et in morte, iuris beneficio et moderamine adhibito, habeant disponendi liberam facultatem. Quicumque autem intestatuš decesserit, in bonis suis succedant eidem sui heredes proximiores sexus utriusque usque ad terciam generacionem -suo modo et ordine, sed talibus non extantibus, bona defuncti, ut predicitur, in tres dividantur partes, quarum prima pro sue anime remedio de nostro consilio dispensetur, secunda cedat nostre disposicioni et tercia occupetur pro villico et suis assessoribus suo modo. In eo autem casu, quando aliquis pro commisso maleficio punitUr fnorte vel recedit, sua bona omnia per nostros iudicem et villicum occupentur, de quibus, consideratis heredibus, talis servicio iudicis nostri vel villici et aliis circumstanciis,' distribucionem faciemus iuxta nostre arbitrium voluntatis. Quicumque autem in territorio dicte libere ville in presencia iudicis vel villici aliquem vulneraverit ad periculum alicuius sui membri principalis, eo ipso ad solvendum vulnerato duodecim marcas et tantumdem iudici obligetur, statimque per villicum detineatur egregie, donec exsolvat premissam pecunie quantitatem, vel de ipsa solvenda infra quindecim dies extunc securitatem exhibeat conpetentem. Sed qui in absencia iudicis vel villici tale quid commiserit, eadem pena in bonis puniatur, dummodo per testes ydoneos vel alios iuste et racionabiliter convincatur. Qui vero alteri cuicumque alapam dederit, vel simile quid in presencia iudicis vel villici fecerit, eo ipso ad solvendum passo iniuriam, si est bone fame, quinque marcas et tantumdem iudici obligetur, alias tamen in una marca adversario et in alia iudici teneatur; sed si tale -quid in absencia iudicis contingat, tunc ad medietatem premissorum tantum iniuriator astringatur, primo legittime convictus, sicut est superius decla-

ratum. Casus autem alii de verbis contumeliosis et vituperiosis reducantur ad medium premissorum, consideracione habita diligenti, ubi fit distinccio de presencia et absencia iudicis sive villici et persone bone fame, cetera minora sive leviora iudicantis arbitrio relinquantur. Hoc eciam addicimus, quod citatus quicumque pro prima vice non comparens, in denariis octo, pro secunda vice in denariis duodecim et pro tercia vice in viginti solvendis villico sive iudici obligetur infra octo dies, semper a die, qua comparere debuerat, si suam contumaciam sive absenciam racionabiliter non poterit excusare. Quando autem ex causa aiiqua citacionem unam pro trina perhemptoriam contigerit emanari, tunc condempnacio eam sequatur ac si ter fuisset quis citatus. In ceteris vero iudicialibus processibus in huiusmodi condempnacionibus servetur quid iuris est vel consvetudinis approbate. Et ut processu temporum ipsi nostri cives sive hospites quiecius valeant permanere, curias eos vel fundos curiarum volumus equales habere in latitudine saltem, videlicet triginta duorum brachiorum silvestrium, longitudo autem earum ex utraque parte vicus protendatur usque fluvium sive rivum sibi adiacentem de retro. Volumus autem, ut ipsi cives sive hospites nos recognoscant pro suis.dominis naturalibus et nobis teneantur assistere semper cum solida fidelitate omnes et singuli cum suis inquilinis et pertinentibus ad eosdem. In signum autem recognicionis dominii nostri temporalis, tenebuntur nobis annuatim in festo beati Martini confessoris de novembri, singuli de singulis curiis integris solvere quadraginta deharios banales bonos et tria munera infra annum, ad festum videlicet nativitatis domini quilibet unum caponem bonum, quatuor panes et ova decem. Item, ao ftstum resurreccionis domini quatuor panes, unum caseum, ova quindecim. Item ad festum beati regis Stephani duas gallinas sive pullos bonos, panes quatuor et ova decem; quibus contenti nunquam ab eis vel eorum aliquibus requiremus amplius solucionis ordinarie, sed eos commorari ad honorem dei et beati regis Stephani in sua libertate et libere permittemus. In quorum premissorum omnium robur et firmitatem presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in crastino festi nativitatis benedicte virginis Marie, anno domini MCCCXL quarto.

Original u arkivu grada Zagreba, pečat otpao. Dolazi u savremenom: Lib. statut. capit. Zagrabien. part. IV. cap. XXVII. — Potonji prijepis u arkivu ju^oslavenske akademiie u Zagrebu.

Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 145.

Tkaičić Mзn. civ. Zagrab. I 172. - 174.

115.

1344, 9. septembra. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski naredjuje kaptolu srijemskomu, da razgleda radi fiosjeda u Blini.

Lodovicus dei gratia rex Hungarie, fidelibus suis capitulo ecclesie de Kw salutem et graciam. Dicit nobis Teutos magister ianitorum nostrorum et comes Borsiensis ac castellanus de Lewa et de veteri Buda, quod quedam possessiones et possessionarie porciones Stanizlai et Jonas hominum sine herede decendecium et Bogdech no-tri notorii infidelis in partibus Sclavonie in comitatu Zagrabiensi in Blyna et suis pertinenciis habite et existentes sibi per Nicolaum banum tocius Sclavonie date et collate et postmodum per hominem nostrum et testimonium capituli Chasmensis unacum aliis possessionibus sibi statute, de quarum qualitate ac quantitate ignoraret et quas scire vellet et nitteretur. Quare fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominosn pro testimonio fidedignum, quo presente magister Sebesteanus dictus Orros de Kalazno aule nostre milles(!) ad dictam Blynam et eius pertinencias accedendo ac(!) omnibus nobilibus et quibuslibet vicinis et commetaneys(l) sciat et inquirat quales et quante porciones possessionarie predictorum Stanizlai et Bogdech sint et existant et sic postmodum separet ab aliorum possessionibus et distingat separatasque et distinctas eidem magistro Teutos et per eum suis heredibus statuat et relinquat perpetuo possidendas, si per quempiam non fuerit contra- .dictum. Contradictores vero si qui fuerint eosdem evocet ad nostram presenciam ac ad terminum conpetentem et post hec tocius facti seriem -jjobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima post festum nativitatis virginis gloriose, anno domini M°CCC°XL. quarto.

Nalazi se u prijepisa kaptola srijemskoga od 30. septembra 1344.— Saviemena kopija u arkivu Zichy u Zselyu: 211. a. 230.

Codex dipl. com. Zichy. II. p. 138.—139-

116.

1344, 18. septembra. U Zadru.

Krševan de Fafogna i samostan sv. Krševana prave ugovor glede sela Neviljane.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indicione duodecima, die decimo octauo mensis septembris, jadre, Tempore domini Andree DanduHo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Cornario honorabilis comitis. Cum Grisogonus condam Michaelis de Fafogna ciuis Jadre medietatem uille de Neuiglane ab abbate, capitulo. et conuentu monasterii sancti Grisogoni conducat pro certo tempore ad affictum, pro •qua de ipsa medietate et reliqua medietate dicte uille ad talem concdrdiam, ut ipse eam monasterio dimitteret, deuenit cum fratre Marco, fratre Andrea et fratre Damiano vicario dicti monasterii, uice et nomine capituli et conuentus dicti monasterii et otrmibus aliis fratribus monacis •dicti monasterii ibidem presentibus, uolentibus et conseritientibus, videlicet pacto inter eos habito et conuento expresse, quod dictus Grisogonus possit •et debeat totam dictam uillam, sc.ilicet tam dictam .medietatem, quam ad. fictum conducit, quam reiiquam medietatem tenere et gaudere hinc ad festum sancti Andree mensis riouembris proxime venturum ac ipsam totam(!) uti et frui sine aliquo afictu, pensione uel solucione facienda ac omnes et singulos fructus, redditus et prouentus. totius dicte uilla libere percipere et habere hinc ad terminum supradictum et de ipsis facere omnimodam suam uoluntatem, saluo eo, quod de parte frumenti relique medietatis uille predicte, quam monasterium percipere et habere debet et debere, Grisogonus non debet se intromittere. Item cum idem Grisogonus anno proxime preterito remanserit dicto monasterio pro afictu armi proxime preteriti soluere viginti ducatos auri, dicti vicarii remiserunt eidem decem ducatos auri et reliquos decem ducatos auri debet eis soluere de presenti; quos decem ducatos auri confessi fuerunt et contenti se a dicto Grisogono habuisse et recepisse; instrumenta uero afictatus(l) utriusque partis cum presenti instrumento debent penes Cernam de Fafogna esse et in capsa, que est in sacristia sancti Grisogoni, de qua dictus Cerne habet unam clauim deponi, dictoque termino elapso de presenti debent omnia dicta instrumenta per dictum Cernam incidi et de nobis ea facere canfcellata], totaque dicta uilla remanere debet libera et expedita dicto monasterio, et a dicto termino in antea

idem Grisogonus de ipsa non debet se amplius intromittere; et si interim per commune Jadre uel per alias personas aliquas de ipsa dicto Grisogono lix(!) uel questio aliqua moueretur, potest dictus Grisogonus pro sui defensione uti suo afictus instrumento et dictus Cerne debet ipsum sibi dicta occasione dare; dictique vicarii uice et nomine capituli.et conuentus dicti monasterii promiserunt eundem Grisogonum a comune Jadre defendere. Que omnia et singula supra et infrascripta promiserunt dicte partes uicissim, scillicet una pars alteri ad inuicem, scilicet dictus Grisogonus per se et suos heredes et successores et dicti vicarii uice et nomine capituli et conuentus dicti monasterii per se et eorum successores firma et rata habere et tenere, obseruare et. adimplere et non contrafacere uel venire per se uel alios aliqua racione uel causa de iure, uel de facto sub pena centum librarum denariprum uenetorum paruorum inter eos ad inuicem stipulatione firmata et refectione dampnorum et expensarum hinc inde litis et extra; obligantes- pro hiis omnibus et singulis obseruandis una pars alteri ad inuicem, scilicet dictus Grisogonus omnia sua bona presencia et fuctura(l), et dicti vicarii omnia dicti monasterii bona presencia et fuctura, et peraa soluta. uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et nrmatum presentibus Marino de Canaruta et Coiiio condam Laurentii de Jaia, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Marinus Cerni de Fafogna iudex examinator manum missi.

(Signum not.) '

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali autoritate notarius et: Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubemij. arkivn u Zadru, odio samostana sv. Krševana kaps- XVIII. no. 439.

117.

1344, 23. septembra. U Avignonu.

Dimitrija brat nadbiskupa zadarskoga moli neka beneficija u gradu- Zadru.

Supplicat deuotus et humilis filius noster Demetrius de Mathafaris de Jadra archidiaconus Jadrensis, frater deuoti filii nostri Nicolay Jadrensis. archiepiscopi, quando cum ipse tempor.e felicis recordationis domini.Be^

nedicti pape XII. predecessoris vestri fuit missus ad partes Romanie ad colligendas decimas sexannalem^.) per felicis recordationis dominum Clementem papam V. et triennalem(!) per felicis recordationis dominum Johannem papam XXII. predecessores uestros impositas et in dicta colleccione bene et fideliter se habuit et propter malum haerem(f), qui in illis partibus erat, infirmitatem incurrerit, que ipsum uiginti mensibus •et ultra detinuit et fere non interemit, et post dictam colleccionem decimarum ad romanam curiam non fuit nec extitit, a felicis recordationis domino Benedicto papa XII. uel a sanctitate vestra aliquam graciam habuit, quatenus eidem specialem graciam facientes dignemini providere de primo plebanatu collegiate ecclesie non habente populum sibi astrietum et determinatum ad curam animarum uacante uel uacaturo in ciuitate Jadrensi, eciam si in eodem plebanatu per eleccionem assumatur et in ecclesia collegiata dignitas fuerit principalis, cuius annui redditus secundum taxationem decime summam triginta florenorum auri non excedant. Cum nullus auctoritate sanctitatis vestre in dicta ciuitate sit expectans. Non obstante, quod archidiaconatum Jadrensem et capellas sanctorum Thome de Jadra et Chrisogoni Jadrensis dioecesis et quandam decimam Rogoue et villarum eius dicte dioecesis obtineat et auctoritate domini Guilelmi tituli sanctorum coronatorum presbiteri cardinalis; olim in dictis partibus apostolice sedis legati, sit canonicus Sibinicensis et in possessione ipsius canonicatus et prebende minus, licet idem canonicatus et prebenda eidem detineantur, quorum archidiacdnatus beneficiorum et decime annui redditus secundum taxacionem decime summam quinquaginta florenorum auri non excedunt, cum accepcione, reseruacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri cum clausulis non obstantibus et clausulis opportunis et execucione. Fiat relacio.

Et quod transeat sine alia lessione(l). Fiat relacio.

Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis IX., kalendas octoanno tercio.

Clement. VI. Reg. supplic. an. III. P. II fol. XVII

118.

1344, 30. septembra.

Srijemski kaptol izvješćuje kralja o posjedu u Blini u županiji zagrebačkoj.

Excellentissimo principi domino Lodovico illustri regi Hungarie domino ipsorum, capitulum ecclesie de Kw oraciones in filio virginis

gloriose cum perpetua fidelitate. Vestre excellentie litteras honore, quo decuit recepimus in hec verba: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od Y. septembra 1344.).* Nos itaque «estris mandatis et preceptis obedire cupientes, ut tenemur, unacum predicto magistro Sebestiano homine vestre excellencie discretum virum magistrum Egidium socium et concanonicum hominem nostrum fidedignum pro testimonio duximus transmittendum. Cjui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum beati Mathei apostoli, ad predictam possessionem Blyna et eius pertinencias pariter accessissent et convocando universos nobiles, vicinos ac commetaneos quoslibet, presentibus Johanne, Marco et Lukachio filiis Philippi, Iwan filio Iwan, Johanne filio Ambrosii, Marco filio. . . . . . Mychaele filio Ladislai, Drysano filio Ochlyn, Stephano filio Petri, Mychaele filio Johannis dicti Vytez, Wydech filio Wydk et Benedicto fratre eiusdem, Mathya filio Kysdragouigh, Voyhna filio . . . . ech, Stanech filio Chuhouigh, Dynisio filio Ladislai, Stephano filio Wrathko filio Wratenye, Petterchych et Iwan fratre eiusdem. . . . nico filio Checel, Marco dicto Fysica, Lywba filio Mykse taliter scivissent investigando et invenissent, quod tres porciones possessionum Zela et Benyn ac Trebozyl vocatarum iuxta possessionem in districtu Blyna existencium pure et integraliter, cum omnibus earum utilitatibus, fructibus et usibus predictorum Bogdech et Jonas ac Stanizlai fuissent semper et extitissent, et in ipsarum dominio pacifice permansissent, quarta vero pars earundem possessionum, ad alios quosdam nobiles pertinuisset et pertineret, ubi iidem homo vestre excellencie et noster eodem die ad supradictas possessiones Zela, Benin et Trebozyl vocatas accedendo, in qualibet earundem tres porciones integras cum earum fructibus, usibus et pertinenciis universis presentibus nobilibus superius expressis et aliis vicinis et commetaneis universis earundem ipsi magistro Teutos et per eum suis heredibus statuissent perpetuo possidendas, tenendas et habendas, nullo contradictore existente. Datum secundo die festi beati Mychaelis archangeli, anno domini supradicto.

Savremena kopija u arkivu Zichy u Zse'ljiu 211. A. 230.
Cod. dipl. com. Zichy. II p. 137.—139.

119.

1344, 1. oktobra. U Avignonu,

Klement VI. papa nalaže nadbiskupu spljetskomu da vrati biskupu makarskomu neka mjesta.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Dominico archiepiscopo Spalatensi salutem et apostolicam benedictionem. Querelam venerabilis fratris nostri Valentini episcopi Macarensis recepimus continentem, quod licet ipse, qui iam viginti annis extitit episcopus Macarensis, propter occupationem infidelium partium de toto episcopatu suo Macarensi nonnisi quandam particulam, que Almisium nuncupatur, cum quibusdam villis et locis in Macarensi diocesi consistentibus, in qua etiam Almisium ipsum consistit, habere noscatur, ac Almisium, villas et loca predicta tempore bone memorie Petri et Baliani archiepiscoporum Spalatensium, predecessorum tuorum, quamdiu in humanis egerunt, possedisset pacifice et quiete, tu tamen eundem episcopum a decem annis citra dicta particula quam pacifice possidebat, contra iustitiam spoliasti, ipsam indebite usurpando, et quod olim per eum, qui occasione huiusmodi ad curiam Romanam accessit, premissis expositis coram nobis, nos venerabili fratri nostro . . . episcopo Paduano nostris sub ea forma litteris dedimus in mandatis, ut si eidem episcopo de huiusmodi. spoiiatione constaret, eundem episcopum ad corporalem possessionera Almisii, villarum et locorum predictorum auctoritate nostra restituet et, prout existeret rationis, et quod quamvis dilecti filii . . . archidiaconus et . . . primicerius ac . . . archipresbiter ecclesie Jadrensis, quibus prefatus episcopus Paduanus commiserat in hac parte totaliter vices suas, et te vigore litterarum et commissionis huiusmodi ad instantiam ipsius episcopi Macarensis super premissis coram eis fecissent ad iudicium evocari, ipsumque Macarensem episcopum pro eo, quod tu in prefixo tibi ad hoc peremptorio termino competenti coram eis comparere contumaciter non curasti, ex primo decreto possessionem Almisii et villarum ac locorum predictorum per eorum interlocutoriam exigente iustitia . . . prout ex predictarum forma poterant litterarum, tamen de huiusmodi interlocutoria seu mandato ipsorum subdelegatorum non curans, prefatum Valentinum episcopum, ne etiam in ipsis partibus stare queat, intolerabili molestia opprimis et perturbas, ipsius episcopi subditos interdicis, et eum ac prefatos subditos excommunicas minus iuste, et nichilominus prefatum Valentinum episcopum, quia consentire noluit, ut dicti subditi excommunicarentur per te, in centum ducatis auri contra iustitiam condempnasti. Quia vero non decet pontificalem modestiam subditos et presertim pontificali dignitate preditos, quos teneris potius paterna caritate diligere, indebitis vexationibus pregravare, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus prefato Valentino episcopo Almisium, villas et bona predicta, ne in opprobrium pontificalis dignitatis mendicare cogatur, restituas, ut teneris, et a quacunque ipsius molestatione desistas, ipsumque nichilominus tui favoris auxilio prosequaris; ita quod idem episcopus, subiatis huiusmodi molestiis tuoque suffultus presidio in commisso sibi pastorali officio se valeat utilius exercere, nosque devotionem tuam possimus in domino; plenius commendare, et alias taliter te habeas erga predictum episcopum, quod de te non habeat nobis de cetero materiam conquerendi. Datum Avinione, kalendis octobris, anno tertio.

Theiner Mon. Hist. Hung. I. no. 1013. p. 674. — Iz reg. orig. an. III. lib. II. p. 2. fol. 285.

120.

1344, **1. oktobra. U Avignonu.**

Klement VI. papa Stjepanu banu bosanskomu, neka dobrohotno primi makarskoga biskupa i prizna njegova pra-oa i daće.

Clemens episcopus seruus seruorum dei, dilecto filio nobili viro Stephano bano Bosnensi salutem et apostolicam benedictionem. Ingentem materiam gaudiorum suscepimus, quod summus ille celestis agricola, qui cunctos mortales ad cognitionem sui abundantissimo semper beneficio erudivit, quique per ineffabilem gratiam unigeniti sui toto orbe diffusam auget continue familiam christianam, te vero fidei luce perfusum ac imbutum doctrina evangelice veritatis ad unitatem sancte Romane et catholice ac apostolice ecclesie evocavit. Ut igitur eidem fidei caritatis opera comitentur, ac per eorum exhibitionem ipsius fidei fundamento subnixam divinis beneplacitis te coaptes, nobilitatem tuam rogamus et.hortamur attente in remissionem. tibi peccaminum iniungentes, quatenus venerabiiem fratrem nostrum Valentinum , episcopum Mucarensem in suo episcopatu, qui in terra tue ditioni subiecta consistit, benigne recipias, sibique decimas atque iura a te episcopp. et ecclesie Mucarerisi debita, ne idem .episcopus in opprobrium pontificalis dignitatis ulterius mendicare cogatur, exolvas, ac ipsum . et eandem

ecclesiam, quos bonorum et iurium suorum violenta subtractio diutius fecit egenos, pro nostra et apostolice sedis reverentia habeas propensius commendatos ; ita quod eadem ecclesia et presul ipsius fuis suffragio et protectione respirent, et de bono in melius convalescant, tibique prefer eterne retributionis premium a nobis exinde condigna proveniat actio gratiarum. Datum Avinione, kalendis octobris, anno tertio.

Theiner Mon. Hung. I. no. 1014. pag. 675. — Iz reg. orig. an. III. lib. II par. 2., fol. 100.

121.

1344, 9. oktobra. U Avignonu.

Ladislav nadhiskup kaločki moli, da mu fiafia dozvoli sagraditi stolnu crkvu u Petrovaradinu i kuću za sebe i za dvanaest kanonika.

Significat sanctitati vestre deuota et humilis creatura nostra Ladizlaus archiepiscopus Colocensis, quod terra in qua Colocensis ecclesia situata existit est paludibus et diuersis aquis immundis et fetidis circumdata, quodque per Tartaros et paganos alios eadem ecclesia et tota terra ipsius nec non ecclesia Bachiensis eidem ecclesie Colocensi canonice unita desolata et devastata extitit hactenus, necnon quam plurima instrumenta, monumenta et priuilegia Colocensis et Bachiensis ecclesiarum predictarum super diuersis iuribus et libertatibus a Romanis pontificibus nec non a regibus Vngarie eisdem concessis per paganos deportata, destructa ac eciam abolita extiterunt. Unde prefatus Ladizlaus eidem sanctitati supplicat humiliter et deuote. quatenus, cum in diocesi sua sit quidam mons boni et competentis aeris et melioris, quam in aliqua parte dicte diocesis nec in tota eadem diocesi, sit locus ita aptus pro tuitione personarum et bonorum supplicantis predicti, in quo quidem monte est situatum fortalicium uocatum castrum Varadini Petri, quod in totum pertinet ad abbatem monasterii Belefontis Cisterciensis ordinis Colocensis diocesis, quod nunc est grangia predicti abbatis, eidem archiepiscopo concedere dignemini, ut ecclesia et edificiis, que ibi sunt, remanentibus abbati et monachis monasterii prelibati, cum dictum castrum clausum .sit et sufficiat pro ambobus, possit idem archiepiscopus infra et extra dictum fortalicium edificare ecclesiam pro se et duodecim canonicis et seruitoribus eis necessariis et fortalicia et edificia decencia pro conseruacione personarum et bonorum suorum, et eciam ampliare se ultra clausuram dicti castri in situ et infra limites, si expedire eidem

uideatur pro libitu uoluntatis, et nichilominus dimidiam partem iurisdiccionis et honoris castri predicti Varadini cum dimidia parte duarum uillarum prope dictum castrum adiacencium et ad ipsum abbatem pertinencium mense archiepiscopali Colocensi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis vnire, inter ipsos abbatern et supplicantem arbitrio deputandorum per sanctitatem vestram diuidendorum et annectendorum auctoritate apostolica dignemini graciose, ut sic instrumenta munita et priuilegia dictarum ecclesiarum, que nec habent et habebunt inposteium, ibi possent tucius et liberius conseruari, ac archiepiscopi Colocenses qui erunt pro tenipore commodius residere. Ita tamen, quod idem archiepiscopus de decimis, possessionibus et aliis bonis ac redditibus ad archiepiscopum Colocensem qui est et erit pro tempore spectantibus abbati monasterii Belefontis recompensacionem debitam et suificientem super premissis in locis magis uicinis et accomodis dicto abbati ad debitum deputandorum predictorum facere possit, auctoritate uestra et ecclesiastica teneatur . . . . Comitatur alicui episcopo proximo non suffraganeo, ut informet se de dampno et incommodo, quod ex hoc dictum monasterium pateretur et de recompensacione fienda per archiepiscopum et aliis circonstanciis (!) uocatis ^»artibus et referat R.

Clement. VI Reg. supplic. an. III P. II fol. 18.

122.

1344, 9. oktobra. U Zagrebu.

Ivan ofiat crkve i samostana sv. Marije u Zagrebu prepisuje na molbu Jakoba firiora odluku fiodkancelara kraljeva Tatamera glede oslobodjenja samostanaca heremita u Zagrebu od plaćanja deselme od 12. jula 1335. >.

Frater Johannes abbas ecclesie beate virginis Zagrabiensis Cistercensis ordinis significamus per presentes quibus expedit vniuersis, quod religiosus vir pater Jacobus prior ecclesie beate virginis de promontorio Zagrabiensi de ordine Heremitarum coram nobis personaliter constitutus exl.ibuit nobis quasdam litteras auttenticas(f) sigillo cum pendenti sigillatas discreti viri magistri Thatamerii prepositi Albensis, vicecancellarii dornini[1] [regis] consignatas et firmatas, non cancellatas non abrasas nec [in], aliqua sui parte uiciatas, petens a nobis, vt easdem transcribi et propter

[1] Očevidno ispušteno: »regis«.

earundem litterarum copiam nostro sigillo faceremus consignari. Ouarum tenor talis est: *(Slijedi iistiua podkancelara Tatamera od 12. juia 1335.)* Nos uero predictas litteras propter instanciam predicti prioris de uerbo ad uerbum, ut opus est transcribi fecimus nostroque sigillo communiri. Datum infesto beati Dyonisii martiris, anno domini MCCCXLIIII⁰.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 23.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu : I. B. IX. 167.

123.

1344, 12. oktobra. U Kotoru.

Nikola Buća komornik kralja srpskoga obećaj'e, da će sagraditi samostan redu dominikanskom.

In dei nomine amen. Anno dornini 1344., indictione XII., die 12. oetobris. Nos Nicolaus Bucchia comes camerarius excellentissimi domini regis Raxiae ob reverentiam et devotionem quam gerimus et habuimus ordini -fratrum Praedicatorum, et pro salute animae nostrae in remedio peccatorum nostrorum, quia sumus peccatores, cogitavimus in corde nostro a magno tempore citra ad honorem et reverentiam omnipotentis ,dei. suaeque matris beatae virginis Mariae et omnium sanctorum ac sanctarum ac sancti Nicolai fieri facere et aedificare ordini dictorum fratrum Praedicatorum ecclesiam et conventum eorum, quae ecclesia volumus quod nominetur sanctus Nicolaus, quam ecelesiam et conventum ex nunc promittimus eam aedificare facere et ccmplere in loco ubi dicitur Patiana, iuxta nurrten Catharense et iuxta hortum Georgii Gimanii, et iuxta hortum ser Sergii, quam possidet uxor quondam Petri Catenae usque ad fontanam in dicto loco omnibus meis expensis, et promittimus dictam ecclesiam et conventum dare et investire in tenutam et possessionem corporalem dictorum fratrum Praedicatorum, et ex nunc dictam ecclesiam faciendam cum conventu offerimus et damus fratri Constantino de Duratio de dicto ordine fratrum Praedicatorum accipienti nomine et vice totius ordinis praedicti hoc modo, quod đicti fratres dicti ordinis regant, guberrient et officient dictam ecclesiam, secundum quod mandat deus et saricta ecclesia Romana, et quod in dicta ecclesia faćienda et conventu ad minus quotidie stent sex fratres dicti ordinis boni, qui offitient et gubernent dictam ecclesiam, ut supra est dictum, pro anima nostra et nostrorum defunctorum, hoc addito, quod si dictus ordo in dicta ecclesia dictos fratres non retineret, ut est dic-

tum, quod dicta ecclesia et conventus. . . . suisque omnibus bonis revertatur et remaneat in potestate nostra Nicolai et fratris mei Mihoi et omnium descendentium de linea masculina nostra et dicti Miho fratris mei, providendi, eligendi et ordinandi de dicta ecclesia, quod officietur et gubernetur, prout eis pro meliori visum fuerit. Et si dictus ordo fratrum Praedicatorum, et dicti fratres ipsius ordinis vel aliqua alia persona voluerit in dicfa ecclesia crescere numerum dictorum fratrum, et in ea facere aliquam eleemosynam de domibus vel possessio» nibus, aut de aliqua quacumque re, possint hoc facere libere et secure sine alia contradictione nostra et nostrorum consagvineorum. His autem omnibus supradictis praesentibus et consentientibus domina Dobra uxore dicti domini comitis et Petro filio eorum. Actum Cathari per ser iuratum iudicem Marchi Simeonis, et auditorem Catheodoni Golic.

Ego Gentilis ser Gentilitii de imperiali auctoritate et nunc com-' munis Catharensis iuratus notarius his omnibus interfui, rogatus scribere scripsi et publicavi. • •.•-..

". %

Farlati Ilt. sacr. VI. p. 446.-447.

124

1344, 18. oktobra. U Zadru.

Salbe de -Drechia. gradjanin zadarski prodaje Nikoli sinu pokojnog Vučinje de Martinussio svoj vrt na otoku Pašmanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indictione tercia decima, die decimo octauo mensis octobris, Jadre. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolay de Mathafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Cornario honorabilis comitis. Salbe de Drechia ciuis Jadre iure proprio et in perpetuum dedit, ue[n]didit et tradidit Nicolao condam Vulceni Miche de Martinussio ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribus ementj et recipienti totum unum suum cardinum positum in insula Peschimano in uilla Magna et eiusdem hos dixit esse confines: De austro zardinum, heredum Cusme de Cigalla, de trauersa partim possidet dictus emptor, et cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines uel alios si qui forent ueriores, accessibus et egressibus suis usque in-uiam publicam ad habendum, tenendum, posidendum et quicquid sibi et suis *i heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum

omnibus et singulis que dicta res habet super se uel infra seu intra se in integrum, omuique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsa re de consuetudine uel iure modo aliquo pertinente; et hoc pro pretio et nomine pretii viginti librarum denariorum uenetorum paruorum, quod pretium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse in bona usuali et legali moneta; quam rem dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps licentiam omnimodam ei contulit atque dedit, nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut conlrouersiam ei uel suis heredibus aut successoribus de dicta re seu parte ipsius vllo tempore non inferre nec inferenti consentire, set ipsam rem tam in proprietatem, quam in possessionem ei et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione super se et bonis suis omnibus presentibus et fucturis (!) omni exceptione remota. Actum est hoc et firmatum presentibus Georgio Pauli de Georgio et Michaele Cerni de Botono, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Simeon Biualdi de Betono iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens iui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui sonsuetum.

Original u arkivu jtigoslavenske akademije « Zagrebu : Diplomata a. 1344.

125.

1344, **11. novembra. U Zagrebu.**

Nikola ban u saboru svega plemstva iznajmljuje lucrum camerae banalis 'fakobu gradjaninu zagrebačkomu i drugovima.

Nos Nicolaus banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nos considerantes et attendentes devocionis sincere, item et fidelitatis constanciam Jacobi filii Vlfardi, civis de civitate Grecensi, Nicolai filii Pauli, Zuetk

fiiii Staulen, civium de Kapruncha, magistri Raphaeiis et Michaelis fratris eiusdem Nicolai, quibus nobis studuerunt complacere, de consensu et deliberacione universorum nobilium regni Sclauonie nobiscum existencium, cameram nostram per totam Sclauoniam cum omni plenitudine iuris et lucro eiusdem, ad honorem banatus spectantibus, a festo sancti Martini confessoris incipiens usque revolucionem eiusdem, pro trecentis marcis denariorum novorum monete nostre anno in presenti, cum quinque pensis computatis, et in quolibet mense viginti quinque marcis nobis persolvendis, eisdem Jacobo, Nicolao, Zuetk, magistro Raphaelo et Mychaeii duximus coliocandam ; si quem terminum solucionis preterirent, cum iudicio decem marcarum solvere teneantur. Nam iidem comites camerarum nostrarum de una marca argenti, novem pensas et duodecim defnarios], denariorum integrorum, quarte combustionis, fabricabunt obulosque et parvos denarios camere nostre viginti pensas, videlicet decem pensas ad numerum integrorum denariorum fabricabunt et nona pars ipsorum obulorum fabricetur, scilicet de novem marcis ad unam marcam ipsos obulos, et non plus fabricandi habeant facultatem ; de quibus septuaginta duo currunt et vadunt pro floreno, cambianturque novi denarii nostri pro tribus antiquis denariis, obuli autem antiqui in statera vel quatuor pro uno novo denario camere nostre cambiantur; de quibus denariis quinque pense currunt, et de obulis decem pense pro una marca, Vienenses autem et Grecenses denarii, quia tercie et quarte combustionis existunt, duo de ipsiš nostris monetis pro quatuor Vyenensibus(f) et Grecensibus cambiantur. Statuimus eciam, quod si quis aurum, argentum vel denarios antiquos extra regnum in aliquibus sarcinis in diminucionem regni Sclauonie asportarent et comites camerarum nostrarum invenire possent, ex tunc.omnibus rebus et bonis suis ipsis auro, argento et denariis antiquis inventis priventur et spolientur. Quos nostros denarios novos ad nostram monetam fabricatos in locis publicis et loca forum ad tabulas exponi commisimus cambiendos modo superius annotato; de quibus denariis nostris novis primo fabricatis unam marcam ad nos recipiendo, sub nostro sigillo, quod nos conservamus, ut si in aliqua falsitate in ampliandis denariis monete nostre in camera et in apponendis ad monetam ipsos comites camerarum nostrarum apprehendi invenire contingat, tunc eandem unam marcam contra ipsos in stateram imponemus. Quos si in aliqua nequicia comperiemus, solum quod in una marca casualiter, in duobus vel in quatuor aut in sex et non ultra denariis augmentari vel diminui in stateram budensem ponendo, contingeret, sed si ultra ipsis sex denariis, ipsam unam marcam in statera seu pondere posita falsitatem et diminucionem pateretur, tunc eosdem puniemus, ut exigit ordo iuris. Hoc expresso, quod quia in

examinacione octo ponderum argenti, duo pondus saltem quartus in carbone defalcatur et remanebit, ob hoc si ipsa sex pondera in tribus vel in quatuor denariis hon ultra, casualiter diminucionem in statera predicta paterentur, huius racione dicti comites camerarum nostrarum, absque aliqua vindicta habeantur, nisi in usum non attrahant. Si autem' in pluribus infra quatuor denariis ipsa sex pondera diminucionem paterentur, extunc eis vindictam merito possent vendicare. Universi autem mefcatores cum novis denariis nostre monete- forum faciant in forizacione antiquorum denariorum, argentum emptores et aurum, si qui reperientur, per comites camerarum nostrarum in rebus inventis puniantur; mercatores autem de rebus consvetis lucrum camere solvant, prout est consvetudo regni; et si aliquis mercator res suas de iure amiserit, de eisdem due partes nobis, terciam partem comites camerarum percipiant. Volumus, ut famulos et servientes comitum camerarum nostrarum in quibusvis causarum articulis nullus comes vel iudex noster, preter nostram personam, iudicare valeat. Item similiter anno in presenti collecciones marturinarum nostrarum inter fluvios Zaua et Draua cum omni plenitudine iuris earum banoschinis, nezethis et ponderibus in nostro banatu constitutas, pro mille et. trecentis ac quinquaginta marcis denariorum novorum nostre monete eisdem Jacobo, Nicolao, Zuetk, magistro Raphaelo et Mychaeli duximus collocandas, salvis strennis nostfis; de collecturis marturinarum et camere nostre volumus, ut de marturinis nostris pecuniam nostram in ducentis vel in pluribus marcis nobis portent vel mittant, salvo hoc, quod si alicui in minori quantitate de pecunia nostra dari faciemus; hoc non pretermisso, quod si collectas marturinarum nostrarum vel lucrum camefe nostre solvere aut solvi facere non curarent homines possessionati, in possessionibus talium comites camerarum nostrarum descendendi liberam habeant facultatem. Homines autem nostri dignitates a nobis habentes, in eorum dignitatibus et redditibus priventur, donec vel quousque emenda ex parte talium comitibus camerarum nostrarum fiat. Marturinas nostras autem inter Zauam et Drauam, ubi anno preterito nobis dicaverunt, dicandi et exigendi super tales, qui solvere tenentur, collectores marturinarum nostrarum habeant facultatem. Lucrum camere nostre comites camerarum nostrarum ultra Zauam de rebus consvetis, exigendi habeant potestatem. Nec hoc pretermittimus, quod si qui .collectoribus marturinarum nostrarum in dicacione marturinarum contradixerint et se dicari non admiserint, prout alias honori banatus marturine fuissent dicate, in quibus termini assignati per comites camerarum nostrarum contra eosdem camerarios nostros et cohectores marturinarum nostrarum cum eorum instrumentis, quibus se excusarent a solucione marturinarum nostrarum,

coram nobis vel vices nostras gerenti debeant comparere, reddituri racionem de eodem. Datum Zagrabie, in festo sancti Martini confessoris, anno domini millesimo CCCXL quarto.

Prijepis kaptola zagrebaikoga, koji su od kaptola iskali: yprobi et honesti viri Rafael Latinus et 'Jacobus civis Grecensis<.

Na ledjima imcc trag kaptolskoga p-ečala.

Nekoč u zemaljskom arkivu N. R. A. fasc. 34. но. 3. sada u drz. arklvti u Budimpešti.

Feje'r Cod. dipl. Hung. IX. I. p. 555.

Kukuljević jfura regni L 110.

Sulck Naše pravice 41.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 174.—177. — Starine VII. 20.

Ima i ovu bilješku: »Monetae Zagrabiensis seu denariorum Zagrabiensium vel Zagrabiae cusorum prima mentio fit an. 1260, et post haec annis: 1268, 1269, 1270, 1278, 1279, 1285, 1299«.

126.

1344, 12. novembra. U Avignonu.

Klement VI. papa daje oprost za neke svetkovine u stolnoj crkvi zagrebačkoj.

Clemens episcopus servus servorum dei. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem et apostolicam benediccionem Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum pfecibus et meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut ecclesia Zagrabiensis, que in honorem sancti Stephani confessoris, condam regis Hungarie noscitur esse fundata, congruis honoribus frequentetur et ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem, quo ibidem uberioris dono celestis gracie conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dicti sancti Stephani et aliorum duorum condam regum Hungarie, videlicet sanctorum Ladizlai et Emerici festivitatibus, eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim, unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis, singulis videlicet earumdem festivitatum diebus quibus ecclesiam ipsam visitaverint, misericorditer relaxamus. Datum Avinione, secundo ydus novembris, pontificatus nostri anno secundo.

Original u arkivu kaptola zagrebaćkoga. — Liber stal. cap. Zagrab. part. IV. cap. II.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 163.
Tkaleic Mon. civit. Zagr. I. 177.

127.

1344, 18. novembra. U Avignonu.

Klement VI. papa sucima po njemu postavljemm zapovijeda, da Martina opata sv. Kuzme i Damjana skinu s biskupije šibeničke i uvedu u posjed iste Bonifacija,

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . episcopo Arbensi, et dilectis filiis . . . abbati monasterii sancti Nicolai prope Sibenicum, ac Petro Sanctii canonico Sibenicensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ad reprimendum actus nepharios perversorum, qui divini nominis ac amoris obliti ad dignitatem episcopalem non per institutionem canonicam, sed usurpationis abusum ascendere, ac veros prelatos impedjre in suis iuribus moliuntur, debet presidentis auctoritas contra tales insurgere, ac prelatis huiusmodi de optimo remedio salubriter providere. Dudum siquidem bone memorie Tolcone episcopo Sibenicensi regimini Sibenicensis ecclesie presidente, nos intendentes .eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis providenciam ydoneam preesse personam, provisionem ipsius ecclesie Sibenicensis, cum eam vacare contingeret, dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum autem predicta ecclesia per obitum dicti Tolconis, qut extra Romanam curiam decessit, pastoris regimine destituta, nos vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius, de qua nullus preter nos ea vice se intromittere poterat, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, solicitis studiis intendentes, venerabilem fratrem nostrum Bonifacium Sibenicensem, tunc Tribuniensem episcopum, a vinculo, quo Tribuniensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio, et apostolice plenitudine potestatis absolventes, ipsum ad prefatam Sibenicensem ecclesiam duximus transferendum, eumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Yerum, sicut ex serie peticionis pro parte ipsius Bonifacii nobis oblate

percipimus, quod cum jpse cum gracia nostre benedictionis de dicta Tribuniensi ecclesia ad dictam Sibenicensem ecclesiam cum litteris huiusmodi sue provisionis, et aliis litteris dilectis filiis capitulo ipsius Sibenicensis ecclesie, ac clero et populo civitatis et diocesis Sibenicensis, et venerabili iratri nostro . . . Spalatensi archiepiscopo metropolitano suo solito more directis, et iam presentatis eisdem, ad civitatem accessisset eandem, Martinus abbas monasterii sancti Cosme et Damiani ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis, qui ad dictam ecclesiam Sibenicensem post reservationem et decretum nostra predicta se de facto eiigi et consecrari in Sibenicensem episcopum procuravit, dictam Sibenicensem ecclesiam tamquam intrusus detinens occupatam, dictum Bonifacium cum dictis litteris sue provisionis ad ipsam Sibenicensem ecclesiam accedere ac possessionem ipsius apprehendere non permisit, et quod deterius est, tam propter se ipsum, quam propter complices suos cum minis et clamoribus ac feroci multitudine armatorum, (fractis copiis et laceratis transumptibus predictarum litterarum apostolicarum> ipsum Bonifacium fugere oportuit de civitate Sibenicensi predicta: Quare pro parte ipsius Bonifacii episcopi fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere sibi et statui suo et ecclesie Sibenicensi predicte de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur volentes, ut prefata provisio debitum sorciatur effectum, discrecioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos, vel alium seu alios eundem Martinum et suos complices in hac parte ab episcopatu Sibenicensi predicto, et eius possessione auctoritate nostra penitus amoventes, predictum Bonifacium episcopum, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Sibenicensis episcopatus, iurium et pertinenciarum eius auctoritate predicta inducatis, et inductum etiam defendatis, facientes sibi a suis subditis obedienciam et reverenciam debitam exhiberi, ac de ipsius episcopatus fructibus, redditibusi proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, ac de perceptis fructibus per eundem Martinum vel alios eius nomine plenam et debitarn satisfactionem impendi, et alias super predictis, quod iusticia suadebit, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secuiaris. Non obstantibus si aliquibus communiter vel divisim a prefata sit sede indulturo, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Avinione, XIV. kalendas decembris, pontificatus nostri anno tercio.

Theiner Mon. Slav. Mer. I no. 278. str. 213—211. Iz reg. an. III. lib. 2. par. 3. ep. 86S.

128.

1344, 25. novembra. U Višegradu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolu zagrebačkom, neka učini obhod posjeda Rakitovca.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Zagrabiensis salutem et graciam. Noueritis. quod Gregorius filius Stephani, fidelis noster, nunc famulus magnifici viri Nicolai bani tocius Sclauonie, ad nostre serenitatis accedendo" presenciam suas fidelitates et seruicia nobis per eundem vigilanti cura et solerti in nostris et regni nostri expedicionibus diuersis, specialiter in legacionibus nostris plerisque exhibitas et impensa proponens ac declarans ac in memoriam reducens nostre maiestatis, vniuersas possessiones et possessionarias porciones condam Nicolai filii Petres, iobagionis castri nostri Zagrabiensis vbique sub banatu tocius Sclauonie existentes, tam hereditarias quam empticias et alio quouis titulo ad ipsum pertinentes, specialiter iuxta fluuium Zaua tam in carnpis et siluis, quam in Rakithouech uabitis, quouis nomine vocatas, asserens ipsum Nicolaum filium Petres, iobagionem dicti castri nostri heredum solacio orbatum extitisse, et *vx* eo vniuersas possessiones eiusdem de iure nostre collacioni pertinere, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulauit; verum quia de qualitate dictarum possessionum et vtrum modo premisso nostre pertineant collacioni nec ne, nobis veritas non constat, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Martinus de Rakonok vel Petius filius Nezmel aut Georgius filius Thatar aliis absentibus homo noster, ad faciem dictarum possessionum vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis et presentibus accedendo, reambulet ipsas per veras suas metas et antiquas, nouas iuxta veteres vbi necesse fuerit erigendo, reambulatamque(l) si eas nostre collacioni pertinentes fore invenerit, statuat ipsas premisso Gregorio filio Stephani eo iure, quo ad nostram collacionem pertinent sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores autem, si qui fuerint contra eundem ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius statucionis cum cursibus metarum vel nominibus contradictorum et-termino assignato, si fieri contingat, nostre fideliter rescribatis maiestati. Datum in Wyssegrad, in festo beate Katherine virginis et martiris, anno domini M°CCC°XL⁰ quarto.

Iz izvješća zagrebaekoga kaptola od 12. maja 1346, kako' ga je prepisao isti kaptol od 16. maja 1346. Original tog prijepisa u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu : Doc. med. aevi a. 1346. Stara sign.: Actor. conventus Remethensis fasc. 1. no. 7.

Laszowski Spom. Turop. I. p. 56. doc. 57.

129.

1344, 1. decembra. D Dubrovniku.

Daje se na obradu zemlja.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentessimo (!) quadragesimo quarto, indictione duodecima, die primo mensis decembris, Ragusii, coram nobis subscriptis testibus. Ego quidem Laurencjus filius quondam Marchi de Schimosica confiteor, quod totam possessionem meam tam de vinea quam de terra, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis positam in Vmbla, que vinea et terre confinant ex parte leuantis cum Marino de Scilo, ex parte ponentis cum Pale(l) de Resti, ex parte montis cum Blasio de Priaua, ex parte peilagi cum vinea sancte Marie maioris. Item confiteor, quod vineam et terram meam positam ibidem. . . . .que confinat ex parte leuantis cum Junio Derze, ex parte ponentis cum Petro de Bocignolo, ex parte montis cum predicto Petro, ex parte pelagi cum Marino Junii de Bona, de bona voluntate mea dedi et locaui Matheo filio Bogdani de Umbla usque in quintam generationem incipiendo ab eo, tali vero pacto, quod dictus Matheus teneatur de predictis terris, ubi nunquam fuit vitis pastinata, pastinare annuatim tertiam partem de vinea, donec pastinauerit dictas terras, scilicet illud, quod de ipsis poterit pastinari, terras autem ubi fuit pastinatum teneatur pastinare annuatim. Cum letamine tertiam (!) partem soldi de vinea et teneatur reficere. omnes [mar]cas predicte vinee pastinate et repastinare vineam, ubi fuerit neccesarium; etiam teneatur laborare annuatim dictam possessionem tribus uicibus omni anno et potare secundum usum Ragusinum, et de toto vino et omnibus fructibus qui per tempora fuerint in dicta possessione ego dictus Laurencius habere et [re]cipere debeo medietatem, et ipse aliam. Et teneatur uindemiare dictam posessionem ad suas exspensas et partem meam date et assignare ad metroccum scapolam et francam. Si uero ipse non seruaret omnia et singula supra dicta, que et qualiter preleguntur, perdat totam partem suam tam vini quam omnium aliorum fructuum in illo anno quo contra faceret. Et de hac locatione esse debeant due carte similes

hec et alia', et ego dictus Matheus otnnibus predictis consentio. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Et hii sunt testes: Petrus de Ragnina iudex et Petragna. . . . Sauini de Bonda testis.

(Signum not.)

Ego Soffredus condan ser Parini de Pistorio iuratus notarius Ragusinus predicta, prout in instrumen to scripto manu Johannis de Finis olim notarii comunis inueni, ita roboraui et fideliter publicaui.

(Vlastoručni potpis).

Ego Petrus de Ranina iudex.

Ovjerovljen prljepis u dubrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. X.IV.

130.

1344, 1. deeembra. U Zadru.

Ivana žena Krševana Zaduhna postavlja sina si Franju punomoćnikom kod sastavljanja inventara ostavštine Fumije de Fanfogna.

In Christi nomine amen. Anno incamationis eius millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indictione tercia decirha, die primo mensis decembris, Jadre. Tempore domjni Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nieolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Cornario honorabilis comitis. Domina Johanna vxor Grisogoni Francisci de Zadulinis ciuis Jadre commissaria una cum Francisco eius filio testamenti domine olim Fumie uxoris Cressii Michaelis de Fanfogna et comissario nomine predicto fecit, constituit et ordinauit supradictum Franciscum suum filium eius concomissarium presentem et mandatum sponte recipientem suum verum et legittimum procuratorem ad faciendum procuratorio nomine ipsius coram supradicto domino comite et eius iudicibus venerabile signum sancte crucis pro inchoatione inuentarii bonorum hercditatis •dicte olim domine Fumie, et ad ipsum inuentarium facto et completo coram supradicto domino comite et iudice presentandum et reponi faciendum, secundum formam statuti et ad protestandum occaxione(f) dicti inuentarii sub ea forma et modo, quotiens ei uidebitur et necessarie fuerit et de ipsis protestandum una uel pluribus, examinatorem, notarium et testes rogandum, ac etiam in publicam formam. redigi faciendum ad consilium sapientis et generalitar omnia et singula faciendum, gerendum et exercendum, que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum aut eorum occaxione fuerint oportuna et sibi uidebuntur utilia,

et ea sine quibus predicta uel eorum aliquid perfici et fieri non possent. Dans et concedens dicto suo procuratori plenum, liberum et generale mandatum, ut pro predictis, si expedierit agere, ualeat et defendere ac respondere, sacramentum calumpnie et de ueritate dicenda in animam suam prestare, et generaliter omnia et singula facere que ipsamet constituens facere et dicere posset, si personaliter adesset in predictis et quolibet predictorum. Et promittens mihi notario infrascripto tamquam persone publice stipulanti et recipienti, uice et nomine omnium quorum interest uel intererit aut poterit interesse se firmum, ratum et gratum perpetuo habiturum quicquid per dictum suum procuratorem factum fuerit seu gestum in predictis et quoiibet predictorum sub ypoteca et obligatione omnium suorum bonorum. Actum est hoc et firmatum pressentibus Damiano filio Madii de Sloradis et Gregorio filio Bartholomei Gregorii de Sloradis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas Cerne de Cande iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u ark. samosiana sv. Marije u Zadrti. a. 1344.

131.

1344, 9. decembra. U Dubrovniku.

Daje se zemlja na polovicu.

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indictione duodecima, die nono intrante mensis decembris, Ragusii, coram nobis testibus subnotatis. Ego quidem Laure filius condam Maschi de Schimussiga confiteor, quod totam posessionem (!) meam tam de vinea quam de terris cum omnibus suis iuribus et pertinentiis positam in Vmbla, que vinea et terre confinant ex parte leuantis cum Marino de Scilo et ex parte ponentis cum Pale de Resti, ex parte montis cum Blasio de Priaua, ex parte pellaghi (!) cum

vinea sancte Marie maioris. Item confiteor, quod vineam et terram meam positam ibidem, que confinat ex parte leuantis cum Junio Dersich, ex parte ponentis cum Petro de Bucignolo, ex parte montis cum dicto Petro, ex parte pellaghi cum Marino Junii de Bona, de bona voluntate mea dedi et locaui Matheo filio Bogdani de Dergnam de Vmbla usque in quintam generationem ab eo incipiendo, tali uero pacto, quod dictus Matheus de predictis terris ubi umquam non fuit uitis pastinata, teneatur pastinare annuatim tertiam partem soldi de vinea, donec pastinauerit predictas terras, scilicet illud, quod de ipsis poterit pastinari et terre ubi autem fuit pastinatum teneatur pastinare annuatim tertiam partem soldi de vinea cum letamine et refacere omnes caucas vinee pastinate et repastinare vineam, ubi fuerit necesarium, et teneantur laborare. annuatim dictam posessionem tribus vicibus et putare illam secundum usum Ragusii et de toto uino et omnibus fructibus, qui per tempora fuerint in dicta possessione, ego dictus Laure habere et recipere debeo medietatem et ipse aliam, et uindemntare ipsas posessiones ad suas expensas et partem meam dare et consignare ad metrocium scapulam et francam. Et si uero ipse non obseruaret omnia et .singula supradicta, perdat totam partem suam tam uini quam omnium aliorum fructuum in illo anno, quo contra fecerit. Et de hoc fieri debeant due carte similes, et ego Mateus omnibus predictis consencio. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Testes sunt hii: Ser Petrus de Ragnina iudex et Vnuce Sauini de Bonda testis.

(Signum not.).

Ego Jacobus quondam domini Johannis de Ugodonis de Bona notarius et cancelarius comunis Ragusii scripsi et exemplaui predictum instrumentum locationis, ut inueni notatum in catasticho notarie Ragusii manu quidem Johannis de Fino olim notarii comunis dicte ciuitatis Ragusii.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIV.

132.

1344, 13. decembra. U Cazmi.

*Nikola Ludbrežki prosvjeduje protiv otudjenja posjeda Gostovića^*

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Nicolaus nlius Petri de Ludbi-eg coram nobis personaliter comparendo Gabriellem ac Petrum filium

Pauli commetaneos suos facie ad faciem coram nobis repertos ab occupatione, conservatione et sibi perpetuacione quarumlibet terrarum ad possessionem suam Gostouich vocatam iuridice spectantium et intra metas eiusdem possessionis existencium et signanter terrarum penes viam magnam de Crisio versus Zagrabiam penes ipsam possessionem Gostouich tendentem, a plaga scilicet orientali eiusdem vie existencium vel in easdem se qualitercunque intermissione, aut ville alicuius in eisdem collatione, utilitatumque et usuum earundem perceptorie factis vel fiendis, prohibuit et interdixit, nostro in conspectu presencium vigore et testimonio mediante. Datum in festo sancte Lucie, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto,

Original, pečat straga pritismit. Iz arkiva Tadije Ferića prepisao Ivan Kukuljević, te nekoč u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu N. R. A. fasc. 465. no. 23.

133.

1344, 13. decembra. D Zadru.

Bonaventura iz Florence, stanovnik zadarski, prima od Zanina Cerm de Piloso za namirenje duga svotu novaca.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indicione tercia decima, die tercio decimo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Cornari honorabilis comitis. Bonauentura speciarius condam Recopri de Florencia habitator Jadre, confessus fuit et contentus se a Qanino Cerni de Piloso ciue Jadre habuisse et recepisse treginta(!) quinque libras, octo soldos et denarios sex denariorum uenetorum paruorum in bona, usuali et legali moneta, uidelicet treginta unam libram, decem et septem soldos et denaiios decem denariorum uenetorum paruorum pro sorte et omnes reliquos pro expensis, quas a comissariis domini olim Marini de Piloso archidiaconi Jadrensis recipere et habere debebat secundum formam et continentiam cuiusdam sentencie late per consules anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione vndecima, die quarto decimo mensis iulii. Vnde et pro quibus dictus Bonauentura ex causa uendictionis per se et suos heredes et successores fecit dicto Zanino(!) pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti uigorem

et robur de supradicta sentencia et omnibus et singulis in ea contentis, et hoc pro precio et nomine precii supradicte quantitatis pecunie, quas ut supradictum est confessus fuit et contentus se ab ipso Qanino habuisse et recepisse, ut uidelicet per inde regressum habeat super comissariis ac bonis et hereditate que condam fuerunt dicti domini Marini. Quam sentenciam ibidem et in presencia mei notarii et testium subscriptorum eidem tradidit et dedit cum omni suo uigore et robore; constituens eum procuratorem, ut in rem suam et ponens ipsum in locum suum ita, quod ad(!) modo suo nomine ualeat actionibus utilibus et directis contra et aduersus comissariam ac heredes, successores et bona dicti olim. domini Marini agere, experiri, excipere, replicare, consequi et se tueri et petere et exigere dictum debitum, scilicet [s]ortem et expensas et bona obligata et omnia et singula facere quemadmodum ipse poterat; pacissens(!) atque conueniens, quod nulli alii actenus(!) cessit iura predicta et quod tempore huius contractus uere creditor erat debiti pretaxati secundum continenciam supradicte sentencie, et predicta iura et actiones ac uigorem et robur ei et suis heredibus et successoribus ab omni horoine et persona cui uel quibus dicta quantitas pecunie uel pars ipsius foret ex aliquo contractu uel obligatione facta a dicto Bona[uentura] obligata uel cui esset aut diceretur esse ius aliquod acquisitum in ea uel parte ipsius ex persona dicti Bonauenture uel eius occaxione(!) legittime defendere et excalumpniare in ratione, in aliis uero casibus quam in predictis ad huius rei excalumpniationem seu defenssionem(!) aut ad precii restitutionem aliqualiter non teneatur, quia sic inter eos actum extitit et conventum; si uero aparuerit ipsum actenus alteri dicta iura cesasse(l) uel dicti debiti creditorem huius contractus tempore non fuisse, ueJ si non defenderit [ut] dictum est aut in aliquo contrauenerit, promisit, ut supra eidem [Canino ut] supra persoluere atque dare quartum

plus dicti precii nomine [pene]. . . . .misse et refectione dampnorum et expensarum litis et extra, oblifgando pro omnibus] et singulis obseruandis omnia sua bona presencia et fuctura(!); [qua pena soluta] uel non, rata maneant omnia et singula suprascriptr.m(!). Actum est hoc et firmatum pressentibus Johanne Stephani Rubei et Jacobo mercario condam Migne marangoni, Jadrensibus, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Andreas Cerne de Cande iudex examinator examinaui.

{Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru. odio samostana sv. Dominika no. 2459.

- 134.

1345, 6. januara. U Avignonu.

Klement VI. papa piše Stjepanu kralju srpskomu, neka u miru ostavi Sergija biskupa. kotorskoga, samostane, crkve, otoke i sela.

Clemens episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Stephano regi Rassie illlustri, salutem et apostolicam benedictionem. Ad fovendum in caritatis visceribus ecclesiarum prelatos, et eos precipue, qui pontificali preeminent dignitate, ac eorum bona et iura eo te faciiius nostris precibus invitamus, quo in bonorum operum executione tuum affectum magis promptum et facilem credimus invehire maxime cum exinde ti.bi apud deum, cuius prelati huiusmodi sunt ministri, retributionis eterne premium rependatur in celis, et apiid homines laudis preconium acquiratur. Sane venerabili fratre nostro Sergio Catharensi. quem nuper suis exigentibus meritis Catharensi ecclesie tunc vacanti prefecimus in episcopum et pastorem, nobis insinuante percepimus, quod licet sancte Marie Buduanensis, sancti Nicolai de Petraniza, sancti Luce de Chertale, sancti Michaelis de Tombe, sancti Petri de Gradez, sancte Marie de Resson, sancti Petri de Campo et sancti Marci de Pinta monasteria ordinis sancti Benedicti, necnon sancti Triphonis de Zeptat, sancti Martini de Canal, sancte Marie de Prisren, sancti Petri supra Prisren, sancti Triphonis de Beruenich, sancti Triphonis de Gergoniste et nonnulle alie ecclesie Catharensis diocesis episcopo Catharensi, qui est pro tempore, tamquam diocesano locorum huiusmodi subesse, et ad eius dispositionem pertinere de iure, ac Buduanensis et sancti Gabrielis, necnon de Malont et quedam alie insule et ville dicte diocesis, qui in tuo regno consistunt, ad mensam suam episcopalem spectare noscantur: tamen nonnulli reges Rassie, predecessores tui, monasteria, ecclesias, insulas ac villas predictas suis temporibus occuparunt, et tu nunc ea occupas et detines occupata, et.de monasteriis, ecćlesiis, insulis et villis predictis disponis pro tue libito voluntatis in anime tue periculum, et ipsius episcopi et ecclesie predicte preiudicium non modi-

cum et scandalum plurimorum. Cum ita, filii carissime, sit virtutis opus ecclesias et personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas, benigno favore prosequi, ac eas pro regis eterni gloria in suis manutenere iuribus et etiam defensare, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem episcopum et ecclesiam predictam habens pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commendatos, eidem episcopo monasteria, ecciesias, insulas ac villas predicta in pace dimittas, sibique ia suis oportunitatibus regia benignitate assistas, ita quod ipse tuo suffultus auxilio de dictis monasteriis, ecclesiis, insulis et villis, prout ad eius spectat officium, ordinare valeat, ut est iuris, ac tibi exinde a deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio graciarum. Datum Avinione, VIII. idus ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Slav. Merid. I. no. 286. str. 215. Iz reg. an. IV. tom. 1. ep. 252. fol. 312.

135.

1345, 6. januara.

Nikola ban nalaže na molbu Ivana arcidjakona goričkoga i t. d. kaptolu zagrobačkom, da obadje posjed u Toplici.

Discretis et honestis viris honorabili capitulo Zagrabiensi amicissuis reuerendis Nicolaus banus tocius Sclauonie amiciciam paratam cum honore. Honorabilis vir dominus Johannes archidiaconus de Guerche vester concanonicus et Anthonius filius Cozme filii Wlk filii Thusk sucet orphanorum sUorum nomine quorum interest nobis retulerunt, quod possessio ipsorum in Thoplica sancti Georgii indigeret reambulacione et distinccione metarum; quare vestram petimus amiciciam, quatenus vestrum detis hominem fidedignum pro testimonio, quo presente Ivanfilius Odola vel Ivan filius Fabiani altero absente, homo noster predictam possessionem reambulet et cum nouis metis distingat presentibuscommetaneis suis et nouas metas erigat, vt est moris, si autem aliqui contradictores fuerint, ipsos ad nostram citet presenciam contra predictos dominum Johannem archidiaconum et Anthonium ad terminum competentem et preter hec tocius facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in festo epiphanie domini, anno eiusdem MCCCXL^{0} quinto.

Iz listine kaptola zagrebačkog od 20. januara 1345.

Original potonje listine u arkivu j'ugoslav. akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1345.

136.

1345, 12. januara. II Avignonu.

Klement VI. papa imenuje fr. Mihajla opatom sv. Kuzme i Damjana u nadbiskupiji zadarskoj.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Michaeli abbati monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis dtocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Suscepti cura regiminis etc. Dudum siquidem pro parte venerabilis fratris nostri Martini episcopi Sibinicensis, tunc se abbatem monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis asserentis, exposito in consistorio coram felicis recordacionis Benedicto papa XII. predecessore nostro, quod ipse Martinus ad regimen dicti monasterii per loci diocesanum de monasterio sancti Michaelis ordinis et diocesis predictorum, cui tunc preerat, fuerat rite commutatus, et per decem annos se fideliter gesserat in regimine, tenuta et possessione dicti monasterii sanctorum Cosme et Damiani, quodque cum ipse pro quibusdam suis et dicti monasterii sanctorum Cosme et Damiani negociis promovendis ad sedem apostolicam accessisset, venerabilis frater noster Nicolaus archiepiscopus Jadrensis ipsum sic absentem dicto monasterio contra iusticiam spoliaverat, et monasterium ipsum occupari et occupatum detineri fecerat et faciebat, ac eundem Martinum ad partes redeuntem monasterium predictum ingredi non permiserat; sed monachis ipsius monasterii sanctorum Cosme et Damiani ad compromittendum in ipsum seductis, te consobrinum suum in eodem monasterio intruserat, et quod licet Quirinus archidiaconus Nonensis, auctoritate litterarum dicti predecessoris ad id iudex delegatus, predicta omnia tamquam attemptata post iter per eundem Martinum arreptum ad veniendum ad sedem predictam ad statum pristinum revocasset per sentenciam, a qua pro parte dicti archiepiscopi ad dictam sedem extiterat appellatum. Idem tamen archiepiscopus, ne dicto Martino dictum monasterium restitueretur, indebite impediebat, et ex parte conventus dicti monasterii sanctorum Cosme et Damiani coram eodem predecessore in eodem consistorio ex adverso proposito, quod dictus Martinus per bone memorie Johannem archiepiscopum Jadrensem in eodem monasterio sanctorum Cosme et Damiani fuerat intrusus, idemque Martinus multas villas et bona alia dicti monasterii tunc expressa impignoraverat et alienaverat sine causa pro sue libito voluntatis, et nonnulla crimina commiserat, etiam tunc expressa, ipsique te tunc abbatem monasterii sancti

Georgii Serviensis^ dicti ordinis in abbatem dicti monasterii sanctorum Cosme et Damiani per viam compromissi in dictum Nicolaum facti concorditer elegerant, tuque electionem ipsam ipsius tibi presentato decreto primitus acceptatam per dictum Nicolaum obtinueras canonice confirmari, et in ipsius monasterii corporalem possessionem induci. Dictus predecessor huiusmodi negocium venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Ostiensi audiendum commisit, et sibi postmodum referendum.. Et tandem post diuersos processus tam coram dicto episcopo Ostiensi, dicto predecessore vivente, quam eodem predecessore rebus humanis exempto, nobisque ad apicem summi apostolatus assumptis per nonnullos sancte Romane ecclesie cardinales, auditores a nobis in dicto negocio huiušmodi deputatos, habitos, dicto Martino in episcopum Sibinicensem electo, sibique per venerabilem fratrem nostrum . . . archiepiscopum Spalatensem eius metropolitanum in illis partibus auctoritate metropolitica munere consecrationis impenso, tu volens anfractus litium evitare et indempnitati eiusdem monasterii precavere, omni iuri, quod tibi ex huiusmodi electione et confirmatione tuis in dicto monasterio sanctorurh Cosme et Damiani competere poterat, apud dictam sedem sponte cessisti in manibus dilecti filii nostri Guillelmi sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, cessionem huiusmodi admittentis de mandato ndstro super hoc sibi facto oraculo vive vocis. Nos igitur attendentes, quod de provisione dicti monasterii sanctorum Cosme et Damiani hac vice nullus preter nos se intromittere potest, pro eo quod nos diu ante consecrationem dicti Martini ac cessionem tuam huiusmodi provisiones omnium monasteriorum tunc apud dictam sedem quocumque modo vacantium et vacaturorum imposterum apud eam, necnon quorum tunc electos et inantea eligendos ad illa eorum electionibus apud dictam sedem cedere, et ipsorum cessiones per nos seu auctoritate nostra admitti contingeret, specialiter reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, et ad provisionem ipsius monasterii sanctorum Cosme et Damiani celerem et felicem, ne longioris vacacionis sustineret incommoda, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam ad preficiendum eidem monasterio personam utilem ac etiam fructuosam cuius industria probitatis in suis valeret manuteneri iuribus et etiam adaugeri, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum sciencia,. vite mundicia, regulari observancia et aliis multiplicium virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, et pro quo etiam dicti conventus nobis super hoc cum instancia supplicarunt, convertimus oculos nostre mentis, quibus omnibus diligenti meditatione pensatis, de

persona tua dicto monasterio sanctorum Cosme et Damiani de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in abbatem, curam et administrationem ipsius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod dextera domini tibi assistente propicia prefatum monasterium sanctorum Cosme et Damiani per tue circumspectionis industriam prospere dirigetur, et salubria, dante domino, suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per apostoiica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino devote suscipiens, curam et administrationem predictas sic fideliter geras et solicite prosequaris, quod prefatum monasterium sanctorum Cosme et Damiani administratori studioso gaudeat se commissum, tuque proinde premium eterne retributiouis acquiras, ac nostram et dicte sedis graciam et benedictionem consequi uberius merearis. Datum Avinione, II. idus ianuarii, pontificatus nostri anno tercio.

In eodem modo. Conventui monasterii ss. Cosme et Damiani de Monte et archiepiscopo Jadrensi.

Theiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 279. str. 211.— 215. — Iz reg. an. 111. com. tom. 1. ep. 56. fol. 66.

137.

1345, 18. januara. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim zamjenjuje Pavao Renoldov svoj posjed Bliznu za posjed Pavla Starčeva Draču.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nostri veniens in presenciam dominus Paulus filius condam magnifici viri Renoldi de Wyuar ab una, parte vero ex altera egregius Paulus filius Stepan de Starchy oraculo viue uocis sunt confessi in hunc modum, quod quia possessio quedam in Dracta[1] vocata ipsius Pauli filii Stepan predicti in tenutis castri Wyuar existens eidem et castro Medwe in remota esset distancia ipsique Paulo filio Renoldi et castro ipsius Wywar propinquior, ac eciam quedam possessio Blyzna vocata in tenutis castri Medwe existens memorati Pauli filii Renoldi de Wyuar, et quia

[1] Dratta?

castro Medwe sepe memorato conuicinaretur, ob hoc ex deliberacione et consensu regie maiestatis eedem partes ex certa sciencia et caritate mutua inter se talem concambii fecissent permutacionem, quod videlicet Paulus filius Renoldi possessionem suam Blyzna vocatam cum omnibus et singulis iuribus, metis, siluis, pratis, terris cultis et incultis ac cunctis vtilitatibus ad ipsam possessionem pertinentibus et pertinere debentibus eo modo, quo ipse Paulus possedisset, habuisset et tenuisset prefato egregio Paulo filio Stepan et castro Medwe sepe nominato et per eum suis posteritatibus ac heredibus vniuersis pro possessione ipsius Pauli Dracta vocato (!) per modum concambii et permutacionis dedisset, assignasset et perpetuasset; ymo dictam permutacionem sev concambium fecerunt, celebrauerunt et diffinierunt, concluserunt promittentes se vicissim in dictis possessionibus et earum pertinenciis contra quoslibet illegitimos impetitores tueri et protegere ac defensare perpetue et irre-[1] uocabiliter ratum et firmum se ipsos id habituros fide christiana ipsorum mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus nostras litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima post octauas festi epiphaniarum domini, anno eiusdem M°CCC°XLV°.

Iz originalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od g. 1377. a kr. zem. arkivu 11 Zagrebtt: Doe. medii aevi a. 1315.

138.

1345, 20. januara. U Višegrađu.

Pred Pavlom kraljevskim suoem (iudex curiae) biva rasprava radi posjeda Sumus i omedjašenja Zelensada i Divanfolve u vukovskoj županiji.

Nos comes Paulus iudex curie domini Ludouici dei gracia regis Hungarie, memorie commendamus, quod cum magister Andreas filius Nicolai castellanus de Machow magistrum Stephanum filium Stephani de Morouth super iudiciorum et iudicialium grauaminibus, in quibus racione hospitalitatis quorumdam furum Znynichadraxin et Znynichaobrad vocatorum in deposicione cuiusdam iuramenti contra ipsum magistrum Andream filium Nicolai convictus fuerat, primo evocari, et demum in tribus foris comprovincialibus iuxta continenciam priorum literarum nostrarum et capituli Boznensis proclamatoriarum |ad octavas diei strennarum publice et manifeste fecisset proclamari, tandem ipsis octavis diei strennarum occurentibus, Stephano filio Michaelis pro pre-

dicto magistro Andrea filio Nicolai cum procuratoriis litteris capituli sancti Iriney ab una, item predicto magistro Stephano filio Stephani de Morouth personaliter parte ab altera coram nobis constitutis, per eosdem propositum exstitit(l) et relatum ministerio viue vocis, quod ipsi interveniente ordinacione et composicione baronum et nobilium vejst]-rorum, videlicet domini Nicolai regni Hungarie paiatini, Pauli magistri tavarnicorum domine regine, magistri Johannis filii Geleti comitis de Turuch, comitis Deseu de Puk viceiudicis et magistri Pauli de Wgal prothonotarii nostri ac aliorum quamplurimorum, super omnibus nocumentis, dampnis, iniuriis, lesionibus, factis potenciariis et specialiter quibuslibet maleficiis hinc et inde inter ipsos usque modo seu usque diem datarum presencium factis, illatis et irrogatis mutuo sibi invicem satisfacientes, in talem pacis et concordie, vt omnis rancor, inuidia, ira et odium de ipsorum medio radicibus evulsis extirpetur et pulcritudo pacis inter eos queat amplexari perpetuo atque gratulari, devenissent unionem atque devenerent coram nobis quod idem magister Stephanus filius Stephani quandam possessionem Sumus vocatam in comitatu de Wolkov/ existentem, a Gregorio et Jacobo filiis Apor titulo impignoracionis sibi devolutam, ipsi magistro Andree filio Nicolai per eosdem filios Apor in ea quantitate pecunie pro qua sibi impignorata exstitisset dum voluerint redimendam, sub premisse impignoracionis federe, qua sibi fuisset obligata cum omnibus suis utilitatibus dedisset et assignasset, ac in dominium eiusderri secundo die festi beati Georgii martiris nunc venturi eundem magistrum Andream filium Nicolai introducere, ac inter quandam aliam possessionem suam Dywanfolua et possessionem magistri Andree filii Nicolai Zelenzad vocatas, in dicto comitatu de Wolkow existentes, certas et veras metas, presentibus Laurencio de Budun uel Benedicto filio Gege aut Dominico de Chyk pro parte magistri Andree filii Nicolai, item Gregorio dicto Feldura uel Mychaele filio Elye aut Gregorio filio Marcelli pro parte magistri Stephani filii Stephani aliis absentibus, hominibus domini regis et testimoniis dicti capituli Boznensis, que per ipsum capitulum ad id transmitti presentibus amicabiiiter postulamus, tercio die dicti festi beati Georgii martiris vicinorum et commetaneorum vtrarumque parcium et aliorum proborum virorum conuocacionibus factis hostendere(l) et extradare, ac iuxta veterum et antiquarum metarum cursus in locis necessariis novas metas erigere uel erigi facere, ac universas suas literas super impignoracione dicte possessionis Sumus confectas in manus ipsius magistri- Andree filii Nicolai vel sui procuratoris eodem die in facie dicte possessionis, tempore statucionis eiusdenn presentibus ipsis hominibus domini regis et testimoniis dicti capituli assignare, et insuper quadraginta marcas compoti budensis, partim in

denariis pro tempore currentibus, partim in estimacione condigna denarios ualenti exceptis possessionibus in duobus terminis infrascriptis, videlicet viginti marcas in quindenis predicti festi beati Georgii martiris, et iterum viginti marcas in octavis beati Jacobi apostoli nunc post se proxime succedentibus, persolvere teneretur coram nobis; talibus obligacionibus interpositis, quod si prime solucionis terminum obmitteret, iudicio trium marcarum idem magister Stephanus subiaceret, si vero predictam possessionem Sumus ipsi magistro Andree filii Nicolai premisse impignoracionis titítulo dare, et veras metas dicte possessionis Zelenzad vocate ex parte possessionis sue Dywanfolua vocate extradare, et iuxta veterum ac verarum metarum cursus in locis necessariis veras metas erigere vel erigi facere, ac predictam ultimam solucionem viginti marcarum persolvere in terminis preassumtis non curaret, extunc in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto, prout ad hec et singula premissorum predictus magister Stephanus filius Stephani personaliter se sponte obligauit coram nobis, seriem autem statucionis predicte possessionis Sumus vocate et metarum ereccionum ac metalium distinccionum dictarum duarum possessionum Zelenzad et Dywan^ folua vocatarum ad dictas octavas beati Jacobi apostoli, partes in Uteris ipsius capituii Boznensis nobis tenebuntur reportare. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octavarum diei strennarum predictarum, anno domini M°CCC°XL° quinto.

Iz origittalne potvrde Pavla kraljeva suca od 18. oktobra 1347. ;t-knjižnici narodnog mnzeja u Budimpešli, bivša zbirka Jankovićeva. Na listini visi svilena vrvca zelene i crvene boje; pečata više nema.

Nagy Cod. dipl. Andeg. V. p. 144.—145.

139.

1345, 20. januara. U Višegradu.

Lovrinac kraljev tavernik odgadja rasprava o pravdi kaptola proti gradu Zagrebu.

Nos Laurencius magister tavarnicorum domini Lodouici dei gracia regis Hungarie et comes Nitriensis damus pro memoria, quod causam quam capitulum ecclesie Zagrabiensis, pro quo magister Demetrius, archydiaconus, cum procuratoriis litteris eiusdem loci astitit contra Stanech. uillicum de Gerech, Jaxa aurifabrum, Jacobum monetarium, Thomam filium Vlch, Alen, Strosak, Mychaelem dictum Laphod el Petrum dictum Pulyan, iuratos, necnon universos cives et hospites de dicta civitate Gerech, pro quibus Mykuch, quondam villicus, cum procuratoriis Htteris eiusdem civitatis comparuit, iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum in octavis festi epiphaniarum domini super facto discussionis cuiusdam cause movere habebant coram nobis; volentibus parcium procuratoribus ad octavas festi beati Georgii martiris, nunc venturas, perhemptorie duximus prorogandam eo modo, ut idem capitulum in eisdem octavis iudicium regale in prioribus nostris litteris contentum, ante suam responsionem contra eosdem villicum, iuratos et universos hospites de eadem Gerech persolvere teneatur coram nobis, si partes medio tempore non poterunt concordare, qui si poterunt concordare, nos de iudicio pacis iuxta difficultatem et qualitatem dicte cause placabunt. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini MCCCXL. quinto.

Original na papiru u arkivu jugosl. akademije.
Na ledjima trag pritlsnulog pečata.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 178.

140.

1345, 20. januara. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački opisuje po nalogu bana Nikole medje posieda Toplice.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie terne presencium significamus^ quibus expedit vniuersis, quod dominus Johannes archidiaconus Guerche nuper nobis presentauit Htteras magnifici viri domini Nicolai bani tocius Sclauonie de verbo ad verbum in hec verba: *(Slijedi pismo bana Nikole od* 6. *januara 1345.* Volentes igitur mandatis eiusdem domini bani satisfacere, discretum virum Vrbanum sacerdotem, magistrum hospitalis beate Elizabeth de Zagrabia ad premissa cum predicto Ivan filio Odola duximus pro testimonio transmittendum; qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod ipsi conuocatis vicinis et commetaneis eiusdem possessionis, ut est moris,' et specialiter Paulo et Georgio filiis Abrahe et Andrea filio Andree ipsisque presentibus et consencientibus et penitus nullo contradicente reambulauerunt metas possessionis supradicte, easque distinxerunt et separauerunt ab aliorum possessionibus modo et ordine infrascripto; particulam vero quam de eadem possessione predictus Paulus filius Abrahe occu-

pauerat remisit libere et voluit includi infra metas infrascriptas renuncians suis litteris, per quas occupauerat eandem particulam, nominando minus iuste vicinum ibidem predictum Andream filium Andree. Prima autem meta eiusdem possessionis incipit in fluuio Thoplica supra Gradische ad iactum lapidis, vbi est transitus communis per eundem fluuium et ab hinc procedit versus meridiem ad montem circa quoddara nemus et peruenit ad vineam Ocrisel vocatam vltra viam publicam et ab hinc circa eandem vineam per viam publicam procedit versus Zauorsiam et peruenit vsque ad riuulum proximum ville Zauorsia per quem riuulum reflectitur supra vsque ad caput eiusdem, deinde reflectitur ad ortum solis temporis yemalis et procedit vsque terram Demesk dictam filiorum Laurencii de Pukur, ab hinc vertit se ad aquilonem et procedit circa metas terrarum dictorum filiorum Laurencii et cadit in fluuium predictum Thoplica per quem fluuium siue eius meatum infra peruenit ad priorem metam ibique terminatur. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam presentes modo premisso ex eo, quia nullus contradictor apparuit duximus concedendas pendenti nostro sigillo roboratas. Datum feria quinta(!) in festo beatorum Fabiani et Sebastiani[1] martirum, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomafa a. 1345.

Na listini visi svilena vrvea zelene i Ijublčaste boje; peeat je otpao.

141.

1345, 23, januara. U Zadru.

Vulcina de Sagaticha gradjanin zadarski 'očituje, da je potpuno isplaćen od Dragcslava Cicete, kvieta Franje de Grisogonis.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentessimo quadragesimo quarto, indictione [terciaj decima,[2] die uigesimo tercio mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis [Venecie], et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Cornari honorabilis comitis. Vulcena [condam] Mauri de Sagaticha ciuis Jadre

[1] Feria festum Fab. i Seb. jest feria quarta, dakle ovdje pogreška ferije.

[2] ispušteno: »tertia«.

confessus fuit et contentus se [a] Dragoslauo uocato Cicetta condam Percho uillano Francisci Barthe de Grisogono ad Peschimanum integre solutum et satisfactum esse [de] omnibus et singulis que actenus(!) secum facere habuerat, tam cum carta quam [si]ne carta ac occaxione bosciaminis[1] uel quarentisie seu alia quaflibet] racione uel causa; et facta omni racione cum eo de omnibus et singulis supradictis [hab]uit et recepit ab eo totum et quicquid recipere et habere debebat ab . . . usque in presentem diem excepto quam de facto letaminis quam letaminis [qua]m in se et pro se contra eum reseruauit et nichil aliud plus reseruauit. [Q]ua propter dictus Vulcena fecit dicto Dragoslauo plenam et inreuocabillem ac generalem securitatem, finem et pactum de ulterius aliquid non petendo de omnibus et singulis que actenus secum facere habuisset, ut supra dictum est, excepto, quod de racione letaminis, quam, ut supra dictum est, in se reservauit; nec non absoluens et liberans eum et eius heredes, sucessores (!) et bona omnia ab omnibus et [sin]gulis supradictis per acquillam(!) stipulacione et acceptillacione legittime interpositis; [nec non] volens atque mandans omne instrumentum, preceptum, scripta uel scripturam [ex quibus] appareret ipsum Drogoslauum fuisse actenus dicto Vulcene occaxione aliqua obligatum ex nunc cassum, uanum et irritum et cancellatum et nullius valloris(!) esse uel momenti; nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto Dragoslauo pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus pre[dic]torum occaxione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, set predicta omnia et singula supradicta et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua racione uel causa de iure uel [de] facto sub pena quarti rei seu quantitatis petite stipulatione promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona pressencia et fuctura; et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum pressentibus Francisco Magerri de Varicassis et Vidolo condam Vidotti de Varicassis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Andreas Cerne de Cande iudex examinator examinavi.

(Signum not.J

[1] Bestiaminis(!)!

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu samostana sv. Marije ti Zadru. a, 1344.

142.

1345, 9. februara i 1347, 1. novembra. U Lastovo.

Radi se o prodaji zemlje.

In dei nomine amen. Hec est copia cuiusdam instrumenti uendicionis reperti in libro comunis Lagustee(!) tenor cuius talis est: Millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, die nono februario, nello tempo de nobile et sauio et dicreto miser Marco Morisino honorabile conte de Ragusa, conte de Lagosta, sir Nicoleto de Ruberto. E li sui giudici Michael Grubenich, Bratos Mestichnich et Jacob de Gisla uende Dobre de Prodasa tuti sui beni mobili e stabili. li quali lo a in Lagusta a sue frare Raden de Prodaxa per perperos quadraginta, li quali beni fo incantati in puplico alla ecclesia de santo Cosma e Damiano per Ocdrisa plagario ala usanca de Lausta(!). Testimonii: Bogoie Bildich et Radouani Uladich et Dragan Dobroeuich.

Et ego Jacobus de Montealto mea manu misi ut comes.

Et ego presbyter Georgius Andree de Albania iuratus notarius comunis Lagustee, prout inueni in dicto libro, nil adens uel minuens preter punctum uel silabam, quod sensum uel substantiam imutet, set de licencia et auctoritate domini Jacobi de Montealto ipso sedente pro tribunali trascripsi (!). copiaui et exemplaui et in puplicam(!) formam redei(!), sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo indictione decima quinta, die prima mensis nouembris.

Actum im Lagusta ante domum domini comitis, presentibus Marino Bogdenich et Dechimo Catalanich ad hec uocatis et rogatis.

Ovjerovljen prijepis u dubfovačkom arkivu. — Zbirka Saee. XIV.

143.

1345, 3. marta. U Cazmi.

Kaptol ćazmanski prepisuje na molbu Ivana sma Nikole sina Ugrinova, svoju listinu od 12. septembra 1296., kojom prodaje Gabrijam zemlju svoju Ladislavku u Zupaniji garešničkoj' Ladislavu • sinu Ugrinovu.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie, memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini MCCCXL° quinto, feria quinta pro[xim]a ante dominicam letare Johannes filius Nycolay filii Vgrini nobilis de Gresenczha ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras priuiJegiales antiquo sigillo nostro rotundo confectas, non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte uiciatas, petens a nobis cum instancia, vt tenores et formam earundem propter viarum discrimina nostris in litteris patentibus de verbo ad uerbum inseri et transcribi faceremus sigilloque nostro moderno consignari. Cuius peticionibus iustis et honestis annuentes, maxime quia easdem iustas. veras ac legitime emanatas fore conperimus, tenorem ipsarum presentibus de uerbo ad uerbum inseri et transscribi [fe]cimus sigilloque nostro nouo consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola cazmanskog od 12. septembra 1296.).*

Original u arkivtt- jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1296.

Na listini visi jaka svilena vrvea zelene boje; pečat je otpao.

Listina je u sredini krnja, no to ne smeta, jer se nalazi original.

Na hrptu savremena bilješka: >Empcio et metalis super Precouersia «.

144.

1345, 3. marta. U Cazmi.

Kafitol lazmanski prepisuje na molbu Ivana sina Ugrina od Garešnice otpis istoga kaptola. kralju Ladislavu <?d 15. marta 1279. glede razdjetjene zemlj'e Bršljanice medj'u Tiburcij'em i Jakobom.

Nos capitulum Ch'asmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno

domini millesimo CCCXL° quinto, feria quinta proxima ante dominicam letare Johannes filius Nicolay filii Vgrini nobilis de Gresencha ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales antiquo sigillo nostro rotundo confectas, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, petens a nobis cum instancia, ut tenorem et formam earundem propter temporis incertitudinem et viarum discrimina nostris litteris patentibus de uerbo ad uerbum inseri et transsumpni faceremus sigilloque nostro moderno approbfare et] consignari. Cum peticionibus iustis et congruis annuentes, maxime quia easdem iustas, laudabiles ac legitime emanatas fore approbaui[mus, tenjorem ipsarum presentibus de uerbo ad uerbum inseri et transscribi fecimus sigilloque nostro nouo consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina istoga kaptola od 15. marta 1279.).*

Origmal na papiru u arkivu jugoslavenske akademije ɐ/. Zagrebu: Diplomata a. 1278.

JVa hrpiu vidi se trag pritisnuta ovalnog pečaia.

Ispod pečata savremenom ili nešto kasnijom rukom: »Tenor littere metalis super Precouersia^.

145.

1345, 4. marta. U Avignonu.

Klement VI. papa podijeljuje čazmansku preposituru Ladislavu sinu Nikole palatina.

Clemens episcopus seruus seruorum dei, dilecto filio Ladislao nato dilecti filii viri Nicolai comitis palatini regni Hungariae, canonico Quinqueecclesiensi salutem et apostolicam benedictionem. Nobilitas generis etc. Cum itaque nuper de persona dilecti filii Gregorii electi Chenadiensis ecclesiae Cheuadiensi tunc pastore carenti duxerimus praefigendum, praeficiendo eum ipsi ecciesiae in episcopum et pastorem et per hoc praepositura sancti spiritus Chasmensis, Zagrabiensis dioecesis nec non canonicatus et praebendae ecclesiae Zagrabiensis eidem praepositurae annexi, quos idem Gregorius tunc temporis obtinebat, prout adhuc obtinet, per munus consecrationis suscipiendum ab eo in proximo vacare speretur. Nos volentes tibi praemissorum meritorum tuorum intuitu nec non conspiratione venerabilis fratris nostri Johannis episcopi Portuensis pro te capellano suo nobis super hoc humiliter supplicantis graciam facere specialefn, concanonicatum et praebendam ac praeposi-

turam praedictos, quam primum eos praemisso vel quovis alio modo praeterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendos tibi cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolicae sedi reservamus; districtius inhibentes etc. Datum apud Villam novam Aveniensis dioecesis, quarto nonas martii, anno tertio.

Fejer Cod. dipi. Hung. IX. v. J. p. 291.—292.
E reg. anni III. Tom. IV. ei>. 599. p. 344.

146.

1345, 15. marta. U Lastovu.

Radi se o zamjeni zemlje.

In dei nomine amen. Millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, die decimo quinto mensis marcii, actum Laguste in domo sacerdotis, ad hoc uocatis et rogatis testibus : Michael Grubenich, Bratos Mestichnich. Ibique Raden de Prodasa et Tolimir Purnosich fecerunt cambium. Predictus Raden dedit dicto Tolimiro terram vnam Nadesibidole, que terra confinat de parte eleuante(l) cum dicto Tolimiro, de parte de ponente cum Pribie Lucich; et dictam terram habeat dictus Tolimir cum suis pertenenciis in perpetuum et facit(!) de ea omne uelle suum cum suis erredibus(l). Et dictus Tolimir dat dicto Radeno vnam vineam in loco qui dicitur in Potstenie, que vinea confinat de eleuanti (!) cum Micoel Qualidrusich et ex parte de ponente cum dicto Radeno, ex parte pelagi cum Stanco Pobersena, ut dictam vineam habeat dictus Radenus cum suis pertinenciis cum tale pacto, quod Martinus Pilenich laborat (!) dictam vineam, sicut laborabat dicto rolimiro et habeat medietatem uin[i] annuatim et aliam medietatem habeat dictus Radenus in perpetuum; et dictus Martinus tenetur plantare in dicta vinea medium gonaium omni anno, et suprascriptum cambium fuit preconisatum per Osdrisam preconem comunis Laguste et non potest reuocare dictum cambium aliquis eorum supradictis{!) neque heredes eorum inperpetui(!).

(Drugi rukopis).

Et ego Jacobus de Montealto comes Lauste mea manu missi.

(Signum not.)

Et ego presbyter Petrus filius quondam Nicolai Teutonici capellanus et iuratus notarius comunis Laguste hec scripsi et roboraui et meo signo solito signaui.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. XIV.

147.

1345, 11. aprila.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje sinovima Mikića bana darovnicu svoga oca za Struge.

[Ljodouicus dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris ac Montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Justis petentium desideriis facilem prebere consensum ius inuitat, ordo communis requirit et vigor exigit equitatis precipue in hiis, que fidelium subiectorum commodis utiliter videntur convenire; inconcussum namque id permanere dinosscitur, quod fuerit regio patrocinio communitum. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magistri St[ephanus] et Akus comites Castri ferrei et Supruniensis, filii videlicet Mykch bani quondam tocius Sclauonie dilecti et fideles nostri ad nostre serenitatis accedentes presenciam exhibuerunt nobis lfite]ras privilegiales excellentissimi quondam principis domini Karoli illustris regis Hungarie patris nostri karissimi laudande memorie cum mediocri suo sigillo in partibus transalpinis casualiter deperdito. consignatas tenoris infrascripti, petentes flos prece subiectiua humiliter et denote, ut easdem acceptare, ratificare et approbare, ac nostro privilegio ad firmiorem et vberiorem cautelam dignaremur confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi lislina kralja Karla od 14. juna 1330.).* Nos igitur iustis et legitimis petitionibus dictorum magistrorum Stephani et Akus filiorum Mykch bani comitum Castri ferrei et Supruniensis dilectorum et familiarium nostrorum regio cum fauore inclinati, attendentes, quod iusta et modesta petitio auribus regie maiestatis instillando ad exaudicionis graciam admitti meretur, acceptaque servicia laudabilia eorundem magistrorum Stephani et Akus et obsequiosa merita recolentes, ymmo memoriter retinentes, que ipsos primum dicto domino patri nostro et tandem divina fauorite clemencia regni regimine ad nos deuoluto nobis sumpma cum diligencia se et sua in cunctis nostris negociis et

regni nostri negociis et expeditionibus prosperis et adversis fortune casibus exponendo exhibuisse scimus, usquemodo exhibere sentimus in presenti, ac exhibituros pro firmo credimus in futurum, per que ipsi nostre maiestatis personam semper studuerunt toto suo conamine pre ceteris suis p[ar]ticipibus efficere sibi plus benignam, volentes itaque ipsorum fidelitatibus obsequiosis regii fauoris premio occurrere et predictas literas privilegiales paternas de uerbo ad verbum presentibus insertas in nulla sui parte viciatas cognosscentes et inuenientes rite et legittime emanatas et concessas cum omnibus articulis et tenoribus earundem acceptamus, ratificamus, approbamus et ex certa sciencia prelatorum et baronum regni nostri inferius nominatorum ac de consilio eorundem presentis scripti patrocinio privilegialiter valere, dictamque possessionem Struga iuxta collacionem paternam velud(!) nostre nove donacionis titulo eisdem magistris Stephano et Akus possidere in filios filiorum in perpetuum confirmamus. In cuius confirmationis memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, tercio ydus aprilis, anno domini M°CCC°XXXX° quinto, regni autem nostri anno quarto ; venerabilibus in Christo patribus dominis Chanadino archyepiscopo Strigoniensi, Colochensi sede vacante, Colomano Jauriensis, Ladislao Quinqueecclesiensis, Andrea Transsiluano, Jacobo Zagrabyensis, Andrea Warfadiensis], Mychaele Wacyensis, Nicolao Agriensis, Galhardo Chanadyensis, Steph[an]o Wesprimiensis, aule domine regine genitricis nostre karissime cancellario, Peiro Syrmiensis, Laurfencio] Boznensis, fratre Witho Nytriensis ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino et iudice Comanorum, Laurencio magistro tawarnicorum nostrorum, Stephano woyvoda Transsilvano et comite de Zolnuk, Paulo iudice curie nostre, Nicolao bano tocius Sclauonie, Dominico bano de Machow, Paulo magistro tawarnicorum predicte domine regine, Nicolao filio Petri dapiferorum, Dyonisio filio dicti Stephani woyvode agazonum nostrorum magistris ac Nicolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Original ti ugar. narodnom muzeju u Budimpešti.
Na hstini visi svilena vrvca žute boje. Pečat otpdo.
*Na hrptu bilješka : » Collecta <. Islom rukom : *Ad Struga« •*
Vjesnik zemalj. arkiv. IX. (1907.) 22.—24.

148.

1345, 11. aprila. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim daruje Klara kti Ivana Ethy dio fiosjeda Stupne samostanu garićkom.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod domina Clara consors Sebastiani, filia videlicet Johannis dicti Ethy[1] personaliter coram nobis comparens porcionem possessionis sue Stupna uocate in comitatu de Gresencha existentem omnino et totalem cum suis utilitatibus et pertinenciis uniuersis sub eisdem metis et terminis, prout ad eandem mediantibus litteris nostris per predictum Johannem patrem suum fuerat deuoluta et extitit in eisdem plenius uidimus contineri, ex consensu et beneplacito predicti Sebastiani mariti sui similiter in nostri presencia personaliter astantis dixit et confessa est ob remedium anime sue ac parentum suorum et spem beatitudinis eterne dedisse, tradidisse et assignasse ecclesie beate uirginis fratrum Heremitarum in montibus Garig constructe, ac fratribus in eadem ecclesia iugiter deo famulantibus perpetuo et irreuocaciliter tenendam, possidendam ac habendam, litteras autem et instrumenta, quibus mediantibus prefatam porcionem possessionariam obtinebat, tradidit et assignauit ad manus fratris Stephani prioris dicte ecclesie beate uirginis coram nobis, et si aliquas occultasset aut reddere denegasset auctoritate presencium mortuas et inanes reliquit et uiribus carituras, si vnquam per quempiam in lucem proferentur uel eciam exhiberentur. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem prefate domine concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima post quindenas festi •sresurreccionis domini, anno eiuadem M°CCC°XL° quinto.

Iz originalnog prijepisa čazmanskog kaptola od g. 1363, u kr, ugarkom državn. arkivu гг Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.188. — Stara signaura: Acta monast. de Garigh. fasc. I. no. 22.

Fejer Cod. dipi. Hung. IX., vol. 1. p. 328.—329.

[1] U drugim listinama »Echy«.

149.

1345, 17. aprila. U Višegradu.

JLjudevit kralj ugarski i hrvatski podjeljuje Budislavu bribirskomu baštinu iza bratove mu smrti.

Nos Ludovicus dei gratia rex Hungarie significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus, serviciis et devocione nobilis uiri comitis Budizlai filii condam Ugrini -de Berberio et eius sanguinis effusione, pro honore sancte regie corone, prout certificati sumus certorum nostrorum relatibus et specialiter magnifici viri domini Nicolai bani tocius Sclavonie, nec non Stephani de Jadria, aule nostre iuvenis, ipsum ad nostram graciam meram et sinceram suscipere, eidem si quas forte infidelitatis notas per aliquorum nostrorum suggestionem rebelium perpetrasset, totaliter indulgendo. •Quocirca castrum suum Rogh et insulam cum omnibus ipsius comitis Budizlai possessionibus hereditariis et eorum attinenciis et pertinenciis eidem suisque heredibus et successoribus perpetuo confirmarnus. Insuper possessiones seu hereditatem olim nobilis viri Joannis filii Jurgi filii Jursse eciam de Berberio, sine heredibus defuncti, ipsi comiti Budizlao cum suis filiis et universis heredibus tanquam ad eos propter propinquiorem proximitatem de iure spectantes dare, confirmare ac perpetuare decrevimus presencium per tenorem, super premissis suo tempore dum nobis presentes fuerint presentate, nostrum cum pendenti sigillo privilegium collaturi. Datum in Wissegrad, vigesimo secundo die festi Pasche •domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto.

Iz originalne potvrde kralja Ljudevita od g. 1356. štampao: Fejer Cod. dipl. Hung. LX. 1. p. 283—284.

150.

1345, 21. aprila. U Zadru.

Samostan sv. Nikole daje nekim svojim kmetovima vinograde i zemlje u Obrovcu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesim© trecentesimo quadragesimo quinto, indictione tercia decima, die uigesimoprimo mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Andree Danduli incliti

ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Cornaro egregii comitis. Religiosa domina, domina soror Lipa, abbatissa monasterii sancti Nicolai de Jadra, cum ceteris sororibus dicti monasterii concesserunt in perpetuum pro utilitate dicti monasterii Dragosio, Gregorio et Johanni, fratribus ad inuicem filiis condam Draganni, Dissogio Gostistich, Cerseuano Cuncig, Bogdano Drasin, Nicolao Radoy Sfilacig, Peruoslauo Dissogeno, Bilsce Michoholich, Brathogio Scerbcich, Radoslauo Berislauich et Disse Lucino, uillanis dicti monasterii, vineas monasterii positas ad Hobrouag, et terras que sunt in boscho prope vineas de trauersa uie, que vadit Auranam gognaium circa unum et dimidium vinee pro qualibet sorte, quas vineas et terras debent usufructuare, tenere et laborare prout res locatas, et debent proinde dare annuatim dicto monasterio minas quinque ordei pro qualibet sorte, que ascendunt modos quindecim ordei, sub pena. quarti et omnium expensarum litis et extra, super se et bonis suis omnibus. Quibus terris ef vineis de borea pasculum dicti monasterii, de austro et de quirina quedam via et de trauersa pasculum Viti Galelli; promittentes dicte domina abbatissa et moniales per se suosque successores dictis uillanis et eorum heredibus et successoribus dictas vineas et terra(!) confinatas cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super se et bonis dicti monasterii omnibus, omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Super predictis autem facta sunt duo consimilia publica instrumenta, videlicet unum dicto monasterio et unum dictis uillanis ad cautellam et maiorem euidenciam predictorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano de Miligosto et Francisco Grisogoni de Cadolinis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

ˈJˈ Ego Andreas Cerni de Cande iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 192.

151.

1345, 21. aprila. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim očituju sinovi Stjepana bana, da priznaju diobu posjeda učmjenu od njihova djeda sa djedom kneza Dujma Radoslavova.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod Henricus et Stephanus filii comitis Stephani filii Stephani condam bani in nostri presentia personaliter constituti sunt confessi, quod ipsi divisionem olim factam inter avum ipsorum et avum comitis Duymech filii Radozlai de castris et aliis possessionibus quibuscunque, que vel quas nunc idem comes Duymech dignoscitur possidere, pro rato haberent atque firmo, imo ratificabant et approbabant coram nobis, assumpmentes et obligantes se, quod si ipsi vel eorum heredes contra ipsum comitem Duymech vel eius heredes ratione ipsius divisionis olim facte insurgere attempta[ren]t quoquomodo et quanuocunque vel ajuquiu ue ea mnovare, penam qumgentarum marcarum incurrant e[o facto]; ad quam se spontanee coram nobis obligarunt. In cuius rei testimoriium presentibus ad petitionem dictorum Henrici et Stephani sigillum nostrum duximus apponendum. Datum feria quinta proxima ante festum beati Georgii martyris, anno domini M. CCC. XL. quinto.

Thalldczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 118.

152.

1345, 22. aprila. U Zagr-ebu.

Pred kaptolom zagrebačkim priznaju smovi Stjepana bana, da im Dujam Radoslavov nij'e od njihovih posjeda ništa oduzeo.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod Henricus et Stephanus filii comitis Stephani filii Stephani dicti antiqui condam bani in nostri presentia personaliter constituti retulernnt, quod ipsi ex quorundam suasione et inductione fuerant informati, quod nobilis vir comes Duymus filius Radozlai filii Boboneg plures eorum possessiones. retineret et possideret ipsis ex successione paterna competentes. Cum igitur super hiis certificari plenius

voluissent, invenerunt et eis constitit evidenter, quod de omnibus possessionibus, castris et bonis omnibus quibuscunque inter avos ipsorum facta fuerat divisio et completa satisfactio hinc inde, ita, quod nichil potuit inveniri, in quo possent ipsum comitem Duymum impetere, vel ab ipso quicquam de possessionibus, castris et aliis bonis vendicare, propter quod ad cor redeuntes ipsum comitem Duymum et suos heredes quietaverunt et reddiderunt expeditos ratione omnium premissorum, renunciantes omni liti, actioni contra ipsum et suos heredes, tali obligatione mediante, quod si ipsi Henricus et Stephanus aut ipsorum heredes processu temporum insurgerent contra ipsum comitem Duymum vel suos heredes in iudicio vel extra iudicium, penam quingentarum marcarum incurrant ipso facto et nichilominus ipse comes Duymus et sui heredes in pleno iure omnium castrorum, possessionum et aliorum iurium quorumcunque acquisitorum et acquirendorum remaneant -tanquam veri domini eorundem. Voluerunt insuper iidem Henricus et Stephanus, quod si aliqua instrumenta, literas vel alia iura reservassent, que possent ipsi comiti Duymo vel suis heredibus ratione omnium premissorum vel in premissis omnibus et singulis in aliquo obviare in iudicio vel extra, nuliius sint roboris ve! vigoris, imo cassa sint omnino et irrita et nuilius valoris existant, si in lucem producerentur quandocunque per ipsos aut eorum heredes vel quemcunque alium nomine eorundem. In quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum feria sexta proxima ante festum beati Georgii martyris, anno domini M.CCC.XL. quinto.

I'hattoczy-Ba.ra.bas Cod. dipl. com. de Blagay 119.—120.

153.

1345, 9. maja. U Zadru.

liuzma Valkovič iz Brišćeva stanovnik zadarski, uzajmljuje od Nikole de Soppe 7 i pol dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indictione tercia decima, die nono mensis maii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulli incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Cornari egregii comitis. Confiteor ego Cosmas condam Stoislaui Valchouich de Brisceuo habitator Jadre me emisse et recepisse a te

Nicolao condam Blasii de Soppe ciue Jadre ducatos septem et dimidium boni auri et iusti ponderis pro libris uiginti denariorum paruorum, videlicet pro grossis uiginti quemlibet dictorum ducatorum. Quas Jibras uiginti denariorum paruorum ego predictus Cosmas per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi predicto Nicolao de Soppe tuisque heredibus et successoribus hic Jadre absque omni periculo et questione usque ad festum natiuitatis domini proxime futurum, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus. Et ego Anthonius de Guscho ciuis Jadre constituo me fideiussorem et principalem debitorem et solutorem tibi predicto Nicolao de Soppe pro dicto Cosmas(l) de omnibus et singulis predictis super me et bonis meis omnibus. Volentes nos dicti Cosmas et Anthonius, quod tu dictus Nicolaus de Soppe te possis tenere de omnibus et singulis predictis ad nos ambos et ad nostrum alterum in solidum sicut et quociens uolueris reiterando; et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit ubique locorum, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Thomado de Varicassis et Nicolao Grisogoni de Begna, ciuibus Jadre et aliis..

(Drugi rukopis).

f Ego Andreas Cerni de Cande iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine Joboraui.

Original u gubemial. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dommika no. 2460.

154.

1345, 25. maja. U Zadru.

Damijan zvan Baća obvezuje se Ivanu Dobričiću iz Babinduba platiti neku svotu novaca za kupljene zemlje.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indictione tercia decima, die vigestmo quinto mensis maii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo in[cliti] ducis Veneciarum, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro de-

creto[rum] doctoris, Jadrensis archiepiscopi ac domini Marci Cornari honorabilis comitis. Damiafnus] vicarius filius condam Jacobi uocatus Batsa, Jadrensis, contentus et confesus fuit [se] emisse, habuisse et recepisse a Johanne Dobricich uilano Volcigne condam Petri de Slforadis] ad Babindub mulcones[1] centum pro libris centum denariorum paruorum, precio viginti s[ol]dorum paruorum pro quolibet mulcone. Quare idem Damianus per se suosque heredes et successores sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando promisit dicto Johanni pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti dictas libras centum denariorum venetorum paruorum dare, soluere et numerare sibi uel suis heredibus aut successoribus uel alii pro eo suo iussu, cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuitate Jadre uel alibi ubique locorum ab eo petitus fuerit sine lite et exceptione aliqua absque omni periculo in bona usuali et legali moneta curente in ciuitate Jadre ad terminum infrascriptum, videlicet reuertente Luca Papilinich bicafrio de] presenti viagio, quod facere debet Venetias; sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra, [et p]ena soluta uel non, presens nichilominus instrumentum ratum maneat; obligans ad hec idem Damianus se et bona sua omnia presentia et futura, et si, quod absit, aliquid acciderit de dicto Luca, nichilominus idem Damianus soluere debet dicto J[ohanni] dictam pecunie quantitatem. Actum est hoc et firmatum coram biis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono Damiani de Sloradis et Maryo bicario condam Radouafni], Jadrensibus et aliis.

Pressente[2] Bogdano condam Dragoslaui uillano sancti Nicolai ad Copralgfo] et Pribsa sartore usque unum mensem.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. S-H. Ovjerovljenje not. manjka.

155.

1345, 18. juna. U Veneciji.

Dandulo dužd mletački javlja Zadranima, da će ih zaštititi od vojske ugarske i hrvatske.

Andreas Dandulo dei gratia Venetiarum, Dalmatiae, atque Croatiae dux, dominus quartae partis et dimidiae tocius imperii Romaniae, nobili et sapienti viro Marco Cornario de suo mandato comiti Jadrae, ac prudentibus viris iudicibus, consilio et communi Jadrae, fidelibus, dilectis salutem et dilectionis affectum. Intelligentes de adventu Ungarorum in partes Sclavoniae ac gerentes curam specialem ad conservationem vestram et aliorum nostrorum fidelium, nostros provisores ad vos et alios nostros fideles providimus destinari; qui hinc sine more discedent, per quos vobis nostram intentionem et desiderium curabimus denotare et licet constantiam fidei et devotionis uestrae promptam et ferventem ad honorem fidelitatis nostrae cognoscimus; tamen fidelitatem vestram requirimus et rogamus, quatenus circa conservationem vestram et fidelitatis vestrae sic vos regere debeatis et effectualiter operari, quod possitis nostram gratiam uberius promereri et ut reperiamus fidem stabilem, quam speramus, quum vestram conservationem totis viribus affectemus et intendamus modis omnibus procurare. Data in nostro ducali palatio die XVIII. iunii, XIII. indictione.

Obsid. jfadr. lib. I. cap. IX. u Lucius De regno (Amster.) p. 390. Fejer. Cod. dipl. Hung. IX. I. p. 344.—345.

[1] Multones?

[2] Pisano istom rukom, valjda se ima kamo umetnuti, premda nema nikakva znaka za to.

156.

1345, 21. juna. U Senju.

*Benvenutu bivšeni sucu i njegovoj ieni dozvoljuje se podignuti žrtvenik blaiene djevice Marije i sebi grobnicu u crkvi Franjevaca **u** Senju.*

In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indictione tercia decima, die vigesimo primo mensis iunii. Temporibus equidem domini Lodouici dei gracia serenissimi regis Hungarie, uenerabilis patris domini fratris Johannis eadem gracia episcopi Segniensi, magnificorumque virorum dominorum Duymi et Bartholomei Vegle comitum et ciuitatis Segnie perpetuorum potestatum, Romse vicecomitis, Bartholi, Moysis et Phylipi iudicum ciuitatis predicte. Notum sit omnibus et singulis hoc instrumentum publicum inspecturis, quod reuerendus in Christo pater frater Siluester ordinis fratrum Minorum minister eiusdem ordinis in provincia Sclauonie, frater Lazarus custos Arbensis custodie, frater Quirinus de Vegla guardianus Segnie, frater Demetrius de Scutaro lector ibidem, frater Petrus de Jadria socius dicti ministri, frater Martinus de Pago, frater Stephanus de Cherso, frater Qiue de Ragusio, frater Johannes de Vegla, et frater

Thomas de Dobregno conuentuales loci Segnie, considerata deuocione, quam Benuenutus olim iudex Segnie et domina Agnes eiusdem uxor habent ad eorum ordinem antedictum, contulerunt eis de gracia speciali, quod in ipsorum fratrum ecclesia, in ciuitate Segnie posita, possint facere fieri unum altare ad reuerenuam et honorem beate Marie semper virginis matris Christi omniumque sanctorum et sanctarum dei, et quod ante dictum altare possint unam sepulturam facere fieri, in qua Maria socrus dicti Benvenuti, ac idem Benvenutus cum dicta domina Agnete eius uxore debeant sapelliri quandocunque eos vel eorum aliquem mor contigerit. Promitenttes eciam dicti minister et fratres, quod non obstante iusto et legitimo impedimento, omni die tam in vita quam post mortem dictorum Benuenuti et domine Agnetis super dictum altare unam misam facient celebrari et post eorum obitum qualibet septimana facient semel cantari missam conventualem pro animabus et remedio peccatorum dictorum Benuenuti et domine Agnetis eiusdem uxoris. Cjui Benuenutus et domina Agnes pro elemosina et subuencione fratrum degencium in loco et claustro dicte ciuitatis dederunt, donauerunt et irreuocabiliter tradiderunt per se suosque heredes, successores et posteros omnes et singulos redditus et prouentus annuatim percipien^os de quadam eorum domo in ciuitate Segnie posita prope domum Jacobi filii condam Pelerichi et prope domum vicecomitis Marini filii condam Bartholi deuornicci(I) de Nouigrado et prope uias publicas a duabus partibus, tali modo, quod dicta domus nullo modo, ingenio, fraude uel causa possit uendi, donari, alienari, permutari, per quem dicte domus dorninium siue possessio transferatur in alium possessorem, set semper stet in manibus procuratoris dictorum fratrum cum consensu guardiani dicti loci, qui pro tempore fuerit, ita quod eadem pensio sit perpetua ipsis fratribus pro dicta elemosina deputata. Promittentes insuper dicti minister et fratres dictum altare uel sepulturam dictorum Benuenuti et domine Agnetis nunquam ullo tempore alicui persone uendere, donare, alienare uel alio quocunque modo uel colore quesito concedere, et si contra fecerint dando alicui dictum 'altare uel sepulturam, tunc dicta domus ipso facto deueniat in capitulum et ecclesiam sancte Marie de Segnia, quod quidem capitulum teneatur omni die unam missam et semel in septimana conuentualem missam pro animabus eorum Benuenuti et domine Agnetis facere celebrari, sub tali lege, quod domus ipsa nulla causa, modo uel ingenio uel condicione uendi, alienari uel permutari ualeat ullo tempore per capitulum antedictum uel alium loco sui. Unde ad futuram rei memoriam et cautelam omnium predictorum rogatu dietorum contrahencium confectum est, exinde manu mei Simonis notarii presens publicum instrumentum sigillorum dictorum ministri et conuentus loci Segniensis munimine roboratum. Actum in ciuitate Segnie in loco dictorum fratrum, presentibus Andrea condam Francisci de Ferraria habitatore Segnie, magistro Chirino sartore condam iudicis Cerne de Vegla et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis.

f Ego Simon condam Venthure de Prathoueteri Fessulane diocesis publicus imperiali auctoritate notarius et communis Segnie iuratus, predictis omnibus dum agerentur interfui, eaque rogatus scripsi et publicaui meoque signo solito roboraui.

Original u arkivu samostana na Trsatu. no. 29. D.

Na lislini vise dva ovalna pečata od voska na svilenoj uzici jasno modre boje.

157.

1345, 23. juna. U Kninu.

Ban Nikola ugovara mir s cetinskim knezom Ivanom Neiipićem i njegovom materom Velislavom.

Nos Nicolaus banus tocius Sclavonie publice recognoscimus in hys scriptis, quod cum nuper ex mandato serenissimi principis domini nostri domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, ad recuperandum et recipiendum pro prefato domino nostro rege terras, castra, possessiones et villas, que ad ipsum dominum nostrum et ad ius regium et sancte corone de iure pertinere noscuntur, et ad coercendum brachio potencie nostre quosvis rebelles et infideles regie maiestatis cum potencia nostri cxercitus Croaciam intrassemus, magnifico et illustri viro domino Stephano bano Boznense cum tota exercitus sui fortitudine una nobiscum eunte, habitis una cum prefato domino bano inter nos ex una et nobilem adolescentem comitem Johannem filium condam comitis Nelypcii de Tininio, et nobilem dominam Velizlauam matrem predicti comitis Johannis parte ex altera, diversis placitis et tractatibus, tandem ex utraque parte, in formam et modum convenimus et concordavimus infrascriDtum, videlicet, quod idem comes Johannes ante omnia castra quatuor, videlicet Pochitel, S.cerb, Stog et Vnch ad manus regias libere cum omnibus suis iuribus, pertinenciis et possessionibus, que in suis stare manibus resignabit, et castrum Tininii et castrum Brechosv cum omnibus suis debitis pertinenciis retinebit, quousque sibi Cetina cum suis pertinenciis et debitis, et castrum Qiscia insimul presententur et

assignentur nostra seu regia potestate, et tunc cum prefata castra, scilicet Cetina et Qiscia et ad ipsa spectancia habuerit, dictus comes Johannes castra predicta, scilicet Tininium et Brechouo(!) ad manus regias sine questione ac more subterfugio resignabit. Quamdiu vero dominus comes Johannes castra sepedicta, videlicet Tininium et Brecheuo tenuerit, nobiles in tenutis et pertinenciis dictorum castrorum Tininium et Brecheuo manentes, nulli nisi predicto comiti Johanni seruire et a nullo nisi ab eodem comite debeant iudicari. Omnia eciam preter predicta que in regalibus literis priuilegialibus continentur, salva eidem comiti Johanni et domine matri sue, prout inibi sunt expressa, inviolabiliter permanebunt, nosque ipsum comitem Johannem ad obtinendum, possidendum et retinendum omnia, quecumque sibi per prefatum dominum nostrum regem et nos. ac dictum dominum Stephanum banum Boznensem data existunt, volumus et assumimus fideliter pro viribus adiuvare, ad hec contra omnem hominem, solo prefato domino nostro rege excepto, qui ipsi comiti Johanni inimicari vellet et ipsum in suis rebus, possessionibus et iuribus vel hominibus indebite violabiliter offendendo, et idem comes Johannes talibus iniuriatoribus sua propria potencia resistere non valeret nos eidem cum ^er i^sum fuerimus reQuisiti •assistemus consilio et auxilio efficaci. Prefata igitur omnia de benignitate et auctoritate prefati domini nostri regis confisi, de consensu et plena voluntate predicti domini Stephani bani Boznensis, sepedicto comiti Johanni promisimus et insuper unacum eodem domino bano tactis sacrosanctis ewangeliis et sanctorum reliquiis cum duodecim nobilibus domini nostri regis et nostris: Johanne filio Osl, Nicolao filio Elei, Johanne filio Osl, Nicolao filio Elei, Johanne filio Dyonisii, Petro de Achounia, Johanne filio Jacobi, Paulo filio Johannis de Sara, Demetrio filio Stephani,. Emrico filio Raynoldi, Paulo filio Laurencii et Paulo comite Crisiensi iuravimus, ut hec ei, quamdiu in predictis et aliis prefato domino nostro regi fidelis existet, firmiter observentur, prefatique •comes Johannes et domina mater ipsius, una cum venerabili patre et domino domino fratre Nicolao episcopo Tiniensi, ac aliis viginti et uno nobilibus in literis suis super hoc confectis et expressis, nobis et predicto domino Stephano bano, multis nobilibus et notabilibus viris presentibus, quod semper sint domino nostro regi et sancte corone fideles, et ut hec omnia in quantum eos tangunt, inviolabiliter debeant observare, tactis eisdem sacrosanctis ewangeliis et sanctorum reliquiis iuraverunt. Super quibus omnibus literas nostras fecimus fieri et nostri sigilli appensione muniri. Actum et datum Tininii, in vigilia festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M°CCC°XL° quinto.

Iz originalne potvrde kaptola kninskoga od god. 1381. ti. arkivu knexova Esterkazia u Željeznom. B. nr. 8. Rep. 42. fasc.
Vjesnik zem. arkiva god. VII. 142.—143.

158.

1345, 23. juna. **U Kninu.**

Bosanski ban Stjepan Kotromanić ugovara mir s cetinskim knezom Ivanom Nelipićem i njegovom materom Vehslavom.

Nos Stephanus dei gratia banus Bosne, nec non terrarum Vsure, Salis, Dolinne, Crayne, Rame ac totius Cholm princeps et dominus, publice recognoscimus in his scriptis, quod cum nuper ex mandato serenissimi principis et domini nostri, domini Ludouici dei gracia regis Hungarie, ad recuperandum et recipiendum pro prefato domino nostro rege terras, castra, villas et possessiones, que ad ipsum dominum nostrum et ad ius regni et sancte corone de iure pertinere noscuntur, et ad cohercendum brachio potentie nostre quosuis rebelles et infideles regie maiestati cum potencia nostri exercitus Croatiam intrassemus, magnifico et illustri viro domino Nicolao totius Sclauonie bano cum tota exercitus sui fortitudine vna nobiscum eunte, habitis vna cum prefato domino bano inter nos ex vna, et nobilem adolescentem comitem Johannem filium quondam comitis Neliptii de Tign(i) et nobilem dominam dominam Velislauam matrem predicti comitis Johannis parte ex altera, diuersis placitis et tractatibus, tandem ex utraque parte in formam et modum conuenimus et concordauimus infrascriptum, videlicet, quod idem comes Johannes ante omnia castra quatuor videlicet Vnaz, Potcitel, Serb et Stok ad manus regias libere cum omnibus que in suis sunt manibus resignabit, et castrum Tign ac castrum Brec cum omnibus suis pertinenciis retinebit quousque sibi Cethina cum suis pertinenciis et debitis et castrum Clissia insimul presententur et assignentur nostra seu regia potestate, et tunc cum prefata castra, scilicet Ceth(!) et Cliss et ad ipsa spectantia habuerit dictus comes castra predicta, videlicet Tign et Brec, ad manus regias sine questione ac more subterfugio resignabit. Quamdiu vero dictus comes castra sepedicta, scilicet Tign et Brec tenuerit, nobiles in tenutis et pertinentiis dictorum castrorum Tign et Brec manentes, nulli nisi predicto comiti seruire et a nullo nisi ab eodem comite debeant iudicari. Omnia eciam preter predicta que in prefatis literis priuilegialibus regiis continentur, ^salua eidem comiti Johanni et domine matri sue, prout inibi sunt expressa, inuiolabiliter permanebunt. Nosque ipsum comitem Johannem ad opti-

nendum, possidendum et retinendum omnia quecumque sibi per prefatum dominum nostrum regem et nos, ac dictum dominum Nicolaum banum donata, concessa seu promissa existunt, volumus et assumimus fideliter pro uiribus adiuuare, adhoc contra omnem hominem, solo prefato domino nostro rege excepto, qui ipsi comiti Johanni inimicari vellet et ipsum in suis rebus, possessionibus, iuribus uel hominibus indebite notabiliter offendendo, et idem comes talibus iniuriatoribus sua propria potentia resistere non valeret, nos eidem cum per ipsum fuerimus requisiti, assistemus consilio et auxilio efficaci. Prefata igitur omnia et singula de benignitate ac auctoritate prefati domini nostri regis confisi, de consensu et plena uoluntate predicti domini Nicolai bani, sepedicto comiti Johanni promisimus ac insuper una cum predicto domino bano tactis sacrosanctis euangeliis et sanctorum reliquiis, cum duodecim de nostris comitibus, baronibus et nobihbus iurauimus, vt hec ei quamdiu in predictis et aliis prefato domino nostro regi fidelis existet, firmiter obseruentur. Prefati quoque comes et domina mater ipsius, vna cum venerabili patre et domino domino Nicolao episcopo de Tign ac aliis viginti et vno nobilibus suis in literis suis super hoc confectis expressis nobis et predicto domino Nicolao bano, multis nobilibus et notabilibus uiris presentibus, vt semper sint prefato domir.o nostro regi et sancte corone fideles, ac vt hec omnia in quantum eos tangunt inuiolabiliter debeant obseruare, tactis eisdem sacrosanctis ewangeliis et reliquiis iurauerunt. Super quibus omnibus literas nostras fecimus fieri et nostri sigilli appensione muniri. Nomina autem nostrorum nobilium nobiscum coniurantium hec existunt: Wolk voywoda, Paulus filius Chorwatini' Dabyssa Chorwatinus Stephani, Stephanus Drusik, comites Pribislauus Chlappouik, Stephanus celnik, Dragissa filius comitis Stypkonis, Tichcinus filius Vitani, Zerkoe, Ostoya, Rogata, Stypan Goislauik nobiles et iupani. Actum et datum Tignini, in uigilia beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto.

Origtnal na pergameni, na crvenoj vrvci nekoč visio pečat, koji sada fali. U arkivu knezova Esterhazija u Zeljeznom: Rep. 42. fasc. B. no. 9. Vlesnik kr. zem. arkiva god. VII 143.—144.

159.

1345, 27. juna. U Sv. Gjurgju.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potrordjuje slobode Zagrebu.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Stephanus iudex civitatis nostre Grecensis, Mikuch et Nicolaus cives de eadem, suis, item vice et nominibus tocius communitatis civium seu hospitum de eadem ad nostre serenitatis accedentes presenciam exhibuerunt nobis privilegium excellentissimi principis domini Karoli olym incliti regis Hungarie, nostri genitoris karissimi, bone memorie, mediocri cum suo sigillo in partibus transalpinis casualiter deperdito, consignatum, super libertatibus eorum confectum tenoris infrascripti, petentes nostram excellenciam humiliter et devote, ut ipsum nostris litteris inseri faciendo, ipsis confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina od 8. marta 1324.)* Nos itaque iustis et legitimis ipsorum fidelium civium et hospitum nostrorum de Grech peticionibus iure inducente inclinati, dictum privilegium pretacti patris nostri. . . . .confectum de verbo ad verbum presentibus insertum eatenus, quatenus ipsum rite et legitime extitit emanatum. . . . .dicte libertates in eodem explanate iuste. . . . .et eisdem concesse fore dinoscuntur dictis fidelibus ciuibus et hospitibus nostris de Grech ipsum privilegium in sua stabilitate et vigore per omnia permittendo valere in perpetnum confirmamus presencium patrocinio litterarum [nostrarum mediante]. Presentes autem in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum in descensu nostro ultra fluvium Zawa iuxta villam Zengiurg, in festo sancti regis Ladislai, anno domini millesimo CCC°XL quinto.

*Iz originalne poivrde krafya Ljadevila od g. 1359.
Tka/čić Monum. civ. Zagrab. I. 178.—179.*

160.

1345, 29. juna. U Veneciji.

Andrija Dandolo duzd mletalki šalje svoje promdnike i pomoć polrebnu Zadru.

Andreas Dandulo dei gratia dux Venetiarum etc. ut supra, salutem et dilectionis affectum. Curis assiduis ad conservationem vestram et

aliorum nostrorum fidelium et terrarum misimus ad vos et ad partes Sclavoniae nostros provisores, ut circa ea, quae sunt bonoris nostri et salutis vestrae et terrarum nostrarum valeant providere et diligentius procurare, ct quia cognoscimus fidelitatem vestram promptam et ferventem ad nostrum honorem fideliter conservandum, sicut per effectum operis demonstrastis et continue demonstratis, non credimus fore necessarium multum apud vos verbis insistere ad id, quod est dictis nostris insertum taliter inconcusse. Sed tamen hortamur et rogamus fidelitatem vestram, quam clare potest cognoscere benignitatem nostram nostri dominii, quae tota est disposita ad conservationem nostrorum fidelium, qualiter circa honorem et fidelitatem vestram conservandam taliter et sic prompte vos gerere debeatis, quod apud nos possitis omni tempore gratiam promereri, quam invenietis semper promptam et paratam in omni auxilio vestro et succursu, sicut fuerit opportunum, ad quod sollicite vigilamus, de novis autem per vos, comitem significatis, vestram prudentiam commendamus mandantes, ut occurrentia continue de die in diem vestris literis sollicite declaretis, ut informatione percepta a vobis sicut expediet providere de subventione et omnibus aliis opportunis; paramus duas galeas armatas, quas celeriter mittimus ad partes ilias. Data in nostro ducaii palacio, die penultimo iunii, XIII. indictione.

Anonymi Obsidionis jkadren. L. I. c. 10. — Lucius De regno ap. Schwandtner Script. III. 671.

Katona Hist. crit. IX. 369.—370.

Fejer Codex Dipl. Hung. T. IX. v. VI. p. 16.—17.

161.

1345, 29. juna. U Zadru.

Blai Leonardov nolar zadarski kuftitje od Ivana de Pelloso tri dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem miliesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indicione [terciadecima], die penultimo mensis iunii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Cornaro egregii comitis. Confiteor ego Blasius Michaelis Leonardi notarius Jadrensis infrascriptus, me emisse et recepisse a te Johanne condam Cerni de Pelloso, ciue Jadre, ducatos tres boni auri et iusti

ponderis pro soldis quinque denariorum venetorum grossorum, videlicet pro grossis viginti dictorum ducatorum quemlibet. Quos soldos quinque grossorum ego predictus Blasius per me meosque heredcs et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi predicto Johanni tuisque heredibus et successoribus hic Jadre et in omni alio loco, in quo me requisiueris seu duxeris requirendum ad omnem tuam peticionem et requisicionem sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus. Et pena soiuta ucl non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit ubique locorum omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis _ testibus, scilicet Clcmente Nicolai de Clemente et Damiano de Miligosto, ciuibus Jadre, et aliis.

(Drugi rtikopis).

f Ego Nicolaus Damiani de Varicassis iudex examinator examinaui.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio sctmost. sv. Nikole br. 193.

162.

1345*, 7. jula. U Zadru.

Ivan. . . . odgadja samostanu rogovskomu rok. da plait dug.

In dei nomine amen. Anno inCarnationis eiusfdem] . . . . die septirao mensis iulii, Jadre. Tempore domini . . . . et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris. . . . . ac domini Marci Cornari honorabilis comitis civi[tatis Jadre]. [Cum] . . . . frater Michael dei et apostolice sedis gratia abbas [monasterii sanctorum Cosme et] Damiani Jadrensis diocesis teneretur et deberet soluere et . . . . et domini domini Clementis pape sexti certam quantitatem pecunie. . . . . monasterii sibi ab

* Mećemo ovu listinu u god. 1345., u koju bezuvjetno spada. Nadbiskup Nikola Matafaro biskupovao od god. 1333.—1367., ali Marko Cornaro bio fe samo jednom u julu kner zadarski, a to je god. 1345.

eodem domino papa collati prout ipse dominus . . . . sibi centum ducati auri de quantitate pecunie soluende cau . . . . cur Johannes condam Guidi de Matafarris ciuis Jadre ad pre . . . . [prejfati domini abbatis et religiosorum virorum iratrum Dominici et Gregjorii monacorum eiusdem monajsterii ibidem presentium dedit et concessit ex causa veri et puri . . . . abbati recipienti pro se et uice et nomine dicti sui monasterii recipienti pro . . . . dominus abbas et dicti monaci asseruerunt dictos ducatos centum auri . . . . legales currentes Venecie et iusti ponderis persoJuendo et causa soluendi d . . . . perpetue predicte. Quo circa prefatus dominus abbas de uoluntate atque consensu s . . . . qui [ei] ipsi asseruerunt sunt maior et potior pars capituli predicti monasterii, promisit pro se et suis successoribus ac vice et nomine dicti sui monasterii sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando dicto Johanni pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti soluere et dare ei aut eius procuratori cum effectu de plano sine strepitu et flgura iudicii dictos centum ducatos auri sibi mutuatos bonos, legales . . . . et ponderis in ciuitate Jadre in festo natiuitatis domini nostri Jesu Christi proxime futuro et non dicere uel opponere dictam quantitatem ducatorum sibi a dicto Johanne ex dicta causa non fuisse solutam, datam et numeratam, et non allegare contra predicta uel aliquod predictorum siue infrascriptorum aliquod priuilegium, legem, constitutionem uel decretalem siue aliquid aliud, et non recusare aliquem iudicem, sub quo citatus foretjuel conuocatus, et nullam aliam contrariam exceptionem, defensionem seu negationem iuris uel facti specialem uej generalem, nec contra hunc contractum uel contenta in ipso in aliquo facere uel opponere, set omnia et singula in ipso contenta firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto. Quod si dictis loco et termino et, ut. est dictum, non soluerit et omnia et singula in hoc contractu contenta non obseruauerit aut in aliquo contrafecerit, promissit,. ut est dictum, supradicto creditori stipulanti ut supra soluere, eidem pene nomine in singulis capitulis huius contractus quartum dicte [quantitatis] ducatorum in solidum stipulanti promissa, que pena soluta uel non, rata perdurent omnia et singula supra et infrascripta et nichilominus sortem et penam vbicumque locorum et fori in quibus creditor ipse petierit, non obstantibus aliquibus feriis se integre soluturum, in quibus locis et foris in quibus uel in quo creditor ipse uoluerit et se quocumque iudice maluerit possit ex pacto ipsuro debitorem ad predictorum omnium et singulorum solutionem faciendam et ad omnia et singula in hoc contractu contenta efficaciter obseruanda rea-

liter et personaliter conuenire. Et insuper promisit dictus debitor. ut supra, reficere et restituere ipsi creditori omnia et singula dampna, expensas et interesse, que et quas substinuerit in iudicio siue extra uel alio quocumque modo pro ipsa pecunia exigenda, et de hiis credere suo simplici uerbo sine sacramento uel alia probatione aut alicuius cause recognitione, pro quibus omnibus obseruandis dictus debitor, ut supra, obligauit dicto creditori se ipsum personaliter et omnia bona et redditus et prouentus -bonorum dicti monasterii; dans ei creditori plenam et liberam potestatem atque licentiam, ut a termino predicto in antea, si tunc solutio facta non fuerit, possit sua autoritate sine alicuius curie licentia aut denunciatione aliqua et absque preiudicio tantum ex dictorum bonorum prouentibus et ex quibus uoluerit accipere, uendere, alienare uel inpignorare siue apud se iusto precio retinere, quantum sibi sufficiet pro satisfactione tam pene, dampnorum ex expensarum quam sortis; renuncians prefatus debitor ut supra in omnibus et singulis suprascriptis fori, priuilegio, exceptioni sibi non numerate dicte quantitatis ducatorum et exceptioni doli mali, condictioni sine causa in factum actioni, noue ac ueteri constitutioni de duabus dietis edite in conciiio generaii, beneficio restitutionis in integrum et cuilibet consuetudini et statuto et maxime decretali de foro competenti si diligenti omnique decretorum et legum suffragio eidem uel dicto monasterio in aliquo competenti uel competituro. Acta sunt hec et firmata in domo habitationis Marini de Camaruto in ciuitate Jadre, presentibus Vulcinna et Michaele filiis Stefani de Ghinano, ciuibus Jadre, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Martinus Zani de Caicina iudex examinator examinaui.

(Signum uot.).

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et civitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u gubernijaln. arkivu u Zadru, odio samostana rogovskoga no. 92.

Listina je odosgo na Ijevoj strani krnja.

Na hrptu kasnija bilješka: a. 1370.

163.

1345, 10. jula. U Dolu na Braču.

Nadbiskupija spl/ctska daje Desau i sinu joj Kla.nidrugu zevilju u Postcrm na Braču, da sadc vinograd.

In nomine domini dei eterni amen. Anno eiusdem natiuitatis MCCCXLV., indictione XIII., die X. iulii, in Dolo, presentibus Draxoi Thomaxich, Damiano olim magistri Jacobi cancellarii, temporibus equidem illustrissimi et magnifici domini Andree Dandulo dei gratia inclyti ducis Venetiarum, ac venerabilis patris domini Joannis miseratione diuina Farensis et Brachiensis episcopi, et nobilium virorum Donati Quirino dictarum insularum honorabilis potestatis, et domini Joannis Donati eius vicarii et suorum iudicum Micoil Simonis, Nicole Descouich et Luce Korser iudicum Braze. Vladigna Miscouich de Dolo tanquam procurator et factor reuerendi viri domini domini Dominici apostolice sedis gratia dignissimi archiepiscopi Spalatensis, ut de dicta procura publice apparet per quasdam literas dicti domini archiepiscopi bullatas suo sigillo in MCCCXLV, die [2J6. iunii a me notario uisas et lectas, dictus Vladigna nomine dicti domini archiepiscopi inuestiuit et locauit Desaze.et filio suo Clanidrugo quinque vretenos terre positos in Posterna iuxta dictum Vladignam et iuxta Jurai Xlesenich et iuxta figarios Dragani Berini tali pacto, quod dicta Desaza et Clanidrugus eius filius debeant pastinare dictos quinque vretenos usque ad sex annos proxime uenturos et bcne laborare ipsos secundum usum insule, et si dicta Desaza et Clanidrugus eius filius non pastinabunt dictos quinque vretenos ad supradictum terminum, quod incurrant in penam omnium damnorum, interesse et expensarum credendo de omni damno, expensis et interesse soli uerbo simplici ipsius Viadigne uel alterius qui loco sui pro tempore fuerit sine iuramento et alia probatione; ea uero ratione, ut a modo in antea dicta Desaza et Clanidrugus et sui heredes debeant habere, tenere et possidere et omnem suam utilitatem ex ipsis facere cum omnibus suis habenciis et pertinenciis. Promittens dictus Vladigna nomine quo supra dictis Desaze et Clanidrugo et suis heredibus dictos vretenos ab omni persona et vniuersitate legitime deffendere et excalumniare sub pena damnorum, expensarum litis et extra cum obligatione bonorum dicti domini archiepiscopi. Ad hec predicti Desaza et Clanidrugus eius filius per se et suos heredes promiserunt dare et respondere annuatim dicto domino archiepiscopo uel suo nomine quartam partem

omnium frugum nascentium in predictis vretenis sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum.

f Ego Nicholaus Boseta vicarius Braze manum meam misi.

(Signuiu not.).

Et ego Antonius condam domini Guizardi negotiatoris de Padua imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus cancellarius Braze hiis omnibus—mterfui et rogatus scripsi.

Iz Descr. della mensa (XVII. vijeka) fol. 181.—183. u arkivu biskupije u Spljetu.

164.

1345, 10. jula. U Dolu na Braeu.

Nadbiskupija sp/jefska daje Jurju Žlezeniću zemlju u Postemi na Braču. da sadi vinograd.

In nomine domini dei eterni amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCXXXXV, indictione XIII., die X. mensis iulii, iri Dolo, presentibus Draxoi Thomassich, Damiano olim magistn Jacobi cancellarii, temporibus equidem illustrissimi et magnifici domini domini Andree Dandulo dei gratia inclyti ducis Venetiarum, ac venerabilis patris domini Joannis miseratione diuina Farensis et Brachiensis episcopi, et nobilis viri domini Donati Quirino dictarum insularum honorabilis potestatis et domini Joannis Donati eius vicarii, et suorum iudicum Micoil Simonis, Nicole Descouich et Luce Corser iudicum Braze. Vladigna Miscouich de Dolo tanquam procurator et factor reuerendi viri domini domini Dominici apostolice sedis gratia dignissimi archiepiscopi Spalatensis, ut de dicta procuratione publice apparet per quasdam litteras dicti domini archiepiscopi bullatas suo sigillo et MCCCXLV., indictione XIII, die 26. mensis iunii a me notario uisa et lecta; dictus Vladigna nomine dicti domini archiepiscopi inuestiuit et locauit Jurei Xlesenich de Dolo recipienti pro se, suis heredibus sex vretenos terre positos a(!) Posterna iuxta vineam dicti Vladigne et iuxta mare et iuxta uineam Negoi Berini tali pacto, quod dictus Jurei debeat pastinare dictos sex vretenos usque ad sex annos proxime uenturos et bene laborare ipsos secundum usum insule, et si dictus Jure non pastinabit dictos sex vretenos ad supradictum tempus, quod incurrat in pena damnorum et interesse et expensarum credendo de omni dampno interesse et expensis soli simplici uerbo ipsius Vladigne vel alterius qui loco sui pro tempore fuerit sine

iuramento ac probatione; ea uero ratione, ut a modo in antea predictus Jurai (!) et sui heredes debeant habere, tenere et possidere et omnem suam uoluntatem ex ipsis facere cum omnibus suis habenciis et pertinenciis. Promittens dictus Vladigna nomine quo supra dicto Jurei stipulanti pro se et suis heredibus dictos vretenos ab omni persona et vniuersitate legitime deffendere et excalumniare sub pena quarti damnorum et expensarum litis et extra, cum obligatione bonorum dicti domini archiepiscopi. Ad hec predictus Jurei promisit dare et respondere annuatim dicto domino archiepiscopo uel suo nomine quartam partem omnium frugum nascentium in dictis sex vretenis sub ipsa pena quarti pluris valoris damnorum et expensarum Iitis et extra cum obligatione omnium suorum bonorum.

f Ego Nicolaus Boseta vicarius[1] Braze manu mea scripsi.

Ego Antonius condam domini Guizardi negociatoris de Padua imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus cancellarius Brazie(!) his omnibus interfui et rogatus scripsi.

Iz Desc. della mensa (XYIl. vijeka.) fol. 180.—181. u arkivu bisktt-pije u Spljetu.

165.

1345, 10. jula. U Veneeiji.

Andrija Dandolo dužd mletački Marku Komaru kitezu zadarskom, da bude spreman na obranu Zadra.

Andreas Dandulo Venetiae, Dalmatiae etc. . . . (Marco Cornarto etc. comiti Jadrae etc.) salutem et dilectionis affectum. Habuimus per literas provisorum nostrorum existentium in partibus Sclavoniae p!enam notitiam de constantia et fidelitate, quam ad nostrum dominium p^ompte geritis et habetis, de quibus fidelitatem vestram merito commendamus, hortantes vestram prudentiam, qualiter circa conservationem nostri honoris illaesam, et bonum vestrum quod proprium reputamus, sollicite et fideliter insistatis, sumus enim ferventer dispositi et parati ad conservationem vestram pariter et bonum, ac de gente et alio necessario subsidio vobis subveniri intendimus, sicut fuerit opportunum. Datum in nostro palatio, die X. iulii, XIII. indictione.

Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. XI, Lucil edit. Atust. p. 390.
Katona Ilist. crit. IX. 371.

[1] Pisano dva puta.

166.

1345, 18. jula. U Veneciji.

Andrija Dandulo duzd mletački općini zndarskoj, da će im doći pomoć.

Andreas Dandulo dei gratia Venetiae, Dalmatiae atque Crovatiae dux etc. (communi Jadrae etc.) salutem et dilectionis afectum. Tam per litteras vestri comitis, quam provisorum nostrorum quos destinavimus ad partes Sclavoniae fidem et devotionem, quam ad nostrum commune geritis et habetis, quae modo intenditis sub debito vestrae fidelitatis conseruare, cognovimus manifeste, pro quibus vestram fidelitatem plurimum commendamus. Nos ergo circa compromissionem et defensionem civitatis vestrae, personarum bonorumque vestrorum prout operibus et inditiis manifestis audire plenius potuistis, totis viribus anhelamus, tamquam illi, qui statum vestrum prosperum, velut proprium omni tempore peroptamus. Datum in nostro ducali palatio, die XVIII. iulii, XIII. indictione.

Obsidiouis Jadren. Lib. I. cap. XII. Lucii edit. Amst. p. 391.
Katona Ilist. crit. IX. 371.—372.

167.

1345, 20. jula. U Kolkatfeu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu kralja Karla od 13. oktobra 1322., sadržavajući listinu kralja Bele od g. 1263., kojom se ostavljaju sve pravice plemićima Lapčanima.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod comes Jurgh filius Hemmygh de Lapuch suo, item • vice et nominibus vniuersorum nobilium de eadem Lapuch ad nostre maiestatis accedendo presenciam exhibuit nobis quoddaro priuilegium excellentissimi principis domini Karoii quondam incliti regis Hungarie patris nostri karissimi recolende memorie, priori et antiquiori sigillo suo consignatum, priuilegium domini Bele olim incliti regis Hungarie proaui nostri super libertatibus eorum confectum confirmans tenoris infrascripti, petens nostram sublimitatem prece subiectiua, vt eisdem dictum priuilegium patns

nostri confirmare de regia benignitate dignaremur. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od 13. oktobra 1322.).* Nos itaque peticionibus eiusdem comitis Jurgh de Lapucb suo et vice ac nominibus uniuersorum nobilium de eadem nostre maiestati porrectis inclinati, dictas litteras priuilegiales pretacti patris nostri prefatum priuilegium domini Bele regis proaui nostri karissimi confirmantes de uerbo ad uerbum presentibus inseri faciendo eatenus, quatenus eedem super libertatibus eorundem de Lapuch rite et legitime existunt emanate, eisdem et eorum posteris in perpetuum valere confirmamus presencium nostrarum patrocinio litterarum, ipsis tamen nobilibus de Lapuch nobis et in persona nostra banis tocius Sclauonie nunc et pro tempore constitutis, fideliter seruituris. Datum in descensu nostro in Kolkatfeu, feria quarta proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno domini MCCC. quadragesimo quinto.

Iz potvrde istoga kralja od 26. jula 1355.
Ova potvrda u arkivu iugoslaz'enske akademije u Zagrebu: Diploinata a. 1263.

1345, 23. jula. U Veneciji.

Andrija Dandolo đužd mletački bodri na obranu kneza i općinu zadarsku.

Andreas Dandulo dei gratia Venetiarum et Dalmatiae etc. dux . . . [Marco Cornario etc. comiti Jadrae etc. et communi Jadrae] etc. salutem et dilectionis affectum. Denotamus vobis, quod ad vestram et ad aliorum nostrorum fidelium et terrarum Slavoniae securitatem et conservationem totis viribus eligere et facere nostrum capitaneum generalem, quem cum nostris galeis et armata breviter ad ipsas partes mittemus, parati etiam omni alio subsidio subvenire, ut videbimus convenire, hortantes fideiitatem vestram quaerimus perseverare in fidelitate vestra constanter, sic vos in cunctis occurrentibus fideliter et prompte habere studeatis, quod nostram gratiam valeatis uberius promereri, et cognoscamus operis per effectum vestram dispositionem in omnibus nostris honoribus fideliter praeparatam, ut confidimus et speramus. De novis autem sitis solliciti inquirere, et nobis facere manifesta. Dati(!) in nostro ducali palatio, die XXIII. **iulii, XIII.** indictione.

Obsidionis Jadrens. Lib. I. cap. XIII. Lncii ed. Amst. pag. 391.
Katona Ilist. crit. IX. 372.— 373.

169.

1345, 25. jula. U Zadru.

Xotarski prijepis listinc kralja Stjepana JII. od g. 1106. glede Rogova, Vrbice i Kamenjana.

Hoc est exemplum quarumdam licteraium(!) regalium sigillo aureo bullatarum pendenti in medio ad filum siue cordulam de serica rubeam, in quo quidem sigillo ab vna. parte erant scripte lictere sic dicentes: Sigillum Stephani regis; et ab aiia parte eiusdem sigilli erat quedam ymago regalis sedentis in soiio sculpta, tenens in manu destera(!) crucem et in sinistra manu quendam florem. Ouarum licterarum tenor sequitur in hunc modum: *(Slijedi listina kralja Stjepana III. od god. 1166.)* In nomine domini amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecenteximo(!) quadrageximo (!) quinto, indictione tercia decima, die viceximo (!) quinto mensis iuiii, pontificatus sanctissimi patris condam(!) domini Clementis diuina prouidentia pape sexti anno tercio, hoc exemplum per me Jacobum subscriptum notarium sumptum ex auctenticis regalibus licteris sigillo aureo, ut prefertur munitis, nil addito uel mutato quod sensum mutet uel uariet intellectum, fuit in presentia venerabilis in Christi patris et domini domini Nicolay de Mactafarof!) decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, a me ipso Jacobo et aliis infrascriptis notariis publicis diligenter cum auctenticis licteris absculatum(!), et cum idem venerabilis pater dominus Nicolaus archiepiscopus pro tribunali sedens in maiori sale(!) archiepiscopatus cognouerit illud cum eisdem auctenticis licteris regalibus per omnia concordare, in ipsius exempli fidem et testimonium suam auctoritatem interposuit et decretum coram domino presbitero Vito de Spingarolo et Francisco de Cernuncho ciuibus nobilibus de Jadra et ser. Turino de Bononia notario eiusdem domini archiepiscopi, testibus ibidem vc-catis, habitis et rogatis Et insuper ad maiorem cautelam et predictorum euidentiam pleniorem idem dominus archiepiscopus nec non prior et vicarius fratrum ordinis Predicatorum et Minorum de Jadra iusserunt eorum et conuentus sigilla(!) appensione muniri.

(Drugi rukopisj.

. Ego Antonius Gramidocis filius condam Pagani de Qouenis Cremonensis imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, qtiia hoc exemplum cum suo autentico concordare inueni, ideo me subsscripssid) et signum meum aposui eonsuetum.

(Signum not.J • •

(Drugi rukopisi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, quia hoc exemplum cum suo auctentico cqncordare inueni, ideo me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

(Signum not.l

(Drugi rukopis.j

Ego Nicolaus Michaelis Leonardi publicus ciuitatis Jadre notarius, quia hoc exemplum cum suo auctentico concordare inueni, ideo me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

(Signinu not. i

Ego Jacobus magistri Francisci de Asisio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus suprascriptum exemplum vna cum suprascriptis Antonio et Nicolao notariis publicis iuxta auctenticas Iicteras coram dicto domino archiepiscopo diligenter et fideliter abscultaui et cum eisdem notariis et testibus suprascriptis decreti interpositioni et aliis presens fui, et quia ipsum exemplum cum dicto originali concordare inueni, de ipsius domini archiepiscopi licentia et mandato ad eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi et publicaui et meum signum aposui consuetum.

(Signum not.J

Original u guberniai. arkivu u Zadru, odio samostana rogovskog fasc. III. no. 7.

Na listini vide se tragovi, da su visj'ela o končanim uzicama tri pečata.

170.

1345, 1. augusta. U Zagrebu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvalski ponovno darufe grad Susjed Nikoli Tottt.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magister Nicolaus dictus Toth filius Gregorii filii Johannis de genere Arlandi miles dilectus nobis et fidelis nostre maiestatis presenciam adeundo suas fidelitates et fidelium seruiciorum suorum preclara merita primum excellentissimo principi domino Karolo olym inclito regi Hungarie

patri nostro karissimo bone memorie et demum eo diuina vocacione superueniente ab erumpnis huius seculi direpto nobisque solium regiminis dicti regni Hungarie feliciter transcendentibus suis sudorosis Iaboribus et effusione sanguinis exhibitas et inpensa proponens et declarans a nostra peciit maiestate, vt quoddam castrum suum hereditarium Zumzed uocatum prope Zagrabiam iuxta fluuium Zawe existentts (!) cum suis pertinenciis, quod quondam a predecessoribus suis extiterat occupatum et per banos nostros tocius Sclauonie successiue vsque modo conseruatum, sibi tanquam suum ius hereditarium reddere, restituere et redonare regia benignitate dignaremur, nos itaque, qui ex innata regaii magnificencia singulorum merita nobis fideliter obsequiencium animo debemus metiri pietatis, tum fidelitatibus et seruiciis prelibati magistri Nicolai in diuersis nostris et regni nostri negociis et expedicionibus sincere cum effusione sui sanguinis et multiplicibus grauibus vulneribus exhibitis et inpensis recensitis, cum eciam interuenientibus peticionibus magnificorum baronum, scilicet domini Stephani Boznensis, proximi nostri karissimi et Nicolai tocius Sclauonie banorum, Nicolai palatini et iudicis Comanorum, Stephani woyuode Transsiluani et comitis de Zonuk, Laurencii magistri tawarnicorum nostrorum, magistrorum Oliuerii comitis de Zolio, iudicis curie reginalis, Johannis Gyelety comitis de Turuch, Nicolai Treutul comitis Posoniensis et aliorum quam plurimorum procerum et militum regni nostri habito consilio eorundem prematuro, dictum castrum Zumzed cum omnibus suis villis, vsibus, fructibus, prouentibus et tributis ac patronatibus ecclesiarum, que ab olym ad predecessores suos rite et legitime pertinebant, perpetuo et irreuocabilirer omni eo iure et titulo, quo ad ipsum spectare dinoscuntur sub hys veris metis et antiquis ac terminis censuimus restituendum et reliquimus ac redonauimus litteras nostras per presentes, sine preiudicio iuris alieni, presentes autem promittimus priuilegiari, dum nobis fuerint reportate. Ir. cuius quidem castri et possessionum ad idem pertinencium dominium ipsum magistrum Nicolaum per Rouaz aule nostre militem, hominem nostrum specialem fecimus introduci. Datum Zagrabie, in festo ad uincula sancti Petri apostoli, anno domini M° CCC° XL° quinto.

Iz originalne potvrde kralja Ludovika od 27. februara 1364. na pere;. u kr. ugarskom državnom arkivit u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.593. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 641. ко. 20.

171.

1345, 1. augusta. U Zagrebu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaie kaptolu zagrebackom, da obadje i uspos/avi medje Susjedgrada, vlasnišlva Nikolc zvanog Tota ' od plemena Arlandova.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Zagrabiensis salutem et graciam. Noueritis, quod magister Nicolaus dictus Touth filius Gregorii filii Johannis de genere Arianth (!) miles dilectus nobis et fidelis nostre maiestatis presenciam adeundo suas fidelitates et fidelium seruiciorum suorum preclara merita. primum excellentissimo principi domino Karolo olim inclito regi Hungarie patri nostro karissimo bone memorie et demum eo diuina vocacione superueniente ab erumpnis huius secuii direpto nobisque solium regiminis dicti regni Hungarie feliciter transcendentibus suis sudoriosis laboribus et effusione sanguinis exhibitas et inpensa proponens et declarans a nostra peciit maiestate, ut quoddam castrum suum hereditarium Zumzed uocatum prope Zagrabiam iuxta fluuium Zawe existens cum suis pertinenciis, quod condam a predecessoribus suis extiterat occupatum et per banos nostros tocius Sclauonie successiue vsque modo conseruatum sibi tamquam suum ius hereditarium reddere et restituere ac redonare regia benignitate dignaremur. Nos itaque, qui ex innata regali magnificencia singulorum merita nobis fideliter obsequencium animo debemus metiri pietatis, tum fidelitatibus et seruiciis prelibati magistri Nicolai in diuersis nostris et regni nostri negociis et expedicionibus sincere cum effusione sui sanguinis et multiplicibus grauibus vulneribus exhibitis et inpensis recensitis, tum eciam interuenientibus peticionibus magnificorum baronum, scilicet domini Stephani Boznensis, proximi nostri karissimi et Nicolai tocius Sclauonie banorum, Nicolai palatini et iudicis Comanorum, Stephani woyuode Transsiluani et comitis de Zonuk, Laurencii magistri tauarnicorum nostrorum, magistri Olyuen comitis de Zolio, iudicis curie reginalis. lohannis Gyelety comitis de Turuch, Nicolai Treutul comitis Posoniensis et aliorum quam plurium procerum et militum regni nostri habito consilio eorundem prematuro, dictum castrum Zumzed cum omnibus suis villis, usibus, fructibus, prouentibus et tributis ac patronatibus ecclesiarum, que ab olim ad predecessores suos rite et legitime pertinebant, perpetuo et irreuocabiliter omni eo iure et titulo, quo ad ipsum spectare dinoscuntur censuimus restituendum, quod nunc circumquaque metaii reambulacione indigeret; quare fidelitati vestre firmiter

precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Rouaz filius Bythow aule nostre miles fidelis, uel ipso absente Martinus de Rakonuk accedendo dictum castrum cum dictis suis pertinenciis per suas veras metas reambulando et nouas iuxta veteres ubi necesse fuerit erigendo statuat dicto magistro Nicolao perpetuo possidendum si per quempiam aliubi non fuerit contradictum ; contradictoribus autem si qui fuerint contra eundem ad nostram presenciam legitime euocatis et tandem seriem tocius facti cum cursibus metarum si necesse fuerit nobis fideliter rescribatis. Datum Zagrabie, in festo ad uincula sancti Petri apostoli, anno domini MCCCXL^{0} quinto.

Iz pisma kapt. zagreb. kralju Ljndevitu od 22. marta 1346.; ovo pismo iz prijepisa istoga kaptola od 29. marta 1346.

Originat potonjeg prijepisa n arkivu jutroslavenske akademije u Zagrebu: Diplotnata a. 1345.

172.

1345, 5. augusta. U lastovu.

Prodaje se zemlja.

In Christi iTomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, die quinto mense augusti, indictione decima tercia. .actum Laguste. Ad hoc uocati et rogati Marin Bogdenich, Jacob Chrancouich, Prodan Stanich pro testimoni(!), ubi Prodan Radenich vendidit et donauit ad Drasoe fabro vnam terram pro triginta solidis, quos ab ipso dicto Drasoio(!) dictus Prodan recepit pro predicta tena, que terra est in campo qui dicitur Pergoue Podubrelie. • Que terra confinat de eleuante (!) cum Bratos Mestichnich et de parte ponente cum Jursa Petragich, de parte tramontana cum Stoico Miloeuich; ut. ipse dictus Drasoe dictam terram teneat, cum dei benedictione possideat et omne uelle suum de ipsa terra faciat, sicut de suo proprio uendendo, donando et [pro] anima sua dimitendo, ut nullus sibi aliquam molestiam faciat; et hec uendicio fuit preconisata per Radislem preconem, sed scripta fuit tempore domini Jacobi de Montealto -et suis(!) iudicibus(l) Micoel (!) Grubenich, Bratol Mestichnich et Jacob Gislicb.

(Dmgi rukopisj.

f Et ego Jacobus de Montealto comes Lauste mea manu misi.

(Signum not.j.

Et ego presbyter Petrus filius condam Nicolai Thotonici (!) capellanus et iuratus notarius comunis Laguste hec scripsi et roboraui et meo signo solito signaui.

Origiual u arkivu dubrovačkoiu. — Zbirka Saec. XIV.

173.

1345, 21. augusta. U Zagrebu.

Nikola ban dafe Antoniju plemiću iz Ađoravča vlast, da progoni Dešena od plemena Scerche, ito je ubio njegovog brata Dionisija, pa nije htio platiti krvarine.

[Nicolaus tociujs Sclauonie et Croacie banus significamus quibus expedit vniuersis, quod Anthonfius] . . . . [no]bilis iobagio castri de Maurocha et de Glaunicha ad nostram personaliter accedens presenciam . . . . . . Desen filius Wlkoy de genere Scerche Dionisium fratrem eiusdem carnalem sine suis culpis et meritis dirigentibus interfecisset, in cuius homicidio in presencia nobilium virorum pristaldorum per partes adductorum, uidelicet comitis Georgi filii Ozias et Georgii filii Tatar ac Gregorii filii Radeni et Radizlai filii Raden Vduornuck dicti conuenissent eo modo, quod primam solucionem, uidelicet octo marcas solueret in festo sancti Mickahelis(l) arkangeli(l), quam soluit, ut debebat. residuas uero duas soluciones, videlicet nouem marcas in festo purificacionis virginis gloriose et terciam • solucionem iterum in festo sancti Jacobi apostoli; cum nunc tercia reuolucio in festo sancti Michaelis archangeli aduenit annualis, non soluisset nec soluere curasset, et cum nos propter maiorem cautelam iuris et iusticie euidenciam prescriptos pristaldos [ad nostram presenciam per predictum Anthonium euocari fecissemus, si dictis eiusdem Anthonii ueritas suffragatur nec ne, idem Anthonius suos pristaldos prenominatos et prescriptos constituit coram nobis, ut debebat, qui personaliter coram nobis et nobilibus regni nobiscum existentibus retulerunt vi[ua voc]e, quod predictus Descen primam solucionem, uidelicet octo marcas persoluisset et residuas duas soluciones soluere neglecsisset (!), ob hoc, quia secundam et terciam solucionem soluere non curauit, preterea ipsam primam solucionem amittat eo facto, Anthonius uero prenotatus suam accionem cum ad hoc se locus obtulerit et facultas, extunc mediante iuris moderamine prosequendi habeat facultatem. Datum Zagrabie, secundo die festiuitatis sancti regis Stephani, anno domini MCOCXL" quinto.

Origmal na papiru u arkivu jitgoslavenske akademije u Zagre&u: Diplomata a. 1345.

Na listini nalazi sc trag okrugla pritisnuta fiečata.

174.

1345, 23. augusta. U Stolnom Biogradu.

Pred stolnobiogradskim kaptoloiu da.ruje Egidij sin Petra svoj posjcd Bukovicu u krizevačkoj županiji svomu rodjaku Pavlu mestru tavemika.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam intuentibus salutem in eo qui est vera salus, dans quietem omnibus et salutem. Ne sub ymagine veritatis inimica faisitas latibulum habeat, prouida mens hominum hoc remedium adinuenit, ut ea que vlteriori digna sunt memorie, saltem que donantur vel emuntur, testimonio litterarum commendentur et corroborentur, quatenus illa possidentibus salua permaneant, fiant vero calumpniantibus aliena. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vir nobilis et honestus magister Egidius filius Petri nobilis de Bukoucha vnacum nobiii domina Anna nuncupata karissima coniuge seu consorte sua, filia videlicet magnifici viri Petri quondam woyuode ab vna, item magnificus vir Paulus magister tauarnicorum domine regine vnacum honorabili et discreto viro magistro Johanne preposito ecclesie sancti Johannis Baptiste de Quinqueecclesiis, qui tam pro se quam pro magistris Stephano comite Zaladiensi et Paulo fratribus suis vterinis, filiis scilicet predicti Pauli magistri tauarnicorum parte ab altera coram nobis personaliter constituti, per prefatum magistrum Egidium et dominam annotatam propositum extitit concorditer et vnanimiter viua voce et relatum, quod ipse vnacum predicta domina sua parili et vnanimi voluntate, ut premisimus, racione proximitatis et consanguinitatis, que inter ipsum et.predictos magistros Paulum magistrum tauarnicorum et filios suos indissolubilis est et extitit maxime pro eo, quia creator omnium ipsos heredum solacio orbasset et priuasset, ipsos sibi in heredes suscipiendo et adoptando possessionem suam Bokoucham vocatam in comitatu Kyrisiensi(l) existentem cum aliis possessio-

nibus ad eandetn pertinentibus quouis nomine vocitatis, spectantibus et pertinentibus ad eandem. tam titulo hereditario quam alio ad ipsum spectantibus et pertinentibus, specialiter autem possessiones infrascriptas, scilicet Zenthmiklous, Mochnik. Kechkonchon, Dobrafolua, Borschanch et aliis cum ad easdem spectantibus cuni omnibus vtilitatibus earundem ad easdem pertinentibus, condicione et pacto infrascriptis predictis Pauio magistro tauarnicorum et filiis suis et per eos eorum heredibus et posteritatibus heredumque per heredes de licencia quondam domini Karoli dei gracia incliti regis Hungarie pie et felicis recordacionis et domine Elyzabeth eadem gracia regine Hungarie consortis dicti domini Ivaroli. prout in eorundem iitteris plenius vidimus contineri, iure perempni et inreuocabiliter dedisset, donasset, tradidisset, perpetuasset quiete et pacifice possidcndas, tenendas pariter et habendas, ymo dedit et perpetuauit coram nobis, eo tamen moderamine et vinculo interiecto, quod quamdiu ipsum et dominam suam creator omnium in hoc seculo conseruaret, easdem possessiones pleno iure possidebunt ut veri domini sicut et in antea, et si quem ipsorum creator omnium de hoc seculo ad superne sedis gloriam feliciter fruiturum vocaret seu emigrari faceret, semper superstes seu superuiuens vsque ad consummacionem dierum suorum omnes possessiones superius annotatas cum omnibus utiiitatibus earundem possidebit pleno iure, contradiccione sepefatorum magistrorum non obstante, et si sepefati magistri vel aliquis ex ipsis ipsos vsque ad vitam ipsorum in aliquo perturbaret et ad dictas possessiones se aliqualiter intromitteret et cosdem in iuribus ipsorum offenderet vel offendere attemptaret, extunc dictam donacionem omnium supra memoratarum possessionum et insuper porcionariam possessionem ipsum vel ipsos iure hereditario. contingcntem in Gara habitam et existentem cum vniuersis utilitatibus ad eandem pertinentibus amitteret vel amitterent eo facto, sicut se prefatus magnificus vir Paulus magister tauarnicorum propria in persona et honorabilis vir dominus Johannes prepositus ecclesie pretitulate sua et predictorum magistrorum Stephani et Pauli fratrum suorum in persona ad premissa obseruanda coram nobis obligarunt spontanea voluntate. In cuius donacionis et perpetuacionis memoriam firmitatemque et stabilitatem perpetuam ad peticionem vtrarumque parcium presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri autentici pro ipsis partibus munimine roboratas et consignatas per litteras alphabeticales iutercisas. Datum anno dominice incarnacionis millesimo trecentessimo quadragesimo quinto, decimo kalendas septembris; reuerendo vero et discreto magistro Tatamiro ecclesie nostre preposito auleque regie vicecancellario, prelato nostro, discretis viris et

honestis magistris Johanne cantore et altero Johanne custode ac Petro dccano ecclesie nostre existentibus.

A R r

Original u kr. ugar. aržavn. arkivu u Bndi/upesti: M. O. D. L. no. 33.594. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1508. no. i7.

Na hstim visi na seienoj i crvenoj svilenoj vrvci oštećen peeat.

175.

1345, 24. augusta. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaie kaslelanima, sucima i t. d., da ut./eraju desctinu u županiji garićkoj za biskupa zagrebačko°a.

Nos Nicolaus banus tocius Sclauonie uobis vniuersis castellanis, villicis, iudicibus et officialibus nostris in decimacione de Gari« constitutis darous firmiter in mandatis, quatenus decimas de Garig nobilium ioDagionum et populorum ad banatum nostrum spectancium quocumque nomine censeantur, venerabili in Christo patri domino [acobo dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensi episcopo, compatri nostro reuerendo lioc anno debitas, decimatoribus suis, presencium exhibitoribus dicare permitti faciatis et dicatas exsolui compellatis ex integro nostra auctoritate mediante; rebelles ad soluendum cum iudiciis banatus consuetis artantes sine dilacione aliquali. Datum Zagrabie, in festo beati Bartholomei[1] apostoli, anno domini MCCCXL quinto.

Iz kodeksa : Ltber priuileg. episc. Zagrab. list. 21.

Kodeks 7i arkivu nadbiskupije u Zagrebu: L B. IX. 167.

176.

1345, 25. augusta. U Višegradu.

Kralj Ljudevit Zadranima dolazi u pomoć.

Ludovicus dei gratia rex Vngariae, nobilibus viris iudicibus, consiho et communi civitatis Jadrae animum ad grata paratum cum salute. Nuntiavit nobis Nicolaus banus totius Slavoniae necessitatem vestram super qua sciatis: Ecce processimus cum tota potentia nostra iuvare <vos et

[1] Pisano: Barthomei.

praeparamus celeri gressu succurrere vobis, unde viriliter vos teneatis et regatis. Data sub Alto castro, die XXV. mensis augusti.

Anonytui: Obsidionis jfadrcn. L. I. c. '23.
Katona Idist. crit. IX. 383.
Fejer Cod. dipl. Hung. IX. I. p. 555.

177.

1345, 26. **augusta. U Višegradu.**

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski oslobadja gradjane zagrebačke za pet godina od svake kontribucije.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia fideles cives et hospitcs nostri de monte Gerech, nunc per nostrum exercitum in Croaciam habitum multa dampna passi extiterunt, pro quibus eis quatuor annorum libertatem contuleramus; et quia nunc Demetrius iuratus, civis ipsorum, nobis et domine regine dampna plurima post festinum recessum et reditum nostrum per nostros sequaces dictos fideles cives nostros, per quos ad nos extiterat destinatus, passos extitisse, querimonialiter propalabat, ob hoc nos ipsis compacientes, libertatem unius anni supra dictos quatuor annos duximus superaddendum, ita, ut computatis dictis quatuor annis prius eis pro gracia et libertate concessis, quinque annorum curriculis libertate sine omni collecta et debito nobis provenienti pacifice perfruantur cives et hospites nostri de monte Gerech antedicti. Datum in Wyssegrad, tercio die festi beati Bartholomei apostoli, anno domini MCCCXL quinto.

Original u ark. jugosl. akad. — Drtigi primjerak u ark. grada Zagreba. — Na ledjhua ostanak pritisnuta pečata.
Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 17$.

178.

1345, 17. septembra. U Zadru.

Miroje sin Radoslavov, podnmk samostana sv. Nikole u Blatu, pravi svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indiccione tercia decima, die decimo septimo mensis septembris, Jadre. Tempore reuerendi in Christo patris domini Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, [adrensis archiepiscopi, ac dominorum Pauli de Varicassis, Thomasi Benedicti de Matafaro et Nicolay de Vitcoro honorabilium rectorum fadre. Cum morte nil sit cercius et dies mortis ab omnibus ignoretur, idcirco ego Miroy filius condam Radoslaui villanus monasterii sancti Nicolay ad Blata, nunc habitator Jadre, licet infirmus corporc, sanam tamen per dei graciam habens mentem et intellectum, predicta considerans tale de bonis meis omnibus valentibus a libris centum paruorum infra facio et ordino testamentum, in quo meos fidei commissarios esse constituo et ordino Coyllum condam Sergii de Cessamo ciuem Jadre et Thicham socrum meam, ut sicut hic desposuero, sic dicti commissarii mei post obitum meum de bonis meis debeat(S) adimplere, firmumque sit ac ratum perpetuo. In primis ordino celebrari pro anima mea missas quinquaginta; item dimitto modia duo frumenti faciendum ex eo prandia, cenas et alia necessaria in obitu meo; item dimitto Vidoyo fratri meo libras septem paruorum ex libris quatuordecim, in quibus mihi tenetur ipsc, reliquas libras septem uolo, quod idem frater meus det dominis commissariis meis; item uolo et ordino, quod vendatur domus mea oosita in confinio sancte Anastasie, et ex precio quod percipietur exinde dimitto Vlade uxori mee libras quindecim paruorum; item dimitto dicte Vlade uxori mee totam unam meam vineam positam ad Blatam super terram dicti monasterii sancti Nicolay faciendum ex predictis rebus sibi Jegatis suum velle sicut de suo proprio; omnia alia bona mea mihi quoquomodo et iure pertinencia ordino distribui inter pauperes Christi, quos mihi heredes instituo. Et ita hoc meum ultimum testamentum firmum uolo esse perpetuo, quod valere uolo iure testamenti; et si iure testamenti non valeret, saltem iure chodicillorum(!) valeat et cuiuslibet alterius ultime uoluntatis. Quibus commissariis meis do et concedo post obitum meum illam plenissimam uirtutem et potestatem, quam quilibet veri et legiptimi(f) commissarii alicuius uel aliquorum habere possunt in iudicio et extra nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum

coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dragoslauo condam Dragoslaui uillano dicti monasterii ibidem et Stoissa condam Prodani eciam villano dicti monasterii ibidem et aliis.

Ego Nicolaus Michaelis Leonardi publicus ciuitatis Jadre notarius predictis omnibus interfui rogatus, ut audiui scripsi et signo meo ac nomine roboraui.

' Signitiu lio1.i

Original H arkivu sanwstaua sv. Marije u Zadru. a. 1345.

179.

1345, 22. **septembra. U Zagrebu.**

Ban Nikola potvrdjuje, da su Nikoli Ludbreškoin po kaptolu zagrebačkom izručene zemlje i posjedi bez nasljednika umrvših gradjana i Ijudi u Glavmci i Moravću, koj'e mu je kralj Karlo g. 1326. darovao.

Nos Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus memorie cornrnendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum magister Nicolaus filius Petri de Ludbreg ad nostram accedendo presenciam quoddam priuilegium excellentissimi et magnifici principis domini Karoli dei gracia olyrn incliti regis Hungarie pie memorie et medioiri suo sigillo anno domini M° CCC° vicesimo sexto confectum nobis exhibere curasset, cuius continencia vniuersas terras sev possessiones in quibus . . - . - . castrenses existunt et alias terras que siue sint castri sui siue nobilium et hominum siue herede decedencium quocunque nomine nuncupatas in districtibus GIonicha(!) et Morocha vocatis existentes, que de iure et iuste ad suam pertinuissent collacionem, saluis terris et possessionibus nobilium siue exercitualium iobagionum castri in dictis districtibus habitis, cum omnibus predictarum terrarum et possessionum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub eisdem metis et terminis quibuslibet per prefatos castrenses et homines sine herede decedentis(!) prius habite extitissent et possesse, prefato magistro Nicolao filio Petri pro suis fidelitatibus et seruičiorum multimodis meritis ac capcione castri sui Ludbreg vocati per infideles regis, scilicet filios Herrici bani perpetuo in filios filiorum suorum per ipsum dominum Karolum regem dedisse et donasse exprimebat, vt in eisdem plenius continetur, supplicans nobis, vt predictas terras et possessiones Castrensium et hominum sine herede decedencium modo premisso in predictis

duobus districtibus Glonicha et Morocha existentes, mediante homine nostro a possessionibus vniuersorum nobilium et ignobilium dictarum prouinciarum separando, sibi iuxta collacionem regiam statui iaceremus; ct quia super iamdictis terris et possessionibus ipse magister Nicolaus eificacia instrumenta nobis exhibebat et eciam serenissimus princeps dominus Lodouicus dei gracia mclitus rex Hungarie iuxta seriem suorum instrumentorum ipsi magistro Nicolao restitui nobis edicebat iure mediante, nos vnacum discretis viris dominis Johanne archidiacono de Gerche(!) et Johanne decano, canonicis Zagrabiensis ecclesie, testimoniis eiusdem capituli et iudicibus per ipsum magistrum Nicolaum ab vna. et vniuersos nobiles ac iobagiones castri de dictis duobus districtibus Glonicha et Morocha parte ab altera, iuxta seriem et formam litierarum eiusdem capituli Zagrabiensis ecclesie spotanea voluntate assumptis, Demetrium filium Iwan hominem nostrum ad separandas et restituendas terras et possessiones castri et castrensium et hominum sine herede decedencium in dictis duobus districtibus existentes deputantes misissemus, tandem predictum capitulum Zagrabiense eorum litteris mediantibus nobis scripserunt, quod predicti eorum testimonii(i) et iudices coram prefato Demetrio homine nostro omnes terras et possessiones castrensium et hominum sine herede decedencium in dictis duobus districtibus existentes a possessionibus vniuersorum nobilium et iobagionum castri dictarum prouinciarum separando ipsi magistro Nicolao statuissent possidendas, quas quidem statuciones ratas habentes et firmas omnes terras et possessiones quarum nomina in litteris sepedicti capituli Zagrabiensis expresse continentur, ipsi magistro Nicolao et suis posteritatibus eo iure, quo sibi attinere dignoscuntur sine preiudicio iuris alieni relinquimus perpetuo possidendas, tenendas et habendas. In cuius rei memoriam, perpetuam firmitatem presentes eidem magistro Nicolao concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Zagrabia, in quindenis natiuitatis gloriose virginis Marie, anno domini M°. CCC°. XL° quinto.

Originai na pergaiu. u kr. ugar. državuoiu arkivu u Budiinpešti: M. 0. D. L. 110. 33.339. — Stara sign. : N. R. A. fasc. 446. uo. H2.

Na lislini visi o crvenoj i iutoj svilenoj vrvci dobro sačuvani peiat 'volovska glava)

180.

1345, 24. **septembra. Q Dubrcvniku.**

Samostan mljetski sv. Bcnedikta oslobadja otočane od svih daća, ah za /o prima godišnji prihod u fofovom.

In Christi nomine amen. Vniuersis et singulis presens puplicum(!i instrumentum inspecturis pateat manifeste, quod nos frater Petrus de Radoco abbas monasterii sancte Marie Melite dyocesis Kagusine et totus conuentus siue omnes monachi seu fratres predicti monasterii. scilicet frater Michael de Sipancha, frater Domassa Antibarensis et frater Johannes de Cattaro, omnes constituti in presentia et audientia reuerendi in Christo patris et domini domini Helie dei et apostolice sedis gratia archiepiscopi Ragusini et totius eius capituli maioris ecclesie Ragusine in archiepiscopali sala ad sonum canpane(I), ,ut moris est, solempniter congregati, de auctoritate, uoluntate et consensu predicti domini archiepiscopi et predicti capituli presentium et consencientium pro bono et augmento siue vtilitate dicti monasterii, que in posterum cedunt ipsi monasterio in augmentum, confitemur. contentamur et facimus manifestum, quod nos de cetero de uoluntate, consensu et auctoritare premissa predictorum dominorum absoluimus, francauimus et in perpetuum totaliter liberauimus omnes et singulas personas et totam vniuersitatem predicte insule Melite ab omni subiectione, seruitutibus, operibus, seruitiis et augaridiis, que et quas ipsi vniuersitas et singulares persone predicto monasterio hactenus facere, operari et seruire tenebantur, ita, quod ab hodie in antea uolumus tam auctoritate premissa quam nostra sint liberi et franchi et in perpetuum, totalitcr absoluti ab omnibus et singulis seruitiis, operibus, factionibus, sarcinis et omnibus augaridiis, pro quibus antiquitus seruire tenebantur monasterio supra dicto. Pro qua absolutione et franchicia ipsa vniuersitas et omnes singulares persone dicte insule predicto monasterio per pactum solemniter appositum dare et soluere teneantur in perpetuum pro debito etnomine debiti annuatim super se et omnia bona eorum yperperos trecentos, habentes, tenentes et possidentes sicut nunc habent et tenent et possident omnia et singula bona eorum mobilia et stabilia in dicta insula Melite existentia cum omnibus eorum iuribus, actionibus et pertinenciis et quod predictis operibus, seruitiis, laboreriis, subiectionibus, augaridiis et seruitutibus de cetero in perpetuum non possimus eos nec eorum aliquem molestare, neque per nos neque per successores nostros ad predictam seruitutem seu ad aliam reuocare seu cogere quocunque modo, iure.

actione. ratione uel causa ex nunc, prout ex tunc eos uel eorum quemlibet in perpetuum a predictis totaliter absoluentes, Aquiliana stipulatione interposita et acceptilatione exinde subsecuta sub pena et obiigatione omnium bonorum dicti monasterii presentium et futurorum, saluis et reseruatis predicto monasterio semper possessionibus infra scriptis, que ipsi monasterio remanent exempte in perpetuum et saluis etiam et semper reseruatis sententia determinatione aliqua omnibus possessionibus illorum de Vladimiro cum omnibus suis iuribus, actionibus et pertinenciis que sibi date fuerant et iudicate per sententiam sup[erius dictajm domini archiepiscopi et eius capituli, saluo quod tenentur semper ipsi per ratam soluere annuatim in perpetuum illud quod sibi. . . . . . . yperperis trecentis supra dictis soluere annuatim. Et istud terrenum est predicte vniuersitatis incipiendo a capite superiori usque ad Zernam cladem, extrahendo vineas que sunt in Babinopogle, que antiquitus fuerunt predicti monasterii et terra que est sub Vodice, quam olim tenebat Lucas de Budue et vinee Valte et terre laborandi et faciendi. . . . . as predicto monasterio solidi decem. Item in capite superiori pro vno terreno, pro quo soluitur annuatim iperperi duodecim. Item est quoddam terrenum rusticorum Valte, quod terrenum uocatur Oscorusindo), istud terrenum pertinet ad rusticos Valte. Et halia (I) terrena que hactenus et antiquitus semper tenuerunt et habuerunt rustici predicti Valte et dicti rustici seu vniuersitas dicte insule non se impediant de Zernaclada usque ad caput inferius predicte insule nec in Jaborando nec in pastinando usque ad vnam portam que uocatur Losum, et omnia scoJea que sunt circum circa predictam insulam Melitte tam in portu pallatii quam de portu Progsuri[1] et aliis qui sunt intrinsecus et extrinsecus predicte insule remanent absolute predicto monasterio. Et ipsa vniuersitas siue quelibet domus ipsius vniuersitatis dare et assignare teneatur annuatim in perpetuum in fesio sancti Blasii predicto mo nastterio pro honorantia vnam galinam. Que omnia et singula supra dicta et infra scripta que et qualiter preeileguntur(J), dicta vniuersitas et singulares persone ipsi predicto manasterio annuatim inperpetuum attcndere et adimplere et obseruare promiserunt et conuenerunt et se obligauerunt super se et omnia bona eorum in perpetuum et non contrafacere uel uenire per se uel per alios de iure uel de facto seu modo quocunque sub pena et nomine pene yperperorum mille, de quibus si contrafecerint, applicari debeant camere domini pape yperperi quingenti, alii yperperi quingenti domino archiepiscopo Ragusiuo, qui per tempora fuerit, que pena totiens exigatur cum effectu ab ipsa vniuersitate, quo-

Prožura.

tiens per ipsam vniuersitatem contrafactum fuerit. Qua pena soluta uef non, nichilominus presens obligationis contractus cum eadem adiectione pene semper in omni sui clausularum parte semper in suo robore et firmitate perseueret. Super quibus omnibus et singulis supra dictus abbas et conuentus dicti monasterii nomine et uice ipsius monasterii et tota predicta vniuersitas et singulares persone dicte insule renuntiauerunt expresse et ex certa scientia acceptioni obligationis dicti debiti et liberationis et absolutionis predicte franchitie et factorum hic inde impositorum et legittime rei aliter geste, doli mali, vi, metus infectuum, iuri, iegi et consuetudini que .. . . .prohibent adhiberi et adhibi tam non ualere, singulisque aliis iuribus et exceptionibus, auxiliis, remediis et omnium decretorum auxiliis et omni iudiciario ordini singulisque aliis legibus et statutis tacitis uel expressis, consuetudinibus et induciis cuiuslibet ciuitatis, patrie et loci, quibus uti et adiuare se possent et a presenti obligatione tueri, ac huius scripti tenor posset infringi uel minui uel in aliqua sua parte summere lesionem et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non ualere. Et iutauerunt ambe predicte partes ad sancta dei euangelia corporaliter tacta omnia et singula supradicta attendere, aditnplere et obligare et contra non facere uel uenire modo aliquo uel ingenio de iure uei de iacto sub actis et obiigatione premissis. Et ut premissis omnibus maior fides adhibeatur et ad cautelam omnium predictprum presens instrumentum sigillis canonicorum supra dicti domini archiepiscopi et capituli et predicti manasterii (!) Melitte, cereis pendentibus de mandato eorum est munimine roboratum. Datum et actum Ragusii in archiepiscopale palatium(!), sub anno dotnini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indictione tertia decima, die uigesimo quarto mensis septembris, presentibus nobilibus et discretis viris Zine de Crieua iurato iudice, Petro de Poga et Jone Pauli de Gondola, testibus a(!) predicta uocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes de Finis comunis Ragusii iuratus notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi hoc et publicaui.

Ovjerovljen prijepis 71 dicbrovaekom arkivu. — Z.birka Saec. XIV.
Notarifatska ovjerovnica originalna je od i. marta 1383. od notarcc Ivana Foscha, a vlasloručno potpisaše kao svjcdoci: »Ego Piero de Gondola hidex. Ego Simon de Boncc s:cm testis.*

181.

1345, 25. septembra. U Damašu.

Ljud.evit kralj nalaie banu Nikoh, da uijera u svoiu banatu desetinu za biskupa zagrebaćkog.

Lodouicus dei gracia rex Vngarie fideli suo magnifico viro Nicolao bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter et districte edicto regio precipiendo damus in maudatis, quatenus decirnas venerabilis in Christo patris domini Jacobi episcopi Zagrabiensis vbique in banatu et in tenutis vestris eo modo exsoluere faciatis, prout solucio ipsarum decimarum tempore Mykch condain bani extitit ordinata et eadem ordinacio litteris domini Karoli regis genitoris nostri pie memorie est confirmata. Datum in Damas loco venacionis nostri(!) dominica proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini MCCCXLV.

Iz prijepisa b&na Nikole od 20. oktobra is/e godme.
Prijepis kao i ova listina iz kodeksa: Liber privileg. cpisc. Zagrab. iist. 21.
Kodeks u arkivic nadbiskupije 11 Zagrebic: I. B. IX. H>7.

182.

1345, 7. oktobra. U Zagrebu.

Jakob biskup zagrebački. poklanja dio imanja Vrnepch Ivanu i babi mu Eleni udovi Petra Teutonika.

Nos Jacobus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod nos partem possessionis Vrnepch uocate, quam ad sustentacionem castri de Vgra aplicueramus ex causis certis in eodem comitatu de Vgra existentem* cuius aliam partem Nicolaus filius Mauricii predialis noster possedit et possidet ad honorem Johannis filii eiusdem Nicolai paruuli nostri et ob remedium anime nostre, ut ex ea et utilitatibus suis dominam Elenam relictam Petri Theotonici auam suam dictus Johannes teneatur sustentare usque vitam suam, dedimus ex gracia speciali ipsi Johannis(l) cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis possidendam et tenendam- usque ad beneplacitum nostrum et nostrorum successorum, et per hominem nostrum specialem fecimus ipsos Johannem et Elenam in iamdictam

partem possessionis introduci. In cuius rei memoriam presentibus sigillurn nostrum duximus apponendum. Dafum Zagrabie, in crastino octauaruni festi beati Michaelis archangeli. anno domini MCCCXL" quinto.

Is kođeksa: Liber prit'il. ep. Zag. llst. tsO.
Kodeks n arkirit nadbiskiipije n Zayrebu : 1. B. IX. 167.

183.

1345, 8 okfcobra. — 1373. U Zadru.

Bartolomej notar zadarski prepisnje testamenat Aliliajla sina pokojnog 'fakoba de Zadolinis.

Hoc est copia cuiusdam testamenti, cuius tenor per omnia talis est: In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo. trecentessimo quatragesimo(!) quinto, indiccione quarta decima. die octauo mensis octobris, Jadre. Regnante serenissimo domino nostro domino Lodouico dei gratia inclito rege Hungarie, tempore reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris decretorurn doctoris, Jadrensis archiepiscopi ac dominorum Pauli de Varicassa, Thome de Matafaris et Nicolai de Viticor iudicum, et dominorum Cerne de Fanfongna, Jacobi de Cadolinis et Grisogoni de CJualellis rectorum dicte ciuitatis. Ser MicaeJ condam domini Jacobi de (Jadolinis ciuis Jadre sano per dei graciam mente et sensu, licet corpore lanquens suorum bonorum disposicionem per presens nuncupatum testamentum in hunc modum facere procurauit, in quo fidei commissarios constituit et ordinauit dominam Pribam sororem suam, vxorem condam Damiani de Varicassa et Jacobum, Micaelem et Nicolaum filios suos; in primis itaque reliquit et dari iussit per dictos suos commissarios pro anima sua et suorum deffunctorum libras octingentas paruorum, quas et prout eis in secreto comisit; item reliquit domine Dumpnane uxori sue omnes possessiones positas in insulla sancti Micaelis in locis vocatis Cuclica et Cali, quas possessiones reliquit eidem •de ipsius domine Dumpnane voluntate pro restitutione eius docium et pro uita sua, exceptis vinea sujnradicti Micaelis fillii(!) sui et toto terreno disboscato et dato ac dando ad pastinandum per eundem Micaelem; item voluit, quod quoddam debitum ducatorum centum quatraginta(f) auri cjui dati fuerunt Jacobo supradicto. soluatur de communi societate et massa; item reliquit supradicto Nicolao fillio suo supra partem ducatos sexaginta auri pro expensis destratum suarum quando nupserit, sicut Jacobus et Micael eius fratres pro singulis eorum habuerunt pro

destris suis ; item voluit, quod supradictus Jacobus habeat vnam cultram cendati rubei iure legati, que fuit eidem oblata quando natus fuit, in reliquis uero bonis suis omnibus mobilibus et inmobilibus et in mobilibus iuribus et accionibus instituit sibi heredem predictos Jacobum, Micaelem et Nicolaum fillios suos pro equis porcionibus, hac tamen lege et condicione, quod silicet predicta domina Dumpnana dum visserit(l) et viduauerit sit ipsorum reliquorum bonorum domna et domina et masaria dans et concedens dictis suis comissariis plenissimam potestatem agendi, deffendendi et respondendi, calumpnie et de ueritate dicendi, in ipsius animam iuramenti prestandi et ornnia allia (!) et singuia faciendi, que legitimi comissarii et ipse viuens facere posset, et hanc voluit esse suam vltimam voluntatem, quam valere voluit iure testamenti, et si iure testamenti non valeret, saltem iure codicilorum siue iure cuiuscumque alterius ultime voluntatis quo melius valere potest, ipsamque ab omnibus suis heredibus et sibi ab intestato venientibus obseruando. Acta sunt hec et firmata coram Nicolao condam Volgine de Pechiaro et Johanne Petri de Mathafaris ciuis Jadre, testibus rogatis et aliis.

Ego Marinus de Firmato iudex examinator examinaui.

Ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Ego Damianus de Cipriano examinator hoc testamentum de uerbo ad uerbum concordari inueni cum suo auctenticho(f), manum missi.

Ego Simon de Cucilla iudex examinator hoc testamentum de uerbo ad uerbum concordari inueni cum suo auctenticho, manum missi.

Ego Blaxinus(f) Brocus imperiali auctoritate et ciuitatis Jadre iuratus notarius, quia presens exemplum cum suo auctenticho ascultando vna cum prenominatis examinatoribus et notariis ac infrascripto Bartolomeo notario concordari inueni, ideo in testem me subscripsi.

Et ego Isuardus condam ser Romanati de Romanato ciuis Paduanus et iuratus notarius ad criminalia Jadre, quia presens exemplum cum suo auttenticho ascultando vna cum suprascriptis examinatoribus et notariis concordari inueni, me subscripsi.

Ego Bartholomeus filius ser Paganini de Bononia cancellarius Jadre, publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus hoc exemplum sumptum a quodam exemplo cuiusdam testamenti absumpti a suo originali, scripto in millesimo tricentesimo(!) quatragesimo quinto, indiccione quartadecima, die octauo mensis octobris fideliter scripsi et exemplaui nii addens uel minuens quod senssum mutet aut variet intellectum, meque subscripsi et segnum(!) meum consuetum apposui.

(Drngi rukopis.)

Ego Zaninus Galellus condam Cose de Prode iudex examinator, quia hoc exempium extractum a quodam exemplo testamenti asumpti a suo originali ct ipsum vidi concordari de uerbo ad uerbum me sub scripsi.

(Drugi rukopts).

Ego Damianus condam Grisogoni de Begna iudex examinator Jadrc-quia hoc exemplum extractum a quodam exemplo testamenti asumpti a suo originali et ipsum uidi concordari de uerbo ad uerbum, ideo me subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Petrus dictus Perencanus condam domini Aconis dc Eemi-octis(!), de Padua imperiali auctoritatc et communis Jadie notarius iuratus, quia supradictum exemplum exempli per me cum exemplo excultatum(!) vna cum dictis duobus iudicibus examinatoribus concofdare inueni, me subscripsi signumque meum consuetum apposui.

(Signuiu not.)

P3go Eaurencius de Alesandrcis dc Regio publicus imperiali aucto-ritate aotarius et Jadre iuratus, quia hoc exemplum concordare inueni ut supra, ideo me subscripsi.

(Siguum uot.)

Ego Bartliolomeus filius Johannis de Padua imperiali auctoritate nolarius et Jadre iuratus hoc exemplum sumptum a quodam exempio cuiusdam testamenti .fideliter scripsi et exemplaui dc uerbo ad uerbum prout inueni nil addens uel minuens quod sensum mutet aut variet in-tellectum, .meque subscripsi et signum meum consuetum apposui. anno incarnacionis domini millesimo ,tricentessimo(!) septuagesimo tercio indic-eione vndecima.

(Signum not.)

Originalni notarski prijepis u arkivu jugoslavenskc akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1345.

184.

1345, 12. oktobra. U Avignonu.

Klement VI. papa nadbiskupu kaločkomu, ncka dadc dozvolu fru-Irima sv. Augustina, da mogit prcuzcti crkvu sagradjenu od Stjc-pana iupana piliškoga u Banskovi (Botj monastiru.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri . . . archi-•episcopo Colocensi salutem et apostolicam benedictionem. Pro parte dilecti filii nobilis viri Stephani Emerici dicti Tucos comitis de Pilisio. tue diocesis, fuit expositum coram nobis, quod in oppido suo vocato Botmonostura dicte diocesis est quedam ecclesia a paganis in parte diruta, quc fuit antiquitus, prout cx ipsius dispositione et forma humano videtur iudicio, pro usu aliquorum reiigiosorum incepta, licet hominum non habeatur memoria, quod aliqui religiosi habitaverint in eadem, que quidem ecclesia iam longo tempore inhabiiitata fuisse dicitur, et divino officio caruisse. Quamvis idem comes nunc oppidum ipsum populosum fecerit, et per unum capellanum interdum divina officia in eadem eccle-sia faciat celebrari, tamen dictus comes pro divini cultus augmcnto, ac pro sue ac progenitorum suorum animarum salute dictam ecclcsiam, utpote in suo proprio territorio, reparari et compleri, ac inibi locuni domos et officinas necessarias pro duodecim fratribus ordinis Heremita-i um sancti Augustini construi faccre desidcrat suis propriis sumptibus et expensis. Ouare pro parte dictorum comitis et fratrum fuit nobis humi-iiter supplicatum, ut eidem comiti reparandi et complendi predictam ecclesiam, ac ibidem locum, clomos et officinas necessarias pro eisdefn duodecim fratribus construendi, dictisque fratribus locum ipsum reci-piendi, et inibi perpetuo commorandi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur dicti comitis devotum in hac parte propositum in domino commendantes, ac cupientes in eodem ordine, ad quem specialis gerimus dilectionis affectum, cultum divini nominis adaugeri, huiusmodi suppli--cationibus inclinati, fraternitati tuc, de qua in hiis et aliis plenam in domino fiduciam obtinemus, presentium tenore committimus et manda-mus, quatenus super hiis plenarie te informans, si reppereris, quod in eodem oppido duodecim fratres dicti possint congrue sustentari, proviso ante omnia, quod si dictum oppidum sub aliqua parochiali ecclesia noh existat, parochialis ibidem construatur, et prius dotctur ecclesia compe-tenter, vel si oppidum ipsum sub aliqua parochiali ecclesia Torsan existat, nullum per hoc eidem parochiali ecclesie preiudicium generetur tam eidem comiti reparandi et complendi predictam ecclesiam sic diru-

tam, ac iocum, domos et officinas huiusmodi pro eisdem fratribus necessarias construendi, quam dictis fratribus locum ipsum recipiendi. et in eo perpetuo commorandi, ac insuper gaudendi et utendi omnibus privilegiis et iibertatibus ordini predicto ab apostolica sede concessis. iure tamen eiusdem parochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo, felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, per quam inhibetur expresse, ne fratres predicti et aliorum ordinum mendicantium in aliqua civitate, villa, vel castro, seu loco ad habitandum domos, aut loca quecunque recipere de novo presumant absque licentia sedis apostolice speciali, faciente plenam et expressam de inhibitione huiusmodi mentionem. et qualibet alia constitutionibus contrariis nequaquam obstantibus, licentiam plenam et liberam apostolica auctoritate concedas. Datum Avinione, IV. idus octobris, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Monum. Ilung. I. no. 1042. str. 6S9. — h reg. an. IV. com. lib. IV. p. 2. fol. 141.

185.

1345, 16. oktobra. U Avignonu.

Grgur Koprivnićanin biskup ćanadski osnivač crkve i hospitala u Koprivnici -rnoli razne oproste.

Supplicat sanctitati vestre humilis creatura Gregorius episcopus Chanadiensis, quatenus omnibus Christi fidelibus ad ecclesiam Chanadiensem, in honore sancti Georgii constructam, in die dicti festi et in festo natiuitatis domini, ascensionis, penthecostes ac in quatuor festiuitatibus beate Marie virginis et beati Gerardi, ac in die dedicacionis, nec non pro inducentibus ad infirmos et reducentibus corpus Christi. aliquas indulgencias, de quibus vestre sanctitati placuerit dignemini impsrtiri, sicut in festis sancti Georgii et dedicationis de uno anno et una quadragena, in aliis festis de centum diebus, pro corpore Christi de decem diebus. R.

Item supplicat quatenus similem indulgenciam concedere dignemini ecclesie sancte Anne de Kaproncha, Zagrabiensis diocesis, ubi predicta creatura eandem ecclesiam et hospitalem fundauit et dotauit, visitantibus et caritatiua subsidia facientibus, fiat de centum diebus. R.

Item supplicat, quatenus Johanni et consorti sue ac Petro filiis Georgii de Kaproncha, Zagrabiensis diocesis, magistro Oliuerio iudici curie reginalis, et Martino preposito Dimisiensi Vesprimensis diocesis.

Jacobo Diprechti, iudici Posoniensis et Elizabeth consorti sue Strigoniensis diocesis ac magistro Martino Bellini canonico Zagrabiensis et Dominico Stepliani de Kappronchа, ac Benedicto Ivvasse archidiacono de Kemluk concedere dignemini, ut confessores, quos in mortis articulo duxerint eligendos, ipsis auctoritate apostolica plenam indulgenciam valeant impertiri, ut in forma. Fiat rjelacio],

Item supplicat, quatenus dilecto nepoti suo Georgio Pauii de Kaproncha, clerico Zagrabiensis diocesis, de canonicatu ecclesie Jaurinensis sub expectacione prebende dignitatis personatus seu officii cum cura vel sine cura in ipsa ecclesia vacantibus simul aut successive vacaturis cum acceptacione ie(!) dignemini prouidere cum omnibus non obstantibus clausulis opportunis et exceptionibus. Fiat rfelacioj.

Item supplicat, quatenus Anthonio Belati canonico Zagrabiensis ecclesie de dignitate uel personatu seu officio cum cura uel sine cura in ecclesia Zagrabiensi vacantibus ut supra dignemini prouidere. Fiat r[elacio].

Datum Auinione, XVII. kalendas nouembris, anno quarto.

Cleiuent. VI. lieg. supptic. an. IV. P. I. fot. 72.

186.

1345, 20. oktobra. U Bihaću.

Ban Nikola nalaže na zapovijed kraljevu svima u svojoj banovini. da plate desetinu biskupu zagrebačkom.

Nicolaus banus • • tocius Sclauonie et Croacie nobilibus vniuersis et singulis amicis suis in suo banatu Zagrabiensis diocesis et ceteris habitatoribus de eodem cuiusuis status et condicionis hominibus salutem et omne bonum. Noueritis, nos litteras excellentissimi principis domini nostri domini Lodouici dei gracia regis Yngarie recepisse honore quo decuit in hec uerba: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od 25. septembra l.31hj.* Volentes igitur parere mandatis ipsius domini nostri regis, ut tenemur, vobis in persona ipsius domini nostri regis damus firmiter in mandatis, quatenus decimas vestras iuxta continenciam litterarum predicti Mykch bani pacifice et sine contradictione aliquali exsoluatis et exsofui faciatis predicto domino episcopo et eius ecclesie; nec super hiis conemini aiiquam difficultatem attemptare, prout hactenus ex uobis aliqui sunt conati; quod, si secus feceritis, nobis non poteritis imputare, quia mandatum domini nostri regis predicti, ut tenemur, volumus man-

dare execucioni debite, committendo nostris officialibus, prout experencia vos docebit. Datum in Byhygio, tercio die festi beati Luce ewangeliste, anno domini MCCCXLV.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagr. list. 21. Kodeks u ark. nadb. u Zagrebu. I B. IX. 167.

187.

1345, 20. oktobra. U Bihaću.

Ban Nikqla nalaže Ivanu županu zagrebačkom i kastelanu Samobora, da utjera desetinu za biskupa zagrebačkoga.

Nicolaus banus tocius Sclauonie et Croacie nobili viro magistro Johanni comiti nostro de Zagrabia et castellano de Samobor salutem cum dileccione. Noueritis nos litteras excehentissimi principis domini nostri domini Lodouici dei gracia regis Vngarie recepisse honore quo decuit in riec ueri_»a; ; *^jttjeiti iisttua кгаиа Ljudevtta oct 2o. septemura 1345.)* Volentes igitur mandatum domini regis adimplere, ut tenemur, vobis damus in mandatis, quatenus illos nobiles et quoscumque alios in uestro comitatu commorantes et specialiter ciues liberarum villarum quarumcumque et cuiuscumque libertatis existant conpellatis nostra auctoritate mediante ad soluendas decimas predicto domino episcopo et sue ecclesie, prout in tenore litterarum ipsius domini nostri regis seriem litterarum ipsius Mykch bani exprimencium plenius apparebit; volumus enim, ut omnino tenorem suprascriptarum litterarum regalium in soluendis ipsis decimis obseruetis et secus per nullum euentum facere presumentes. Datum in Byhygio, tercio die festi beati Luce ewangeliste, anno domini MCCCXLV⁰.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 21. Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu I. B. IX. 167.

188.

1345[1], 29. oktobra. U Zadru.

Ivan de Varicasis potvrdjuje Martinusiju Barta Petra Orlandoim, da je primio od njega neku svotu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo (quinto,"indictione quartadecima, die uigesimo nono mensis octobris, Jadre. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Mathafaro decretorum doctoris et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Cornaro egregii comitis. Confiteor ego Johannes filius Pauli de Varicassis, ciuis Jadre, me [rjecepisse a te Martinusscio condam Barthi Petri Claudi, ciue Jadre, ducatos nouem boni auri et iusti ponderis in ratione sortis et pene debiti, in quo mihi teneris per publicum instrumentum. Quare ego predictus Johannes per me meosque heredes et successores plenam securitatem [fjacio tibi predicto Martinusscio tuisque heredibus et successoribus de ulterius non petendo predictos nouem ducatos auri in ratione solucionis sortis et pene debiti supradicti, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus. Et pena soluta siue comissa uel non, presens tamen instrumentum securitatis pro modo predicto firmum sit ubique locorum, omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Clemente Nicolai de Gemente et Georgis de Carbonosso, ciuibus Jadre, et aliis.

(Sigtmm not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboravi.

Originai u gubermjai. arkivu u Za.dru, odio saiuostana sv. Nikoie no. 194.

[1] Nema potvrde suca eksaminatora.

189.

1345. 3. novembra] U Avignonu.

Grgur Koprivničanin biskup čanadski i poslanik kralja Ljudevila iuoli prebendu za Tomu Zagrepčanina.

Supplicat sanctitati vestre humilis et deuota creatura uestra Gregorius episcopus Chanadiensis ambaxiator domini regis Yngarie, quatenus ei in personam diiecti sui Thome Stephani de Zagrabia canonici ecclesie sancti Martini Scepusiensis, Strigoniensis diocesis, graciam facienftes] specialem eidem de canonicatu ecclesie Zagrabiensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam uero dignitate personatum seu officium cum cura uel sine cura si si(!) que uel quis aut quod in dicta ecclesia Zagrabiensi uacat ad presens uel cum vacaverit simul aut successiue eidem Thome conferendam donacioni apostolice dignemini reseruare et non obstante, quod idem Thomas canonicatum et prebendam in ecclesia sancti Martini collegiata predicta noscitur obtinere. Cum acceptacionc, inhibicione, decreto et clausuiis anteferri. Et cum omnibus non obstantibus et clausulis opportunis et executione . . - Fiat rfelacio].

Item supplicat quatenus sibi in persona Thome predicti de vestre sanctitatis benignitate concedere dignemini, ut confessor eius, quem semel in mortis articulo alegerit, auctoritate apostolica absoluere ualeat a pena et a culpa ut in forma. Fiat r[elacio] et quod transeant sine alia leccione. Fiat r[elacio].

Datum Avinione, III. nonas nouembris, anno quarto.

Clement. VI Reg. Suppl. au. IV. P. I. fol. 89.

190.

1345, 10. novembra. U Zadru.

Zanin de Pdloso gradjanin zadarski pravi svoju oporuku.

[In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo] quadragesimo quinto, indicione quarta [decima, die decimo mensis novembris, Jadre. Cum nil sit cercius morte et dies] mortis ab

omnibus ignoretur, idcirco Caninus condam Ccrni de Pilloso ciuis [Jadrej per dei gratiam mente, sensu et corpore compos et sanus [conside]rans mortis euentum et nolens ab intestato decedere, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupatum testamentum facerc procurauit in hunc modum, quod quidem tale est: Ad omnia et singula huius testamenti exequenda et executioni mandanda suum fidecomissarium esse uoluit, constituit et ordinauit, videlicet Fredericum. Damiani dc Nassis. In primis uoluit, quod eius sepultura quam sibi elegit apud ecclesiam fratrum Predicatorum de Jadra per dictum eius comissarium de bonis suis fiat honorifice, prout dicto eius comissario melius uidebitur conuenire. Item de bonis suis reliquid(!) dicto Federico eius comissario libras centum denariorum venetorum paruorum, quos(!) dictus eius comissarius dare et soluere debeat et teneatur ubi et quibus sibk. secrete ordinauit testator predictus. Item de bonis suis reliquit libras quinquaginta denariorum uenetorum(!) paruorum expediendas in recuperatione loci fratrum Predicatorum Jadre; item legauit conuentui monialium (!) monasterii sancte Marie monialium Jadre uiginti libras denariorum uenetorum paruorum ad hoc, ut moniales dicti monasterii teneantur et debeant dicere psalterium pro eius anima; item legauit conuentui sancti Nicolai Jadre libras uiginti denariorum uenetorum paruorum pro eius anima, ut moniales teneantur et debeant dicere psalterium pro anima sua; item dimisit conuentui monasterii [sancti Dimitrii] Jadre uiginti [libras denariuorum uenetorum paruorum pro] psalteriis cantandis pro anima |sua; item] dimissit [conuentui] fratrum Mifnorum Jadre] libras decem paruorum pro missis cantandis pro anima sua; item dimisit conuentui monasterii sancti Grisogoni Jadre solidos decem uenetorum grossorum pro missis celebrandis pro eius anima; item de suis bonis dimisit domine sorori Lipe motr'ali monasterii sancti Nicolai Jadre, eiusdem testatoris sororis(!) solidos uiginti denariorum uenetorum grossorum dandos et soluendos eidem infra duos annos post dicti testatoris obitum inmediate subsequentes, videlicet solidos decem grossorum quolibet anno; item reliquid sorori Marie filie Madii de Fera, moniali eiusdem monasterii sancti Nicolai quinque libras pro eius anima; item dimisit presbitero Georgio sancti Michaelis de Jadra tres libras denariorum uenetorum paruorum pro eius anima. Insuper uoluit et ordinauit, quod omnia sua bona mobilia tam masaricias quam quascum(!) alias res mobiles cuiuscumque conditionis existant, uendantur et precium ex ipsis per dictum suum comissarium percipiatur ac eciam pecunia ipsius tota, quam ab aliquo seu aliquibus recipere debet tam cum carta quam sine carta, per ipsum eciam eius comissarium exigatur et percipiatur, et de denariis omnium supradictorum omnia supradicta legata et sepultura quam omnia

alia supradicta soluantur et satisfaciantur, et totum quod super habundafuerit sojlutis omnibus supradictis distribuatur et expendatur proeius anima, prout dicto eius commissario melius uidebitur. Item iure [legati] dimisit Federico comissario suo predicto totam [partem] sibi contingentem de domo et curia que fuit domini Marini archidiaconi patrui sui, quam idem dominus olim Marinus. habitabat positam Jadre in confinio sancti Michaelis iuxta sups confines, ac eciam omnia alia bona sibi iure hereditatis seu successionis dicti sui patrui per formam sui testamenti contingencia et pertinencia, exceptam(l) quam(!) vineam positam in Gliganum[1]. Item uoluit, quod - dictus eius comissarius omnia sua bona stabilia per decem annos post suum obitum immediate subsequencium(l) teneat'et possideat ac fructus omnes et singulos ex ipsis percipiat et ipsos fructus et reditus expendat et distribuat, prout inferius declarabitur; de quibus fructibus et redditibus dari et expendi uoluit anno quolibet dictorum decem annorum quinquaginta libre denariorum uenetorum paruorum in induendo viginti quinque pauperes uerecundos de una tunicha pro quolibet; insupef uoluit, quod de dictis redditibus anno quolibet dictorum decem annorum dentur et soluantur conuentui fratrum Predicatorum Jadre tria prandia, videlicet triginta grossi pro quolibet, totum rcsiduum expendatur in piis elemosinis, prout ipsi suo comissario melius uidebitur; elapsis uero decem annis dictus testator uoluit et ordinauit, quod dictus eius commissarius [det], uendat, tradat et alienet de bonis suis stabilibus totam eius possessionem positam ad [GIi]ganum ac eciam zardinum suum positum extra portas Jadre ad sanctum Mateum, et precia ex ipsis percipiat ac precia ipsa distribuat et expendat secundum et prout idem testator sibi secrete ordinauit. In omnibus autem aliis suis bonis eo quod omnia alia sunt ordinata et distributa que sunt hec, silicet omnibus et singulis suis salinis positis ad Peschimanum ac vineis propriis et ad terraticum et quibuscumque aliis suis terris et possessionibus ibi in Peschimano positis pauperes Christi sibi heredes instituit. Preterea uoluit, quod dictus eius comissarius dicta sua bona omnia tam salinas quam quascumque alias suas possessiones positas ad Peschimanum in quibus, ut supra dictum est, Christi pauperes sibi heredes instituit, teneat in perpetuum et possideat ac fructus reditus et prouentus omnes et singulos ex ipsis percipiat et annuatim exoendat et distribuat inter pauperes Christi, quos ut supradictum est sibi heredes instituit, quos videlicet idem . comissarius elegerit et nominandos duxerit; inter quos Christi pauperes uoluit dictus testator, quod dictus eius comissarius imperpetuum anno quolibet teneatur induere decem pauperes de una

[1] U prijepisu nešto poznijem: Gilanum.

tunicha de quadraginta soidis paruorum pro quolibet; ac eciam imperpetuum teneatur dare conuentui fratrum Predicatorum Jadre tria prandia; totum uero superfluum det et expendat inter pauperes Christi heredes suos predictos, prout sibi melius uidebitur et placebit pro ipsius anima et suorum defunctorum. Voluit insuper dictus testator, quod dictus suus comissarius nemini teneatur de dicta commissaria uel de aliquibus supradictis reddere rationem, a qua ratione reddenda ex nunc prout ex tunc ipsum liberauit et absoluit. Insuper uoluit, quod dictus eius comissarius in ultimo sue uite possit alium uel alios, prout sibi melius uidebitur et placebit, loco sui constituere et ordinare comissarium et comissarios, qui sic constitutus uel instituti habeat uel habeant potestatem, bailiam et auctoritatem omnia et singula suprascripta et infrascripta faciendi, prout et sicut idem Federicus comissarius habet, habuit uel habebat; et omnia et singula supradicta uoluit dictus testator per dictum suum comissarium .fieri et adimplere semper cum situ(!) et uoluntate ac consilio supradicte domine sororis Lipe, monialis prefati monasterii sancti Nicolai, sororis prefati testatoris, excepta secreta supradicta, que secreta, ut supradictum est, libere remaneant in manibus et discretione sui ćorhissarii, dans et concedens dicto suo comissario illam plenam et liberam potestatem, bayliam et auctoritatem, quam aliquis uerus et legitimus comissarius alicuius uel aliquorum habet uel habere potest in iudicio et extra, agendi, petendi, placitandi, defendendi, Hbellum dandi, litem contestandi, terminum et dilaciones petendi, de calumpnia et ueritate aicenda, iurandi in animam ipsius et generaliter omnia alia et singula faciendi et aministrandi que in predictis et circa predicta secundum consuetudinem et statutum ciuitatis Jadre fuerint opportuna. Et hanc suam ultimam uoluntatem asseruit esse uelle, quam ualere uoluit iure testamenti, quod si iure testamenti non lialeret, uoluit eam saltim ualere iure codicillorum et cuiuscumque alterius sue ultime uoluntatis. Actum est hoc et firmatum presentibus prouidis viris Stephano Dragi de Nosdfogna et Petro Zupacio condam Constantini, ciuibus Jadre et aliis, testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis.

(Signum not.)

Ego Franciscus Simeonis de Mestre publicus et imperiali auctoritate notarius ac notariiis et officialis Jadre hoc testamentum de mandato dominationis releuaui de abreuiaturis Jacobi Bonacursii notarii Jadre et de mandato curie in hanc publicam formam redegi ad maiorem roboris firmitatem.

Orlginal tt guberuija/. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Doiuiuika br. 718.

Krnja Mjesta u originalu dopunjena su iz ncšto poznijeg not. prijepisa (kanonika Ihje) na persraiu. (Ibideiu br. 717).

191.

1345, 19. novembra. U Požegi.

Pred požeškim kaptolom prodaje Filip stn Biharinov svoj posjed u Predišincu za 10 inaraka Leukusu siii.u Petra iz Vrbove.

Nos capitulum ecclesic beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quocl accedens ad nostram presenciam Phylpus filius Byharyn dc Predescench (!) ab una, Paulus filius Barnabc famulus magistri Leukus filii Petri de Orboa in persona eiusdem magistri Leukus domini sui partc ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Phylpus filius Byharyn de Predescench confessus est coram nobis oraculo vive vocis, quod ipse totam porcionem suam possessionariam tam hereditariam quam eciam empticiam et generaliter quocunque modo comparatam in predicta possessione Predysynch uocata ipsum iure hereditario contingcntem cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis eiusdem possessionis Predysynclr, scilicet vineis, fenetis, pratis, siluis et terris arabilibus, eidem magistro Leukus filio Petri de Orboa vendidisse, tradidissc ct donasse pro decem marcis promptorum denariorum veronensium plene ut dixit ab codem magistro Leukus iam receptis in heredum heredes ipsius magistri Leukus pacifice possidendam, tenendam et irreuocabiliter paritcr et habendam, hoc eciam interposito, quod quandocunque temporis in processu idem magistcr Leukus cum Thoma filio Ladislai et Michaele filio Gregorii necnon cetcris proximis ipsius Phylpus filii Byharyn, commctaneis videlicet ipsius possessionis Predisynch (!) diuisionem facere uellet super ipsa possessione Predysynch, extunc ita possit iusticia mediante facere, sicfut] ipsePhylpus filius Byharyn prenotatus tali eciam modo, quod quandocunque particulam dc predicta possessione Predysynch nuncupata tam pater suus, scilicet Byharyn prenotatus, quam eciam ipse solus, videlicet Phylpus pretactus necessitate ipsorum cogente pignori cuicunque obligassent, idem Phylpus ipsi magistro Leukus coram nobis vigore nostrarum presencium donauit et contulit plenam et meram auctoritatem de quolibet redimendi, defendendi et ordine iuris mediante requirendi; presentes autem dum nobis reportate fuerint, nostro priuiiegio confirmabimus. Datum in festo sancte Elizabeth, anno domini Mmo CCCmo XLino quinto.

Origiual u kr. ugar. driav. arkivu n Budimpešti: AI O. D. L. uo. 33.955. — Stara signatura: N. K. A. /ase. 150S. uo. 1.

/Ya hrptu listine bijaše pritisnut perat.

192.

1345, 21. novembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski izmiruje sc s cetinskim knehom Ivanoiii Nelipićem.

Lodovicus dei gracia Hungarie, Dalmacie. Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris [ac] Montis sancti Angeli dominus. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, salutem in salutis largitore. Regum et principum cordibus pietas ac clementia adeo vehementer debet insidere, ut sinus sue misericordie graciam subditis deuota humilitate de offensis implorantibus patulo debent aperire. Proinde igitur ad vniucrsorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod cum dudum regnum nostrum Dalmacie, iure et ordine geniture nobis debitum, per quosdam magnates et nobiles ipsius regni tirannica eorum potcstate seuiente, a sacro nostro dyademate alienatum, in errorem deuenisset plurimorum, demum comes Johannes condam comitis Nelepchii filius, rclicto errore aliorum, de eorumque medio sublatus, in viam veritatis et fidelitatis, tamquam ad lucem de tenebris reddiens, et nos tamquam suum dominum naturalem de pistate confisus, regia humiliter recognoscens, in manus nostras liberaliter subdidit, de omnibus oftensis, delictis et excessibus quibus ipse vel predecessores sui inter alios contra ipsam sacram coronam regiam fuissent obuoluti, per omnia sibi indulgeri misericordiam postulando implorauit. Nos itaque de subditorum nostrorum deuiantium conuersione plurimum letantes, de innata nobis pietatis clementia, seueritati mansuetudinem preferentes, eundem comitcm Johannem ad sinum nostre regalis gracie, deliberacione et consilio excellentissime principisse domine Elysabeth regine Hungarie, genitricis nostre carissime, nec non prelatorum et baromim nostrorum, ac domini Stephani ducis fratris nostri carissimi voluntate prehabitis diligentibus clementer duximus suscipiendum, ignoscentes et totaliter indulgentes omnia commissa, iniurias et offensas quascunque ipse et predecessores sui per se vel per alios quoquo tempore hactenus quoslibet irrogasset et perpetrassent, reddentes eosdem

super omnibus delictis, offensis et excessibus quibuscumque quietos, liberos et per omnia in eternum absolutos. Et quod insuper idem comes Johannes tamquam filius iam effectus fidelitatis et obedientie, castra nostra regalia, videlicet Tininium et Pachitel, item castrum Szereb, item castrum Ozt[r]ogh, item castrum Ynach vocata cum eorum supatibus(l) et pertinenciis, qui et que olim per dictos tirannos erant occupata, immo diuturno iam tempore a sacro diademate diuagata et alienata, ad manus nostras regias statuit, reddidit et restituit; ob hoc; vt alii posterique notabile exinde sumant deuotionis reddeundi ad graciam exemplum, et a sui erroris semitis felici gaudeant declinacione, castrum nostrum regale Zyn vocatum cum districtu eius Cetina appellato et quibusvis pertinenciis, item castrum Brechewo cum campo qui vocatur Pogle, simulcum vniuersis ipsorum tenutis, villis, possessionibus et eorum incolis seu populis Croatis et Olachis, ecclesiarum patronatibus, iuribus,. iurisdiccionibus tributis, foris, vadis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, vineis, siluis, alpibus, nemoribus, aquis, fluuiis. piscinis, molendinis ceterisque quibuslibet vtilitatibus, vsibus et pertinenciis, sub eorundem ueris metis et antiquis limitacionibus per nostros predecessores, reges videlicet Hungarie et nostram maiestatem, seu per quoscunque alios hactenus possessis et seruatis, noue nostre donacionis tituio prefato Johanni comiti filio Nelepech, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus vniuersis damus, donamus et de uera sciencia, potestatisque plenitudine nostre maiestatis, habita deliberatione digestoque et maturo consilio vnacum serenissima principissa domina Elisabeth regina, genitrice nostra carissima, prelatisque et baronibus nostris prematuro, in hereditatem ascribimus perpetuam presencium literarum nostrarum per vigorem; preterea castrum suum hereditarium Chamichech vocatum, quod super sua possessione hereditaria dc nouo constructum habetur, cum suis possessionibus vniuersis hereditariis, tamquam ius suum hereditarium sibi et suis heredibus perpetuo tenere et habere confirmamus; ipsius quoque comitis Johannis visis recognoscenciis et atentis de largiflua clementia regali, eidem comiti Johanni et suis cunctis heredibus atque posteritatibus, hanc liberalitatis graciam duximus faciendam specialem, ymmo facimus, quod de prefatis castris Zyn, Brechewo et Chamichech ipsorumque possesstonibus, villis, tenutis et quibuslibet pertinenciis per nos sibi, vt prehabetur donatis, hereditariis quoque, atque per ipsum vel dictos suos heredes in futurum aquirendis, in parte quacunque maluerint, aut in toto seu pleno et integro, videlicet omnino profsus cuicumque seu quibuscumque, tamen sacre corone regni Hungarie fidelibus disposuerint, aut voluerint donare, ascribere, vendere, obligare, necnon in dotem filiabus vel sororibus suis legitime procreandis assignare et dare perpetuoque

conferre, liberam omnimodam, non obstantibus iuribus aut consuetudinibus regnorum nostrorum quibuscumque in hoc parte obseruandis, de quibus quidem consuetudinibus et ritibus tam regaiibus, quam eciam eorundem regnorum nostrorum in hac parte salutem obseruare debendis, eosdem reddimus protinus exoneratos, quietosque et expeditos pariterque et absolutos, habeant cunctis temporibus successivis potestatis auctoritatem firmissimam. Volumus insuper, vt cum suis vniuersis possessionibus tam hereditariis quam de nouo per nos, vt prehabetur, sibi datis et collatis, necnon in processu temporum aquirendis, dictus comes Johannes et heredes eius vniuersi ab omnibus et quibusuiis regni nostri iudicibus et ipsorum iudicatu, perpetuis temporibus successius exempti habeantur, et nuilius iudicio preter quam regie celsitudinis super biisdem vllo unque(!) tempore astare teneantur. Preterea de munificencia regie maiestatis eidem comiti Johanni et per eum suis heredibus, heredumque suorum cunctis successoribus, perpetuo dedimus et donavimus quandam possessionem nostram regalem Besenew nuncupatam in comitatu Pestiensi existentem cum suo tributo atque vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, ut exinde in curia nostra stare valeat atque possit, possidendam, tenendam et habendam. Promittimus etenim et in solidum nostro et nostrorum successorum, regum videlicet Hungarie nominibus policemur, prenominatum comitem Johannem filium Nelepech eiusque heredes et successores vniuersos super premissis nostris nouis donacionis(l) et omnibus supradictis contra quoslibet ipsos super eisdem impetere volentibus, per omnia ab omni lite immuniter expedire et in omnibus prenominatis castris et possessionibus promissis et graciis promittentes ad ultimum fidem nostram mediante, nec non prefate domine regine genetricis et domini Stephani ducis fratris nostrorum carissimorum, manualiter ad sancta dei euangelia et reliquias sanctorum cum prelatis et baronibus nostris nobiscum existentibus et in presencia eorundem prestita, quia idem comes Johannes amodo sincere et fideliter nobis et sacre corone seruiturus adhesit indempniter et immutabiliter eius fidelitate requirente conseruare et manutenere perpetuo. In quorum omnium premissorum memoriam perpetuamque firmitatem, presentes eidem literas nostras concessimus dupplicis sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Tatameri Albensis ecclesie prepos'ti, aule nostre vicecancelarii, dilecti et fidelis nostri, vndecimo kalendas decembris, anno domini millesimo trecentessimo quadragesimo quinto, regni autem nostri anno quarto. Venerabilibus in Christo patribus dominis Chanadino Strigoniensb locique eiusdem comite perpetuo, Colocensi sede vacante, Dominico Spalatensi, Nicoiao Jadrensi, archiepiscopis, Ladislao Quinqueecclesien sis, Nicolao Agriensis, Andrea Transilvano, Jacobo Zagrabiensis, Colomano

Iauriensis, Petro Syrmiensis, fratre Vito Nitriensis, Laurencio Boznensis, Michaele Wachiensis ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino et iudice Comanorum, Stephano woyuoda Transsiluaniensi comite de Zolnuk, Laurentio magistro thavarnicorum nostrorum et comite Nitriensi, comite Paulo iudice curie nostre, Nicolao tocius Sclauonie et Dominico de Machow banis, Paulo magistro thawarnicorum reginalium, Oliuerio iudice curie eiusdem reginalis, Nicolao de Zeech dapiferorum, altero Nicolao filio Laurencii pincernarum et Dyonisio agasonum nostrorum magistris et magistro Nicolao Treutel comite Posoniensi, aliisque quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Iz originalne polvrde kralja Sigmttnda od 22. aprila. 1406- IJ arkivu Esterhazyovom tt Zetyeznom Kep. 42. fase. B. no. 6. Vjesnik zemalj. ark. god. VII. 145.—147'

193.

1345, 1. deeembra. D Avignonu. — 1349, 16. februara. U Zagrebu.

Klement VJ. papa i njegovi punomoinici odredjuju radi pobiranja desehne metlićke proii njemačkomu redu u Cernomlju.

Nos frater Johannes, ordinis Cisterciensis, abbas monasterii sancte Marie et frater Ladizlaus, ordinis fratrum Predicatprum, prior conventus ecclesie sancti Nicolai de Zagrabia, iudices ad infrascripta, cum clausula: Quod si non omnes, duo vestrum, a sede apostoiica delegati, tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod cum nos iuxta formam mandati apostolici, processus nostros publicandos per'sacerdotes rectores ecclesiarum et plebium ac alios infrascriptos, per Egidium. filium Andree, de genere Gerech, misissemus ad partes Podgorie, Megurechye, de Ozel et de Methlika. Tandem discreti viri Leonardus, sanctorum omnium, et Iwan, sancti Viti, sacerdotes, rectores ecclesiarum et plebium de Ozel, ad nos die sextadecima mensis februarii. de anno domini MCCCXLIX. Zagrabiam accedentes, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi processus nostros, tenoris infrascripti. per predictum Egidium eis et eorum consociis presentatos habuerant et iuxta tenorem ipsorum processuum cum eisdem suis consociis denunciaverant excommunicatum et denunciari de cetero intendebant toto posse, Herricum commendatorem de Chernomel, sicut per nos habuerunt in mandatis. Retulerunt eciam nobis ipsi Leonardus et Iwan sacerdotes, quod ipsos processus nostros sub sigillis nostris copiatos personaliter portaverant ad forum Methlice,

[1] Slijedi prekriženo: »prefato«.

et ibi presente Marco sacerdote rectore ecclesie et plebis sancti Stephani regis Hungarie, de Semch et quibusdam aliis populis de Methlica publicassent et monuissent parcium illarum sacerdotcs de facienda denunciacione excommunicacionis supradicte. ad quod de nostro, vel verius sedis apostolice mandato, vigore nostrorum processuum tenebantur. Quorum quidem nostrorum processuum tenor de verbo ad verbum dignoscitur et est talis: Xos frater Johannes, ordinis Cisterciensis, abbas monasterii sancte Marie, ac frater Ladizlaus, prior fratrum ordinis Predicatorum de Zagrabia, una cum officiali Zagrabiensi, cum clausula. Quod si non omnes, duo vestrum, ad infrascripta a sede apostolica speciaiiter deputati, dilectis nobis in Christo Andree, sancti Nicolai de Jaztrebarzka, Lukachio, sancti Petri de Yolaula, Leonardo, omnium sanctorum, ac Iwan, sancti Viti de Ozel. Mathye, sancti Helye de Ribnik, Jacobo sancte Marie de foro Methiice, Stephano, sancti Petri de Chernomel, Radozlao, sancte crucis de Vynnicha, Marco, sancti Sancti Stephani regis Vngarie de Zemch, Jacobo, sancti Martini, Detrico, sancti Nicolai de Syhembergh et Lypoldo, sancti Georgii de Vy[u]odina, ecclesiarum et plebium rectoribus et ministris, ac aliis ecclesiasticis personis, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Noveritis, nos litteras sanctissimi in Christo patris et domini, domini Clementis, divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie pape VI, eius vera bulia plumbea, filo canapis inserta, solido more bullatas, non abolitas, non abrasas nec viciatas in aliqua sui parte, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, presentatas nobis ex parte honorabilium virorum, dominorum videlicet capituli Zagrabiensis ecclesie cum ea, qua decuit, reverencia recepisse, quaruin tenor dignoscitur esse talis: Clemens episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis, abbati monasterii sancte Marie et priori fratrum ordinis Predicatorum Zagrabiensis, ac officiali Zagrabiensi, salutem et apostolicam benediccionem. Sua nobis, dilecti filii, capitulum ecclesie Zagrabiensis peticione monstrarunt, quod olim ipsi ad abbatem monasterii sancte Marie de Thoplica, Zagrabiensis dyoecesis, apostolicas sub ea forma litteras impetrarunt, ut ea, que de bonis ipsius ecclesie, idem abbas alienata inveniret illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie legittime revocare curaret, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, ac Herricum commendatorem et fratres domus hospitalis sancte Marie Theothonicorum de Chernomel, dicte dyoecesis, fecerunt coram eodem abbate auctoritate dictarum litterarum ad iudicium evocari, quodam oblato libello, in quo proposuerant, quod licet percepcio decimarum proveniencium ex fructibus terrarum, possessionum et aliorum bonorum consistencium in loco dicte

provinciole de Methlica et eius adherenciis dicte dyoecesis ad eosdem capitulum de antiqua et approbata ac hactenus pacifice observata consvetudine pertineret, et tam ipsi quam predecessores eorum fuissent in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi dictas decimas a tempore cuius eontrarii memoria non extabat. Tamen Herricus commendator et fratres predicti decimas ipsas et possessionem percipiendi easdem temere contra iusticiam usurparant et occuparant, dictasque decimas perceperant et percipiebant ac alienatas et distractas indebite detinuerant et detinebant. Quare petebant eosdem commendatorem et fratres conpelli desistere ab occupacione, usurpacione et percepcione dictarum decimarum, dictasque decimas et possessionem percipiendi easdem ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie revocari, ipsosque commendatorem et fratres ab huiusmodi impedimento conpesci, dictusque abbas ad instanciam dictorum capituli, eisdem commendatori et fratribus ad respondendum dicto libello vel dicendam causam racionabilem. Quare ei respondere non deberent, certum competentem peremptorie terminum assignavit, in quo, prefatis capitulo coram eodem abbate in iudicio conparentibus et predictorum commendatoris et fratrum non conparencium, contumaciam accusantibus, et propter huiusmodi eorum contumaciam se in possessione percipiendi dictas. decimas in eodem libello petitas causa rei reservande, mitti petentibus, prefatus abbas, eosdem commendatorem et fratres ad dicendum causam racionabilem, si quam haberent, quare huiusmodi missio fieri non deberet, coram se citari fecit ad conpetentem peremptoriam certam diem, in qua, predictis capitulo coram eodem abbate in iudicio conparentibus et predictorum commendatoris et fratrum non conparencium, contumaciam accusantibus, et in eorum contumaciam in non conparendo ad respondendum dicto libello, in eandem possessionem se mitti petentibus, prefatus abbas, reputatis, eosdem commendatorem et fratres, quo ad hec. prout erant exigente iusticia contumaces, propter huiusmodi eorum contumaciam in non conparendo ad respondendum libello predicto, recepta prius informacione sumpmaria, prefatos capitulum in possessione percipiendi dictas decimas in eodem libello petitas causa rei servande mittendos fore decernit et misit. Et tandem cum ab huiusmodi decreto et missione non fuisset infra tempus legitimum appellatum, ac prefatus Herricus commendator infra tempus a iure statutum non curans super premissis iuri parere, easdem decimas per se et alios percipere presumpmeret, dictosque capitulum in possessione percipiendi easdem decimas contra iusticiam impediret, prefatus abbas, cum premissa a deo essent notoria, quod nulla poterant tergiversacione celari, eundem commendatorem canonice moneri fecit, ut infra certum alium peremptorium terminum conpetentem, ab huiusmooi percepcione et impedimento

desistere, vel interim coram eo causam, si quam haberet racionabilem allegaret, monicioni huiusmodi minime parere deberet. Et quia predictus Henricus commendator infra predictum ultimum terminum, vel post, eidem monicioni parere contumaciter non curavit, nullam proponens causam racionabilem, quare ei parere minime teneretur, predictus abbas in eundem Henricum commendatorem propter hoc excommunicacionis sentenciam, exigente iusticia, promulgavit. Quare predicti capituium nobis humiliter supplicarunt, ut eandem excommunicacionis sentenciam robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus sentenciam excommunicacionis sicut racionabiliter est prolata faciatis auctoritate nostra, appellacione remota, usque ad satisfaccionem condignam inviolabihter observari, non obstante indulgencia, qua sibi prior, ordini suo a sede apostolica dicitur esse concessum, quod ipsius ordinis fratres non teneantur se intromittere de quibuscumque negociis, que eis per eiusdem sedis litteras committuntur, nisi in eisdem litteris de concessione huiusmodi plena et expressa mencio habeatur. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum. ea nichilominus exequantur. Datum Auinione,-kalendis decembris, pontificatus nostri anno quarto. Post quarum pr.esentacionem ex parte prefati Zagrabiensis capituli fuimus cum instancia . requisiti, ut ad execucionem prefati mandati apostolici nobis in hac parte directi procedere deberemus, iuxta traditam a sede apostolica nobis formam. Cum igitur nunc Zagrabiensis ecclesie sede vacante, officialis ipsius ecclesie ad presens ad hoc, ut deberet, conpetens non existat, et sic ad nos duos infrascripta pertineant, vigore apostolicarum litterarum predictarum, ideo nos frater Johannes, abbas et Ladizlaus prior, delegati, superius nominati, mandatis apostolicis ac peticioni prefati Zagrabiensis capituli reverenter volentes obsequi, ut tenemur, auctoritate apostolica, nobis in h?c parte commissa vos universos et singulos sacerdotes, rectores et ministros ac alias ecclesiasticas personas prelibatas, primo, secundo, tercio et peremptorie monemus, inducimus, requirimus et exhortamur, vobisque nichilominus et vestrum cuiiibet in sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam excommunicacionem specialiter vos Jacobe, Stephane, Radozlae, Marce, Detrice, Lypolde, canonica amonicione premissa, si secus feceritis volumus incurere ipso facto, precipimus, iniungimus et mandamus, quatenus prefatum Henricum commendatorem et fratres domus hospitalis sancte Marie Theothonicorum de Chernomel, ad quos iam diu lata fuit excommunicacionis sentencia per religiosum virum dominum fratrem Johannem abbatem monasterii sancte Marte de Thoplica, Cisterciensis ordinis, Zagrabiensis dyoecesis, in causa et questione que vertitur inter prefatum capitulum Zagrabiensis ecclesie, auctores ex

una parte, dictosque Henricum et fratres reos ex altera pro decimis et super decimis provenientibus fructibus terrarum, possessionum et aliorum bonorum consistencium in provincia de Methlica et eius adherenciis, dicte dyoecesis delegatum a sede apostolica specialiter deputatum pro eo, quod dicti Henricus commendator et fratres mandatis eiusdem domini delegati in questione premissa obedire contumaciter ac temere contempserunt, singulis diebus dominicis et festivis in vestris ecclesiis hora qua missarum sollempnia celebrantur, cum maior aderit populi multitudo, campanis pulsatis. candelis accensis et postea extinctis et in terram proiectis et pedibus conculcatis excommunicatos denuncietis et nos eciam eos denunciamus et tamquam excommunicatos debere ab omnibus striccius evitari. Cognoscentes, quod nisi celari super hoc sibi provisione prospexerint, nos ad alia ardua procedemus prout dictaverit ordo iuris. Et, ut de reliquis taceamus, an ex tali contemptu clavium ecclesie, in quo tanto tempore permanserunl excommunicacionis vinculo innodati eorum debitores a debitis sint interim absoluti, et qui fidelitatis eius homagio sunt astricti, interim ad huiusmodi teneantur. Et de quam pluribus aliis, que ad presens obmittamus, si necesse fuerit enucleabit in posterum iuridica canonum rectitudo, verumptamen quam abhominabile et detestabile sit personis ecclesiasticis tam diucius in excommunicacionis laqueo persistere ob ipsorum contumaciam et contemptum evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Et ideo bonum videretur iuri parendo ante factum occurrere, quam post factum turpiter emendare. Alias autem cum in hac parte simus iusticie debitores, nos oportebit iuris debitum necessitate iuridica conpellente, effectui demandare, et quod nobis a sede apostolica est iniunctum, efficaciter adimplere. Presentes autem registrari fecimus aut cautelam, de quarum presentacione nostro nuncio vel nunciis seu eorum litteris inde confectis dabimus plenam fidem, quas quidem restitui volumus presentanti earumdem, tamen si placet exemplo retento vestris dumtaxat sumptibus et expensis. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus nostrorumque sigillorum impressione muniri. Datum die quinta mensis februarii. anno domini MCCCXL nono.

(Signtim not.j

Et ego Petrus Smidigallus de Inspruka, Brixiniensis d^'oecesis, publicus imperiali auctoritate notarius rogatus per predictos dominum fratrem Johannem abbatem et Ladizlaum priorem, presentes de verbo ad verbum transcripsi et signum meum manu propria apposui, ac eciam sigilia ipsorum Johannis abbatis et Ladizlai prioris apposui in testimonium omnium premissorum.

Tkaićic Mon, episcop. Zagrab. II />. ol.—53.
Farlati Illyr. sacr. V. p. 428.
Katona Ilist. crit. IX. 413.—417.
Fejer Cod. dipl. Ilung. IX. 1. p. 301.—304.
Kukuljević 'Jura regni I. p. 111.—112.

194.

1345, 6. decembra. U Jastrebarskom.

Dragan iitpan podgorski daruje općini jastrebarskoj i crkvi sv. Nikole zemlju Cerniljevac.

Nos Draganus filius Rados iobagionum de Podgoria comes, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod nos ad humillimam postulacionem nobilis Mathie Mirin iudicis ceterumque senatorum de ciuitate seu oppido Jazterbarzka certam quandam terram nostram Chernilievecz uocatam pro duodecim marcis boni ponderis banalium denariorum a Solta filio Borcor perenaliter emptam, eisdemque iudice et senatoribus ipsorumque ecclesie sancti Nicolai episcopi et confessoris in prefata ciuitate Jazterbarzka fundate et edificate, iure perpetuo damus, donamus et conferimus, prouti dedimus, donauimus et contulimus iure quoque perenali hereditario memorate ecclesie sancti Nicolai, ita tamen, quod si aliquis parochorum homines in prefata terra habitantes molestaret uel aliqua indebita birsagia seu iniuriam faceret, semper iudex cum senatoribus de ciuitate Jasterbarzka protegere, defendere, conseruare manuque tenere valeant, custodiant, prouti veros hereditarios(!) suos. Cuius terre vere et sincere mete ita stant: Prima meta ab oriente vbi duo riuuli Maluina et Lukavecz vocati coniunguntur, inde iuxta aquam Lukavecz vadit versus occidentem et peruenit ad mlakam nomine Lipoua, et iuxta dictam mlakam vadit versus septentrionem, et peruenit ad quandam terram siue viam ubi vicinantur terre Doliani vocate, et per inde vadit ad orientem iuxta terram nostram et peruenit ad aquam Maluina vbi est pons et quidam alter fluuius Orehouacz nomine intrat in eandem aquam Maluina, inde exit ex ipsa aqua et peruenit ad quandam arborem hrazt meta terrea circumfusam, vbi vicinantur terre Thome et Jakou ac aliorum de generacione Czvetkouich, inde vadit ad partem dextram iuxta terram predicu Thome et Jakou per arbores cruce signatas et peruenit ad mlakam Rakitoua vocatam ubi est meta terrea, inde vadit per quandam syluam iuxta terram Poligrad et peruenit ad quandam. mlakam et sic per gir-

rum reuertitur ad metam primitus nominatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam iudici, senatoribus ciuitatis scu oppidi Jasterbarzka hanc nostram beneuolam fassionem, donacionem iure perpetuo dandam pariter et possidendam manu nostre proprie subscripcionis(l) sigillo pendente vsuali roborare. Datum in domo ciuili in ciuitale seu oppido Jasterbarzka, in ipso festo beati Nicolai episcopi et. confessoris, anno virginei partus millesimo tercentesimo quadragesimo quinto.

Stari prijepis XVI. vijeka na pergameni u kr. zemaljskom arkivu: Doc. medii aevi. — Listina je modernizovana i zato gubi od svoje vjerodostojnosti.

195.

1345, 10. decembra. Kod sv. Damiana (de Monte).

Utemeljitelj'i župe sv. Damiana de Monie daju župu Marinu de Ermolao.

Anno domini 134f>., indictione [1]3., die 10. mensis decembris. Temporibus equidem domini nostri Andreae Dandulo inclyti ducis Venetiarum, et domini Georgii de Ermolais Arbensis episcopi, ac domini Andreae Michaelis egregii comitis, praesentibus Cypriano de Peretto et Nicolao praecone Arbensi et aliis. Cum ecclesia sancti Damiani de Monte cappellano careat per obitum olim reverendi presbyteri Marini de Forma, archidiaconi Arbensis, ipsius ecclesiae cappellani; ideo nos Gauzigna, Stephanus de Gauzigna, Mixa de Grube, Joannes Madii de Gauzigna, Martinusius de Drilie, Pasqua Martini de Dobrodano, Nicola Mathaeus de Ermolao, Clemens de Ermolao, Nicola Clementis, Marcolus Spalatinus, Stephanus de Domine, Christale de Forma, Salbe Madii Salbe, Manolus de Pridula, Mathaeus de Barnaba, Marcolinus de Pribe, Pribale, Martinusius de Pridola, Grabe, Stephanus Grube, Colane de Gauzigna, Dominicus de Ambrosiq, Martinus de Cevano, Ambrosius de Orfanto, congregati simul in ecclesia sancti spiritus, tamquam certi et legitimi fundatores et patroni dictae ecclesiae sancti Damiani de Monte capellano vacante, eiusdem sancti spiritus gratia ,invocata, postulamus presbyterum Marinum de Ermolao plebanum sancti Thomae in capellanum et rectorem dictae ecclesiae sancti Damiani praedicn. Quem praesentamus vobis reverendo in Christo patri et domino Georgio dei gratia episcopo Arbensi, supplicantes humiliter vestram paternitatem, ut praedictum dominum Marinum plebanum sancti Thomae per nos po-

stulatum in capellanum et rectorem dictae ecclesiae sancti Damiani de Monte, et iurium suorum in spiritualibus, et temporalibus dignemini confirmare.

Fartati Ilivr. saer. 1'. -4Л

196.

1345, 11. decembra. U Višegradu.

Kraljica Ehzabeta nalaže banu Nikoli i njegovim sluzbenicima, da ne smiju od Zagrcbćana utjerivati daćc.

Elizabet dei gracia regina Hungarie fidelibus suis magnifico viro Nicolao. . . . . et comitibus, castellanis, nobilibus in regno suo tributa habentibus eorumque tributariis publicis. . . . . . .civium nostrorum de Zagrabia conspexerunt et viderent, quod. . . . .tributa soluere non teneantur neque nos neque dominus rex filius noster carissimus neminem refringere velimus. . . . . .firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus nullus ex vobis super predictos ciues nostros de Zagrabia de rebus eorum tributum exigere debeat, prouti in eorum litteris priuilegialibus plenius continetur, et aliud in premissis non facturi. Datum in Wissegrad, die dominica proxima post festum beati Nicolai confessoris, anno domini 1346.

Jednostavni prij'epis XVIII. vijeka (R'rčetićev) u kr. zem. arkivti u Zagrebu. D. M. Ae. a. 1345.
Vijesnik Hrv.-Slav.-Dalm. zemalj'skog arkiva. li)04. Sz: 1. p. 60.

197.

1345, 17. decembra. U Avignonu.

Klement VI. papa dopušta Dominikancima utemeljivanje samostand u Dalmaciji.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis vicario generali, dilecti(!) filii(!) magistri(!) et fratribus ordinis Praedicatorum in Dalmatia, salutem et apostolicam benedictionem. Ex munere coelestis gratiae illud ordini vestro et personis eiusdem donum inesse credimus, quod ubique locorum, in quibus degitis, fideles populos doctrina verbi pariter et

exemplo ad salutis gratiam evocatis. Est igitur et esse debet nobis et apostoiicae sedi cura solicita, loca vestra per orbem terrarum ionge lateque diffundere, ut quanto ipsa diffusius propagemus, tanto per amplius, prout in gratiarum omnium largitore confidimus, maiorem semper operum vestrorum fragrantiam ad aedificationem Christi fideliunr sentiamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inciinati, recipiendi unum in Kataro et alium in Scuteri civitatibus provinciae Hungariae sub dominio regis Rasciae, nec non tria alia in aliis civitatibus vel castris, villis seu terris insignibus illarum partium per ordinem Praedicatorum tibi, fili vicari, decretarum sive limitatarum, de quibus tribus locis pro utilitate dicti ordinis ac ecclesiae dei et Christi fidelium votis videbitur expedire, ad nomen, opus et usum fratrum et ordinis Praedictorum, dummodo in singulis praenominatis et aliis civitatibus, castris, villis seu terris huiusmodi duodecim fratres dicti ordinis honeste et congrue valeant sustentari et aedificandi in eisdem singulis locis ecclesiam seu oratorium cum cemeterio ac domibus et aliis necessariis officinis, sine iuris praeiudicio ecclesiarum parochialium et cuiuslibet alterius alieni, felicis recordationis Bonifatii papae VIII. praedecessoris nostri, et aliis constitutionibus apostolicis in contrarium editis non obstantibus quibuscunque, plenam et liberam auctoritate apostolica vobis licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avenione, XVI. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

B. de Vallo.

Bremond Antonin, Bullarium ordinis PF. Praedicatorum t. II. str. 229.

198.

1345, 31. decembra. II Višegradu.

Kralj Ljudevit obećava Zadranima, da će im doći u pomoć.

Ludovicus dei gracia rex Ungariae, fidelibus suis iudicibus, rectoribus. consilio et communi civitatis Jadrae, saiutem et gratiam plenam. Noverit vestrae communitatis fidelitas, nobiles viros, Ene de Fanfognis, Paulum de Grubogna et Franciscum de Georgio, ambasciatores et consocios vestros, simul cum literis vestris tractabiiiter et favorabiliter recepisse, ambasciatamque et legationes vestras plenius audiendo intellexisse, quos super facto vestrae communitatis fidelitatis sic providimus respondere. Petentes et exhortantes, ut in ipsa fidelitate nobis et sacrae coronae impensa, et ut firmiter credimus impendenda, constantes sitis, viriliterque perseverare velitis et studeatis. Nos enim praesentibus promittimus, communitatem vestram, contra vos insultantes et rebellantes, cum gente nostra et pro potentia nostra, vos defensabimus et protegemus. At ipsi in proximo, quo commodius poterimus, contra vestros aemulos, propria persona, ob defensionem vestri, deo coadiuvante, properabimus; medio tempore, quotiens necesse fuerit, de vestro statu, liberatione et per nuntios, ut exinde certius instruamur, nos opportunius informare velitis, tamen praeter hoc, statum communitatis vestrae nunquam de secretario cordis nostri excidere dubitetis. Data in Vissegrad, in festo sancti Sylvestri papae, MCCCXLV.

Lucius de Regno ed. Schwandncr 697,
Pray Annalas III. 71.
Katona Ilist. crit. IX. 453.— 454.

199.

1345, . . . U Hvaru

Sud hvarski dosudjuje neke zemlje u polju sv. Stjepana biskupiji hvarskoj.

. . . . millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, ... temporibus equidem magestatiui(!) et excelsi viri domini . . . . Veneciarum, reuerendissimi patris et domini domini Johannis . . . . Bracensis episcopi, egregii ac potentis viri domini Fran[cischi] Koravello [Fare de Brace] honorabilis potestatis, suorumque iudicum Bogodani Vidoy . . . . in sala palacii comunis Fare; presentibus dominis Stanoyo Andree , ... et Dubro Desisclaui testibus rogatis. Ibique prefatus nobilis ac potens vir dominus Francischus Korauello Fare Bracceque potestas honoratus sedens pro tribunali ad banchum iuris sui regiminis cum voluntate et assensu predictorum suorum iudicum et cum consensu, voluntate, verbo et licentia domine Boie vxoris quondam Stephani Slouigne et ser Cerne filii quondam ser Benlie[1] quondam Muti de Sibinicho . . . . • . . ibi presens (!) [et] conssentientis sine aliquo tenore exceptionis iuris vel

[1] Benlic?

facti pref. . . . sentencie dixit, precepit et sentenciauit, quod infrascripte pecie terrarum vineate et laboratorie, videlicet vna pecia tcrre vineate cum omnibus suis pertinenci.s posita in campo sancti Stephani in loco dicto Cottlaredol, cui coherent a leuante heredes Radosii Radoani, a traversia heredes Balce Sclauogosti, a ponente Odolia Nicolich et a meridie heredes Roboie Dragosclauich; item vna alia pecia terre laboratorie posite in campo sancti Stephani in loco dicto Gremica, cui coheret a leuante via comunis, a ponente Bogdani Vidoy. . . . . Andree et a trauersia Jurey Ticosclauich, vel si que(!) alie sunt veriores confines; quas pecias terrarum hodie tenet et possidet venerabilis pater et dominus domenusl!) Johannes dei et apostolice sedis gracia Fare et Brace episcopus predignissimus, debeant remanere et subiacere semper prefato domino episcopo et eciam omnibus suis successoribus tenentibus ac possidentibus iura et titullum(l) predicti episcopatus Farensis sine contradictione alicuius persone. Qui vero Cerne de Sibinico et domina Boia predicti ibi presentes et consentientes fuerunt vnanimiter et in comunr concordia contenti et confessi, quod predicte pecie terrarum vineate et laboratiue remanere debeant libere et absolute predicto domino episcopo et successoribus suis; renunciantes predicti Cerne et domina Boia omnibus suis iuribus, rationibus, actionibus et causis quibuscumque, que et quas habeant et habere poterant in predictis peciis terrarum, quibus vnquam possent predicte sentencie contradicere aliqua ratione vel causa, modo aliquo vel ingenio, tam de iure quam de faco. Qui uero domirius potestas cum suis iudicibus supradictis omni via, iure et causa quibus melJius potuit prefate sentencie facte et voluntarie deffinite suam auctoritatem plenarie interposuit et decretauit.

(Drugi ruknpis).

Ego Francischus Charavello potestas Fare et Brace manu mea ^subscripsi.

(Signum not.)

Ego Albertinus de Paradiso Mantue oriundus, publicus imperiali aucoritate notarius et nunc penes prefatum dominum potestatem hiis omnibus suprascriptis presens fui ac rogatus scribere scripssi(f) et meo consueto signo notoque nomine roboraui.

Original na pergam. 11 kapt. ark. biskupije u Hvaru. I^istina je taninom oštećena.

200.

1345.—1346.

Oprosti papinske kurije razmm crkvama 1 osobama.

Suppiicat sanctitati vestre deuota creatura uestra Gjuileimus] sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, quatenus sibi specialem gratiam facientes omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad ecclesias suas sancti Stephani et sancte trinitatis de Calidis aquis, ac sancti Andree de Tarsath, predicte ecclesie sancti Stephani annexis Strigoniensis, Vesprimiensis et Agriensis diocesis in quatuor maioribus domini, videlicet naliuitatis, resurrectionis, ascensionis et penthecostes ac in singulis beate Marie virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli, sancti Johannis Euangeliste, sancti Johannis Baptiste et sancti Stephani prothomartiris, omnium sanctorum et illorum, in quorum honore ipse ecclesie exstructe sunt, et earum dedicacionis festiuitatibus earumque octauis, causa peregrinacionis accesserint, et eciam qui illarum fabricis in presens elemosinis et caritatiuis subsidiis manus suas porrexerint adiutrices, septem annos et septem quadragenas de iniunctis eis penitenciis dignemini misericorditer relaxare . . . fiat in singulis festis sanctorum in quorum honore sunt fundate, ac in die dedicacionis eorum de uno anno, una quadragena . . . R.

Item supplicat, quatenus similem indulgenciam concedere dignemini peregrinis et deuote visitantibus in festinitatibus supradictis et earum octauibus ecclesiam suam s[anct]e Sapi[enci]e de Titulio et sancti Ladislay regis de Ardutio eidem annexam Colocensis diocesis et ipsis ecclesiis pias elemosinas largiantibus (!) . . . fiat ut supra in alia R.

Item supplicat idem cardinalis, quatenus sibi specialem graciam facientes in personam magnifici et potentis viri amici sui carissimi et beneficiorum suorum predictorum defensoris domini Nicholay Gileti, illustrissimi principis domini regis comitis palantini (!) de benignitate apostolica concedere dignemini, quod idem Nicolaus comes, ubicunque fuerit, et si in locis interdicto, suspensioni seu excommunicacioni suppositis, dummodo ipse in causa non fuerit huiusmodi sentenciarum sine culpa, excommunicatis, suspensis et interdictis exclusis, libere audire possit ac per sacerdotem ydoneum et canonice promotum diuina officia voce submissa facere celebrari ac sacramenta ecclesiastica, tam sibi ipsi quam suis famiiiaribus facere ministrari, diocesanorum episcoporum licencia minime requisita, parochialium ecclesiarum eorudem locorum

iuribus in omnibus saluis. Cum ciausulis et non obstantibus necessariis et eciam opportunis, habeat altare portatile in forma R.

Item supplicat idem cardinalis, quatenus dilecto suo speciali ben[e-factorij et potenti viro magnifico Hugolino Pauli locumtenenti magni iudicis cur[ie] domini regis Ungarie et eius uxori dignemini licenciam impertiri et eorum alteri eligendi confessores, qui in mortis articulo sibi valeant uestra auctoritate apostolica plenam de pecatis suis indulgenciam concedere ut in forma . . . fiat R.

Item modo simili supplicat pro amico suo carissimo viro magnifico et potenti domino Thoma wouoda, proximo predicti domini regis Vngarie et eius uxore . . . fiat R.

Clement. VI Reg. Suppt. eiu. IV. P. I. fol. 04.

201.

1346, 7. januara. U Avignomi.

Klement VI. fiapa preporuća kralfu srpskom, neka fiomaie biskupa kotorskoga firi ubiranju desetine i upravi nekih gradova.

Clemens episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Stephano regi Rassie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Ad fovendum in visceribus caritatis ecclesiaram prelatos, et eos precipue qui pontificali preminent dignitate, ac eorum bona et iura eo te facilius nostris precibus invitamus, quo in bonorum operum executione tuum affectum magis promptum et facilem credimus invenire, maxime, cum exinde tibi apud deum, cuius prelati huiusmodi sunt ministri, retributionis eterne premium rependatur in celis, et apud homines laudis preconium acquiratur. Sane venerabili fratre nostro Sergio Catharensi episcopo, quem- nuper suis exigentibus meritis Catharensi ecclesie tunc vacanti prefecimus in episcopum et pastorem, nobis insinuante, percepimus, quod licet Catharensis episcopus, qui fuit . pro tempore. de Canal, Tribunia, Drazaviza, Resson, Budua, Lastua, Prisren, Novaberda, Trepte, Ianeva, Coporich, Plane, Ostacia, Berschova, Rudnich, Lipnich, Chelminia, Save, Mazovia, Golubezi et Albia dicta Belgard, villas et castra et nonnulla alia loca Catharensis et Sclavoniensis diocesium, eciarn infra tui regni limites constituta, que a fidelibus christianis diversarum linguarum inhabitantur, tamquam diocesanus ipsorum castrorum, villarum et locorum regere et gubernare consueverit ab antiquo, et perceplio decimarum proveniencium de proventibus terrarum et possessionum ac aliorum bo-

norum in dictis castris, villis, locis et eorum districtibus consistencium, ex quo infra parrochias ecclesie seu ecclesiarum parrochialium non existunt, ad episcopum Catharensem, qui est pro tempore, pertinere noscatur: tamen nonnulii iniquitatis filii, qui -cum malefecerint, gloriantur, tuo suffulti favore dictum episcopum, eiusque vicarios et officiales, qu-o-minus dicta loca regere et gubernare ac decimas ipsas percipere valeant. pro sue libito voluntatis impediverunt hactenus, et eciam impedire presumunt in animarum suarum periculum, et ipsius episcopi et ecclesie predicte non modicum preiudicium et scandalum plurimorum. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus. ecclesias et personas ecciesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas benigno favore prosequi, ac eas pro regis eterni gloria in suis manutenere iuribus, et a malignantium molestiis defensare, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem episcopum et ecclesiam predictam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos, ac eidem episcopo in regimine et gubernatione dictorum castrorum, villarum, locorum et perceptione decimarum huiusmodi ac aliis suis oportunitatibus regia benignitate assistens, eum super regimine et gubernatione dictorum castrorum. villarum et locorum ac perceptione decimarum huiusmodi non molestes, nec permittas, prout decet regiam excellentiam, ab aliquo molestari; ita quod exinde tibi a deo perhennis vite premium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Avinione, VII. Idus ianuarii, pontificatus nostri, anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. no. 1061. pag. 701. — /s reg. ori&. an. III. lib. I. fol. 311.

202.

1346, 7. januara. U Avignonu.

Klement VI. pafia Stjepanu banu bosanskomu, neka ne dade uznemirivati iiskupa pri uzimanfu desetine i firi. ufiravi nekili gradova.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Stephano bano Bosnensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ad fovendum etc. Sane venerabili fratre nostro Sergio Catharensi episcopo, quem nuper suis exigentibus meritis Catharensi ecclesie tunc vacanti prefecimus in episcopum et pastorem, nobis insinuante percepimus, quod licet Catharensis episcopus, qui fuit pro tempore, de Chelmia, de Save, de Lipinch castra seu villas et nonnulla alia loca ultra fiuvium Save et Danubii et Drive(!)

versus Rassiam sub tuo dominio consistentia Catharensis diocesis, tamquam locorum ipsorum diocesanus, regere et gubernare consueverit ab antiquo et perceptio decimarum provenientium de proventibus terrarum et possessionum et aliorum bonorum in dictis castris, villis et locis et ipsorum pertinenciis consistentium, ex quo infra parrochias ecclesie seu ecclesiarum parrochialium non existunt, ad episcopum Catharensem, qui est pro tempore, pertinere noscatur: tamen nonnulli iniquitatis filii, qui cum malefecerint, gloriantur, tuo suffulti presidio et favore eundem episcopum eiusque vicarios et officiales, quominus loca ipsa regere et gubernare ac decimas ipsas percipere valeant, impediverunt hactenus et eciam impediant in animarum suarum periculum, et ipsius episcopi et predicte ecclesie preiudicium et scandalum plurimorum. Cum itaque, fili, sit virtutis opus ecclesias et personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas, benigno favore prcsequi, ac eas pro regis eterni gloria in suis manutenere iuribus et a malignantium molestiis defensare: nobiJitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem episcopum et ecclesiam predictam habens pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commendatos, et eidem episcopo in regimine et gubernatione dictorum castrorum, villarum et locorum, et perceptione decimaruro huiusmodi et aiiis suis oportunitatibus tua benignitate assistens, eum super regimine et gubernatione dictorum castrorum, villarum et locorum ac perceptione decimarum huiusmodi non molestes, nec permittas, quantum in te fuerit, ab aliquo molestari, ita quod exiride tibi a deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio graciarum. Datum Avinione, VII. Idus ianuarii, pontificatus nostri, anno quarto.

Theiner Mon. Slav. ider. I. uo. -28-2. p. 216. Iz reg. an. IV. tom. 1. ep. 254.

203.

1346, 7. januara. U Avignonu.

Klewent VI. papa preporuča Ljudevitu kralju, neka ne dade uznemirwati biskupa kotorskoga pri uzimanju desetine i pri upravi nekih gradova.

Clemens episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie, salutem et apostolicam benedictionem. Ad fovendum in caritatis visceribus ecclesiarum prelatos, et eos precipue, qui

pontificali preeminent dignitate, ac eorum bona et iura eo te facilius nostris precibus invitamus, quo in etc. ut supra usque acquiratur. Sane venerabili fratre nostro Sergio Catharensi episcopo, quem nuper suis exigentibus meritis Catharensi ecclesie tunc vacanti prefecimus in episcopum et pastorem, nobis insinuante percepimus, quod licet Catharensis et Slavoniensis episcopus, qui fuit pro tempore, de Mazonia(l), Golubezi et Albia dicta Relgard(!) castra seu villas, et nonnulla alia loca ultra fluvium Save, eciam Danubii, versus Rassiam sub tuo dominio consistentia Catharensis diocesis, tamquam ipsorum locorum diocesanus, regere et gubernare consueverit ab antiquo, ac perceptio decirnarum provenientium de proventibus terrarum, possessionum et aliorum bonorum in dictis [locis] castris, villis et locis ac eorum pertinenciis consistentium, ex quo infra parrochias ecclesie seu ecclesiarum parrochialium non existunt, ad episcopum Catharensem, qui est pro tempore, pertinere noscatur: tamen nonnulli iniquitatis filii, qui cum malefecerint, gloriantur, tuo suffulti favore dictum episcopum eiusque vicarios et officiales, quominus dicta castra, villas et loca regere et gubernare ac decimas percipere valeant, pro eorum libito voluntatis impediverunt hactenus et impedire presumunt in animarum suarum periculum, ac episcopi et ecclesie predicte non modicum preiudicium et scandalum piurimorum. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus ecclesias et personas ecclesiasticas, presertim dignitate pontificali preditas, benigno favore prosequi, ac eas pro regis eterni gloria in suis manutenere iuribus et a rmlignantium molestiis defensare: serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem episcopum et ecclesiam predictam habens pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commendatos, dictoque episcopo in regimine et gubernatione dictorum castrorum, villarum, locorum, et perceptione decimarum huiusmodi et aliis suis oportunitatibus regia benignitate assistens, eum super regimine et gubernatione dictorum castrorum, villarum et Iocorum et perceptione decimarum huiusmodi non molestes, nec permittas, prout decet regiam excellentiam, ab aliquo molestari, ita quod exinde tibi a deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio graciarum. Datum Avinione, VII. Idus ianuarii, pontifkatus nostri, anno quarto.

Theiner Mon. Stav. Mer. 1. no. 281. p. 210. Iz reg. an. IV. toin. I. ep. 2.53.

204.

1346, 16. januara. U Hrašćini,

Nikola župan hrašiinski, kastelan grelenski, pa Stjepan zemski župan odijeljuju va violbu podloinika Grebcna grada medje njihovih zemalja od medja trgovišta.

Nos magister Nicolaus filius Filipi de sancto Gerardo comes de Hrascbina et castellanus de Greben, ac Stephanus filius Mixe terestris comes eiusdem memorie commendantes vniuersis presencium per tenorem, quod cum Churen filius Mixe et Petrus filius Karaztyan nobiles iobagiones castri eiusdem nostram presenciam personaliter comparhendo(l) nos humiliter supplicantes, vt metas particularum terre ipsorumdem hereditariarum a metis fori separassemus mediantibus litteris nostris confirmare faceremus; tandem nos iustis et c ondignis peticionibus annuentes ad separandas dictas metas ipsorumdem misimus probos viros, videlicet Bartholomeum filium Barnabe, Churconem filium Woyko, Stephanum filium Bogdazlay, Thomam filium Ladizlai, et ex parte vero ciuium Thomam filium fonas et Mykou, qui ad nos demum redeuntes et nobis taliter retulerunt, vt dicti Thomas et Mikou ex parte ciuium in metis fori astitissent et eisdem Chureno ac Petro iustas metas permisissent; cui vnius particule meta incipit iuxta metas fori ab arbore haraztfa cruce signata secus veterem viam, per quam viam descendit ad meridiem iuxta metas fori et cadit in aliam viam, per quam itur modicum ad orientem et cadit ad pontem ibique terminatur; item alie particule meta incepit a quodam portu riuuli Breztnicha vbi est arbor erulo cruce signata et meta terrea circumfusa secus viam per quam ascendit ad montem ad meridiem et.cadit ad arborem haraztfa cruce signata(I), de eodem(!) tendit per eandem veterem viam et cadit in aliam viam per quarn procedens ad meridiem et cadit ad arborem piri cruce signatam et meta terrea circumfusam, ibique adiungitur ad metas hereditarias ipsorumdem; que particule Chureni et Petri adiacent a parte[1] oriemis, et terra autem fori adiacet a parte occidentis. Et super hoc eisdem concessimus nostras litteras iure perpetuo duraturas sigillisque nostris appensionibus consignatas munimine roboratas. Datum in Hraschina, feria secunda proxima ante festum beati Antoni abbatis, anno domini MCCCXL sexto.

[1] Umetnuto od iste ruke.

Origiuaina potvrda od %. 1408. н arkivu jugosiavenske akadeiui/e ч Zagrebu: Diplom. a. 1344.

Na listini vise o uzicama od pergamene dva ttobro sačuvana inaleua okrugla pečata.

205.

1346, 20. januara. U Kpiževcima.

Jakob iupan kriievački ustanovljuje darovnice papinsku i bansku, dane Ivauu od Ludbrega.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis et castellanus de Maiori Kemluk significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod discreti et honesti viri Johannes de Ludbreg, Symon de sancta Cruce, Thomas de sancto Martino, Fabianus de sancta Cruce de Rascina, Sebastianus de sancto Georgio; item Andreas vicearchydiaconus de Kamarcha, Marcus de Prodanz, Georgius de sub castro Susticha, Tadeus de Struga; item Fabianus de Riuche procurator; item Cosmus de Crisio similiter procurator, Georgius de Kemluk, Gregorius vicearchydiaconus de eodem; item Phile vicearchidiaconus de Guerche sacerdotes in nostram presenciam personaliter comparendo retulerunt ministerio vive vocis, quod licet ipsi litteras seu instrumenta ipsorum domini Alexandri pontificis olim super quarta ipsorum confecta ad manus communiter dommi Nicolai quondam bani assignassent, tamen idem Nicolaus banus ipsas litteras seu instrumenta ad manus suas assignatas predictis honestis viris presbiteris restituisset seu resignasset. Datum in Grisio, ieria sexta proxima post festum beati Mauri confessoris, anno domini millessimo CCC° quadragesimo sexto.

Iz prijepisa Ivaua Kukulj'evića iz N. R. A. Jasc. 1538. no. 107. nekoć u zeiu. arkivu u Zagrebu, s opaskom na komadu papira, utisnutog pečata ne ima.

Listina je ova ponovno potuno tražena u kr. ug. drs. ark.;ah se nije pronašla. Od N. R. A. fasc. 1538. iina saiuo 71. broj. —• Tražila se i po datumu, u citavoin arkivu neiua iistine pod oviin danom.

206.

1346, 29. januara. U Višegradu.

Pred kraljem Ljude-oitom mire sc gradjani Koprivnice sa zastupnicima biskupa zagreb. J-akoba glede desetine.

Nos Lodouicus dei gracia rex Vngarie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Lucachius filius Sauli villicus et Ambrosius ciues de Kapruncha pro se personaliter et pro vniuersis conciuibus et cohospitibus suis ab una, item magistri Gregorius archidiaconus canonicus ecclesie Albensis et Petrus canonicus Chanadiensis procuratores venerabilis in Christo patris domini Jacobi dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis parte ab altera coram nobis personaliter constituti, propositum, extitit per eosdem concorditer et relatum, quod, licet a multis temporibus retrocessis contencio et rixa in exaccione decimarum episcopalium inter dominum episcopum prenotatum et eosdem ciues ac hospttes de Kapruncha uentilata extitisset, tamen iidem ac hospites de Kapruncha cupientes deinceps de huiusmodi solucione decimali saiubri vtilius ipsis prouideri, ideo cum prefato domino episcopo, ut coram nobis dicti ciues et procuratores dicti domini episcopi retulerunt, taliter duxissent ordinandum, quod iidem populi et ciues de Kapruncha tempore messis ante vnum menseiri prefato domino episcopo vel uicariis aut officialibus suis, ut decimatores suos ad exigendum sua iura decimaiia in medium eorum debeant destinare, cui videlicet decimatori iidem ciues et hospites de Kapruncha decimas omnium frugum suarum cuiuscumque generis existant in capeciis in rure et in campis relinquant, teneantur notificare; item tamen, quod postquam metent significent decimatoribus prenotatis die sequenti inmediate; quo die preterito fruges suas tandem deferre de campo uel de rure ualeant atque possint; hoc eciam adiecto, quod predictus decimator dicti domini episcopi decimas predictas notificacionibus factis neglienter(l) recipere non curaret, extunc iidem populi liberam deferendi habeant facultatem; preterea decimas in vino ipsorum tempore vindemiarum apud finem ciuitatis iuxta tugurium decimatoris, quod ad hoc ordinabitur similiter persoluere teneantur. Et si qui ex ipsis contra hec facere presumpserint, tamquam celatores et ocultatores decimarum episcopalium punirentur eo facto. Ad quod prefati ciues se et prenominatos conciues et hospites eorum sponte obligauerunt coram nobis. Datum in Wysegrad. die dominico proximo ante festum purificacionis beate virginis, anno domini MCCCXLVI°

Iz prijepisa bana Nikole od 15. aug. g. 1340.

Prijepis kao i ova listina iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. iist. 21. Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

207.

1346, 16. februara. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim dovršuje se rasprava radi posjeda Sumus u korist Andrije Nikolina, kastelana mačvanskoga.

Nos capitulum ecclesie Bozniensis memorie commendamus per presentes, quod cum secundum continenciam literarum magnifici viri comitis Pauli iudicis curie domini regis, Stephanus filius Stephani de Morouth quandam possessionem Sumus vocatam in comitatu de Wolkow existentem, a Gregorio et Jacobo filiis Opor, titulo impignoracionis sibi devolutam, magistro Andree filio Nicolai castellano de Machow secundo die festi beati Georgii martiris, cuius nunc secunda iam preteriisset revolucio annualis, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis vniuersis ad •eandem, dare, assignare ac in dominium eiusdem eundem magistrum Andream filium Nicolai introducere, ac inter quandam. aliam possessionem eiusdem Stephani de Morouth Gyanfolua(l) et possessionem macrjstri Andree filii Nicolai Zelenzad vocatas in dicto comitatu de Wolkow existentes, certas et veras metas presentibus Laurencio de Bodun, vel Benedicto filio Gege, aut Dominico de Chyk pro parte ipsius magistri Andree filii Nicolai; item Gregorio dicto Feuldwra, vel Michaele filio Elye, aut Gregorio filio Marcelli pro parte ipsius magistri Stephani filii Stephani, hominibus domini regis et nostris testimoniis mediantibus extradare et iuxta veterum ac verarum metarum cursus in locis necessariis novas metas erigere vel facere erigi, tercio die eiusdem festi beati Georgii martiris post restitucionem et reddicionem predicte possessionis Sumus debuisset; ipso itaque termino adveniente, ipsa restitucio possessionis Sumus et renovacio metarum alterius possessionis Gyanfolua ac introduccio dominii ex mandato et precepto serenissimi principis domini nostri Lodovici dei gracia illustris regis Hungarie, statu et ordine tamen earumdem literarum supradicti magnifici viri comitis Pauli iudicis curie domini regis ad quindenas residencie exercitus dicti domini regis fuisset prorogata; tandem iterum ipsis quindenis residencie exercitus regalis advenientibus, cum prefato Laurencio de Bodun homine domini 'regis discretum virum magistrum Johannem maiorem pro parte ipsius magistri Andree filii Nicolai, pro parte vero ipsius Stephani filii Stephani cum

Michaele filio Elye simiiiter discretum virum magistrum Bene iectorem ecclesie nostre ad exequenda premissa pro testimonio transmisimus; qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt ta!i modo, quod cum ipsi in predictis quindenis residencie exercitus domini nostri regis ad faciem dicte possessionis Sumus accessissent, convocatis vicinis et commetaneis dicte possessionis Sumus universis et singulis et ipsis presentibus, prefatus Stephanus filius Stephani de Morouth prefatam possessionem Sumus sub eisdem metis, quibus sibi per predictos Gregorium et Jacobum filios Opor obligata fuisset pro pignore et sicut ipse usque nunc possedisset, nichil sibi de eadem reliquisset, sed in verum dominium dicte possessionis Sumus introducendo, sepedicto magistro Andree absque contradiccione aliquali, nec aliquo alio contradictorc existente, statuisset perpetuo possidendam. Inter prefatas vero possessiones, scilicet possessionem eiusdem Stephani filii Stephani Dyankfolua (!) vocatam ac supradicti magistri Andree filii Nicolai Zelezunzad (!) vocatam, per veteres metas et antiquas renovassent, incipiendo primo et principaliter a Surkyboza, iuxta antiquum portum vulgariter Orew vocatum, ubi sunt due nove mete terree per ipsos erecte, inde tendit versus partem meridionalem ad arborem turfa (!) vocatam, sub qua erexissent duas metas terreas, abhinc ad arborem twl, ubi simiiiter erexissent duas metas terreas, deinde ad arborem nyarfa vocatam, ubi similiter erexissent duas metas terreas, inde procedendo venitur ad duas metas terreas iuxta pratum, exhinc ulterius procedendo, similiter versus meridiem "itur ad unam magnam arborem tulfa, sub qua duas terreas metas errexissent, que stat iuxta magnam silvam, quam scilicet separarent antique mete, ex parte occidentis cessisset Stephano filio Stephani de Morouth, a parte vero orientis cessisset magistro Andree prenotato, et sic pacifice et quiete ab inyicem tuissent per supradictas metas separati. Datum in quindenis festi purificacionis virginis gloriose, anno ab incarnacione domini M°CCC°XLmo sexto.

Iz izvorne listine Pavla judeksa kurije u biblioteci narod. museja u Buđimpešti g. 1347. (bivša zbirka 'Jankovićeva). Na listini visi svilena vrvca zelene i crvene boje; pečata vlše nema.

JVagy Cod. dipl. Andeg. IV. 145—147.

208.

1346, 3. marta. U Budimu.

Kralj Ljudevit ponavlja Zadranima svofe obećanj'e, da će im doći u pomoć sa svom svojom silom.

Ludovicus dei gratia rex Ungariae, suis rectoribus, consilio et communi civitatis Jadrae, salutem et gratiam plenam. Grates vobis referimus de sincera fidelitate, quam domino regi genitori nostro piae memoriae, et ante hoc dominis regibus praedecessoribus nostris, et consequenter nostro nobis cum effusione sanguinum, et multis periculis vestris observastis; pro quibus magnis fidelitatibus vestris regalem gratiam et dilectionem condigne meruistis; et petimus, ut ipsam laudabilem fidelitatem vestram, quam multo tempore tenuistis, et diu servastis, modo in fme non violetis, et gloriosa vestra merita non perdatis, sed viriliter Venetis, nostris et vestris inimicis resistatis, et subdere non debeatis, nam nos id, quod per priores literas nostras vobis promisimus, totaliter et omnino adimplebimus, immo propensius adimplere curabimus. Ecce etenim cum tota potentia nostra parati sumus, sine omni mora personaliter procedimus, et vos de omnibus angustiis et tribulationibus vestris liberabimus, et liberatos regali dilectione prosequemur domino adiuvante; et certi sitis, quod tristitia vestra in gaudium convertetur, altissimi gratia suffragante. Data Budae, die III. mensis roart ii.

Lucius de Regno ed. Schwantner. III. 698.
Katona Hist. crit. IX. 452.

209.

1346, 5. marta. U Ostrogonu.

Kaptol ostrogonski iznovice prepisuje osudu Ivana bana o novim daćama dozvoljenim kaptolu zagrebačkom.

Excellentissimo domino ipsorum, domino Lodouico dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Strigoniensis ecclesie oraciones in domino pro ipsius vita et salute. Jacobus prepositus ecclesie Zagrabiensis exhibuit nobis litteras vestras clausas in eo tenore, ut in nostra sacristja seu nostrq, conservatorio essent littere seu munimenta capituli Zagrabiensis ecclesie, que requiri absque omni dolo et favore faceremus, et si inve-

niri possent, sub nostro sigilio paria ipsarum litterarum rescribemus vestre excellencie suo modo. Mandatis igitur vestre excellencie obediendo, ut debemus et tenemur, discretum virum et honestum dominum Thomam custodem ecclesie nostre, socium et concanonicum nostrum deputavimus ad requirendum in nostra sacristia et nostro conservatorio instrumenta super iuribus ecclesie vestre Zagrabiensis. Qui facta diligenti requisicione, omni favore excluso, presentavit nobis inventam in nostra sacristia unam copiam privilegii serenissimi principis domini Karoli regis Hungarie, progenitoris vestri, felicis recordacionis tenoris infrascripti: *(Slijedi listina od 29. novemb.g. 1323.).* Et quia in eisdem litterisregalibuspreceptoriiscontinebatur, ut si aliquid instrumentorum ipsius ecclesie Zagrabiensis in nostra sacristia reinveniri posset, sub nostro sigillo autentico rescribi faciendo, procuratori dicte ecclesie dare et assignare 'faceremus, ob hoc tenorem dicti privilegii modo predicto rescribi faciendo in formam nostri privilegii redigendo, domino Jacobo preposito eiusdem Zagrabiensis ecclesie per excellenciam vestram specialiter ad hoc destinato duximus assignandum. Datum in dominica qua cantatur invocavit, anno domini MCCCXL sexto.

Original u arkivii kaptola zagrebačkoga fasc. 10. no. 47
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 180.

210.

1346, 10. marta. U Višegrađu.

Jakob biskup zagrebački daje magistru Gerardu za usluge njegovoj osobi učinjene, posjed Glogovnicu.

lacobus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus ^niuersis Christi fidelibus presentium noticiam habituris salutem in eo. qui est omnium uera salus. Ordo recte consideracionis exposcit impense fidelitatis obsequia fauore prosequi gracie specialis, quo virtutis actus dignum remuneracionis premium obtineat et aliorum deuotio ad fidele ministerium dominis vberius incutetur. Pensatis igitur meritoriis serviciis, que nobis et ecclesie nostre magister Gerardus karissimus frater noster a multis temporibus variisque fortune se casibus temporibus retroactis pro nostris et dicte nostre ecclesie commodo et honore submittendo noscitur impehdisse, ideo cum talia virtuosa servicia eiusdem absque remuneracione non debeant ex parte nostra et nostre ecclesie remanere, pro eo, quia bonorum Iaborum gloriosus debet esse fructiis; eapropter quandam possessionem Glogoncha vocatam, que nunc vocatur possessio

Guordak, in nostro comitatu de Ivangh existentem, per obitum Guordak filii Bank heredum solacio destituti ad manus nostras seu dispositionem nostram iure domini(!) devoiutam, suis metis et terminis destitutam, quibus per dictum Guordak habita extitit et possessa, cum omnibus utilitatibus, silicet (!) campis, vineis, pratis, nemoribus, piscinis, molendinis, terris cultis siue incultis, virgultis ac suis aliis pertinenciis vniuersis et iuribus quibuscumque, quocumque nomine censeantur, que ad ipsam possessionem iuxta metas veteres pertinebant, eidem magistro Gerardo et per eurri suis heredibus heredumque suorum successoribus more aliorum presencium predialium nostrorum nobis et ecclesie nostre fideiium, perpetuo et irrevocabiliter. quamdiu ipsi nobis et ecclesie nostre fideles existerint, duximus dandam et damus conferendam ac pacifice et quiete posidendam et per ipsos tenendam, populandamque pariter et habendam. In cuius donacionis et nostre collacionis testimonium presentes nostras eidem magistro Gerardo concessimus litteras nostri sigilli autentici munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, die decima mensis marcii, anno nativitatis domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

Original na pergameni u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: D. L., 3827., stara sign. N. R. A./csc. 5. no. 2. Na listinivisi uzica odpergamene, pečata više nerna. Listina je pisana talijanskom minuskulom isto tako kako dalmatinski instrumenti.
Nagy Cod. dipl. Andeg. IV., 563—564.

211.

1346, 13. marta. U Zagrebu.

Nikola ban dosudjuje posjed Vinično magistru Petru i sinovima Mikovljevim.

Nos Nicolaus tocius Sclavonie et Croacie banus memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit vniuersis, quod cum magister Petrus filius Gregorii filii Farkasii, Farkasius et Marinus filii Mykow ad nostram accedendo presenciam, quandam possessionem Vinichna[1] vocatam circa fluvium Lanya in pertinenciis maioris Kemlek existentem, ipsorum esse et de iure eis pertinere proposuissent, et de ipsa possessione veritatem et certitudinem investigare volentes, discretis viris capitulo Zagrabiensis ecclesie literatorie amicabiliter dedimus in mandatis, ut unacum Iwan filio Symonis homine nostro, ipsorum .mitterent hominem pro testimpnio, qui in faciem dicte possessionis acce-

[1] Pisano ponajpriie: Vinichne.

dendo, convocatis vicinis et commetaneis eiusdem, statuerent predictis magistro Petro et filiis Mykow possidendam, si per quempiam non fieret contradictum; tandem idem{!) amici nostri capitulum Zagrabiense nobis scripserunt, quod cum predictus homo noster presente ipsorum testimonio prefatam possessionem Vinichna eisdem magistro Petro et filiis Mykou statuere voluisset, Stephanus filius Dragilo contradiccionis obstaculo eisdem obviasset, quem ad nostram presenciam legitime evocasset; et cum ipso termino adveniente iidem magister Petrus et filii Mikow ipso Stephano interim de hoc seculo migrante, a Zubko filio eiusdem Stephani racionem sue contradiccionis nostri in presencia sibi assignari impetrassent, ipseque Zubko senciens et sciens prefatam possessionem Vinichne (!) in ius et proprietatem dictorum magistri Petri et filiorum Mykow pertinere, eandem cum omnibus suis iuribus et utilitatibus suis quibuslibet, eisdem magistro Petro, Farkasio et Martino filiis Mykow liberaliter remisit et resignavit possidendam et habendam. Ad hoc nos ob maioris iusticie evidenciam de eadem possessione, utrum eadem ipsis Petro et filiis Mykow de iure debeat pertinere nec ne, fidelibus nostris magistro Paulo comiti nostro Crisiensi et castellano nostro de maiori Kemlek et Gregorio filio Fynech comiti terrestri de eadem literatorie dedimus in mandatis, ut ab omnibus, quibus decet iuxta ipsorum ndelitatem rescire et iniquirere debeant, utrum aliquo temporis curriculo prefata possessio predecessorum eorumdem Petri et filiorum Mykow fuerit et nunc ipsa eisdem dinoscatur attineri nec ne, et si eorumdem fore prescirent, eisdem statuerent perpetuo possidendam. Qui quidem fideles nostri demum ad ipsorum fidelitatem nobis scribserunt, ut predicta possessio predecessorum eorumdem magistri Petri et filiorum Mykow fuisset et nunc ipsis de iure attineret, et eandem sine aliqua contradiccione cum suis utilitatibus, siluis, vineis, locis molendinorum, fenetis et aliis quibuslibet ipsis magisto Petro et filiis Mykow statuissent perpetuo possidendam. Et quia nos ipsam possessionem Vinichna eisdem magistro Petro, Farkasio et Martino filiis Mykow modo premisso pertinere invenimus, ideo cum omnibus suis iuribus et utilitatibus eisdem relinquimus, collocauimus in filios filiorum possidendam, tenendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eisdem concessimus pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, feria secunda proxima post dominicam reminiscere, anno domini M°CCCmo quadragesimo sexto.

Original na pergameni u kr. ug. drž. arkivw u Budimu: M. O. D. L., 3828., stara sign. N. R. A.fase. 1536. no. 102. Na lislini visi svilena vrpca zelene i crvene boje; pečata vise nema. Na hrptu, sasvim na donjem rubu savremena bilješka, gotovo sasvim izbrisana : ad castrum Kelemluk pertinens, super possessione Vinichna per Nicolaum. . . . . . facta. . . . . Petro et Farkas.

Nagy Cod. dipl. Andeg. IV., 565.—567.

212.

1346, 14. marta. U Zadru.

Đraško i fovel sinovi pok. Berta prodaju poloincu svoje zemlje na otoku Ugljanu brijaču Stefa?ielu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indictione quartadecima, die quartodecimo mensis marcii, Jadre. Regnante domino nostro domino Lodouico dei gratia serenissimo rege Vngarie, et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac dominorum Thomassi de Petrico, Damiani Dobri de Begna et Grisogoni condam Francisci de Cadolinis rectorum Jadre. Drascho et ^ouellus fratres, filii condam Berti, nunc habitatores Jadre, iure proprio et in perpetuum dederunt, vendiderunt et transactauerunt Stephanello barberio, filio Nicolay, ciui Jadre, totam ac integram medietatem eorum pro indiuiso tocius vnius terre, posite in insula Gelani in sex clappis. Cuius tocius terre est circa unus gognaius et si plus reperiretur, quod cedat in presenti vendicione absque alicuius precii additione. Cuius reliqua medietas est Georgii et Mathei fratrum dictorum venditorum indiuisa. Cuius tocius terre, videlicet primi clapi hos dixerunt fore confines: De austro terra Bogdani Giuancich, de borea et de quirina terra Dminche relicte Petri et de trauersa terra dicti Bogdani. Alterius clapi de austro et de trauersa terra dicti emptoris, de borea terra Vidosse filii Cuitani et de quirina terra Jurgii Chernich. Tercii clappi ex omnibus partibus posidet dictus emptor. Quarti clappi de austro via publica, de borea vinea dicte Dminche, de trauersa terra Johannis Rachtelig et de quirina terra dicti Bogdani. Quinti Clappi ex omnibus partibus possidet dictus Bogdanus Giuancich. Sexti nero clappi, qui est in Dolac, de austro possidet dictus emptor, de borea vinea Jurgii Chernich, de trauersa terratici Johannis de Piloso et de quirina terra Johahnis Rachte!ich(!); ad habendum et quicquid ipsi emptori eiusque heredibus et successoribus deinceps de dicta medietate tocius predicte terre perpetuo placuerit faciendurn šićut de suo proprio, cum omnibus et singulis iuribus et pertinenciis dicte terre et omnibus, que ipsa terra habet super, intra seii infra se in inte-

grum, omnique alio iure, actione, usu seu requisitione eidem terre vendite modo aliquo pertinentibus, et hoc pro precio et nomine precii iibrarum trium denariorum paruorum, quod precium dicti venditores contenti et confessi fuerunt se a dicto emptore habuisse et recepisse ac eis integre datum et solutum fuisse, promittentes dicti venditores per se suosque heredes et successores se obiigando dicto emptori pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et ementi dictam eorum medietatem tocius predicte terre excalumpniare et deffendere ab omni homine et persona in ratione super se et bonis eorum omnibUs presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo Drasoy trublatoris et Radosiauo sartore condam Radoslaui, Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Grisogoni de (^adolinis iudex examinator manum meam posui.

(Signum not.)

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi pubiicus ciuitatis Jadre [notarius] predictis omnibus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et signo meo ac nomine roboraui.

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana _sv. Nikole br. 191.

213.

1346, 18. marta. U Zadru.

Petar de Matafaro advokat protcstira radi ofpo-ruke pok. Nikole de , Formino.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indictione quartadecima, die decimooctavo mensis marcii,Jadre. [Regnantedomino nostro] domino Loduico dei gratia serenissimo rege Vngarie, [et tempore] reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doclforis]. archiepiscopi Jadrensis, ac nobilium virorum dominorum Damiani [Dobri] de Begna, Grisogoni Francisci de Zadulinis et Bogde [conđam Griso]goni de Bogde, rectorum ciuitatis Jadre. Cum olim Nicfolaus condam] Gregorii de Formino, ciuis Jadre, suum condiderit testamentum [ma]nu Alexandri Vgolini de Stella, Jadrensis notarii, ut dicitur, fofrmatum], in quo suum fidei comissarium

constituit et ordinauit aduocatum monasterii monialium sancti Nicolai de Jadra et die sabbati, vndecimo prefati mensis marcii suum diem clauserit extremum, et Petrus de Matafaro dicat et asserat se dicti monasterii esse aduocatum, igitur prefatus Petrus coram supradictis dominis Grisogono et Bogde rectoribus, domino Damiano tercio rectore absente, tamquam coram personis ciuitatem Jadre regentibus, constitutus, tamquam aduocatus et comissarius supradictus aduocatorio et comissario nomine predicto volens, ut tenetur iuxta formam statuti contenti sub [ti]tulo: De fidei comissariis, capituio: Ad hoc ut repellatur etc. . . . . inuentarium de bonis dicti oiim Nicoiai coram su[pradi]ctis dominis Grisogono et Bogde, rectoribus, fecit aduocaftorio] et comissario nomine quo supra pro inchoatione inuentarfii], ante omnia veniens signum sancte crucis offerens et protestans nomine quo supra se subsequentem iuxta formam dicti statuti ponere in ipso inuentario omnia bona mobiliia et immobiiia ac se mouentia atque iura et actiones, debita et credita, que reperire poterit et ad eius noticiam peruenerit, esse in hereditate dicti Nicolai, rogans me notarium infrascriptum, ut de predictis publicum conficerem instrumentum. Actum est hoc et firmatum presentibus Micha Bogdini de Cande et (^anino Nicoiai de Caicina, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis/et aliis.

(Drugi rukopisj.

t Ego Franciscus Grisogoni de Zadolinis iudex examinator manum meam posui.

(Signum not.).

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliu[io] imperiali auctoritate notarius et Jadrensis i[uratus] predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et pfublicaui] et signum meum aposui consuetum.

Ori%inal u gubemial. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 190.——Poeetak i lijevi rub oštećeni.

214.

1346, 22. marta. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački obaviješćupe kralja Ljudevila, da je po njegovom nalogu (od 1. augusta g. 1345.J obaSao i uspostavio rnedje grada Sus/eda.

_ Excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia illustri regi Hungarie domino eorum reuerendo capitulum Zagrabiensis ecclesie oraciones pro eo ad dominum. Noueritis nos vestras recepisse litteras reue-

rencia qua decuit in hec uerba: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od 1. augusta 1345.).* Volentes igitur nos preceptis vestre excellencie obedire, ut tenemur, cum predicto Martino de Rakonuk homine vestro discretum virum dominum Petrum archidiaconum de Dubicha, socium et concanonicum nostrum ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmitendum; qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod idem homo -vester presente ipso nostro testimonio ad dictum castrum Zumzed uocatum et ad pertinencias eiusdem accessisset et idem castrum cum suis pertinenciis iuxta vestrum mandatum per ueras eius metas et antiquas, nouas iuxta veteres ubi necesse fuisset erigendo reambulasset et sic reambulatum cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis eiusdem vniuersis, nemine contradictore existente, statuisset pacifice et quite predicto magistro Nicolao et per eum suis heredibus perpetuo possidendum; mete autem possessionum eiusdem castri et pertinenciarum ad idem sicut nobis eas iidem homo uester et noster in scriptis attulerunt hoc ordine distinguntur, videlicet: Prima meta incipit prope ecclesiam beate virginis [in] Campo circa viam magnam tenendo metas cum possessione ecclesie nostre Rabuck nuncupata, et descendendo ad meridiem uersus Zauam per antiquas metas terreas magnas dudum inter possessiones filiorum Arlandi cum possessionibus ecclesie nostre Rabuck et Lonka superior nominatas per crebras metas terreas maximas desscendit in ipsum fluuium Zaua, inde per ipsum fluuium Zaue uersus occidentem asscendendo exit de Zaua ad antiquam Zauam, nunc Zauische, nuncupatam, deinde per ipsam Zauische asscendendo exit in quodam loco circa arbores populleas et piri cruce signatas et meta terrea circumfusas, deinde directe uersus meridiem per siluas metis terreis consignatas uenit ad aliam Zauicham Struga vocatam et ibi directe ultra ad fluuium Berniche ubi ex parte orientali remanet filiis Dyonisii filii Petri et Egidii dicti Zala, a parte vero occidentali remanet magistro Nicolao dicto Tolth(f), deinde per eundem fluuium Berniche asscendendo semper tenendo metas cum eisdem nobilibus uenit ad alium fluuium dictum Prechna Bernycha, ubi ad partem occidentalem possessioni Mixe filii Wlkonoy et proximorum suorum iobagionis castri Okych commetatur, deinde per eundem fluuium supra uersus septemtrionem procedendo in bono spacio exit de riuulo uersus orientem ad quandam arborem hrazth cruce signata meta terrea circumfusam, deinde in vicinitate dictorum iobagionum castri per crebras arbores hrazth pro metis signatas uersus orientem procedendo uenit ad arborem piri cruce signatam meta terrea circumfusam, que est sita iuxta riuulum. Mala Berniche uocatum, inde per eundem riuulum supra procedendo iri bonb spacio exit de riuulo per quandam uallem siccam, uenit ad vniim monticulum Obrou uocatum, deinde uenit directe ad quendum riuulum Kalische uocatum ubi est arbor populi cruce signata meta terrea circumfusa, et ibidem transiens riuulum flectitur uersus occidentem et peruenit ad quandam arborem hrazth cruce signatam meta terrea circumfusam, ubi Stephanus heremita cum suis proximis commetatur, ibidemque terra seu possessio ipsius magistri Nicolai dicti Tolth Beztou uocata commetatur, inde venit ad arborem hrazth cruce signatam meta terrea circumfusam circa quandam mlakam constitutam Zeryauinch dictam, et per ipsam mlakam procedit supra in paruo spacio et de ipsa mlaka exiens uersus septemtrionem directe per sijuam procedit et uenit ad magnam arborem hrazth ab antiquo pro meta positam, inde uenit ad puteum Ciglenak nuncupatum ad Michaelem filium Marci cum sua generacione pertinentem, inde per meatum ipsius putey procedit infra et cadit in fluuium Gozaray uocatum, et per ipsum fluuium infra procedit et uenit ad vnam viam et transiens viam per eundem fluuium per siluam uenit ad magnam arborem hrazth cruce signatam meta terrea circumfusam, inde ab eadem arbore directe procedit et uenit ad quandam arborem populeam cruce signatam, ubi sumpmit(!) metas populorum castri de Zamobor, deinde uenit ad aliam arborem hrazthfa uocatam cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde ad aliam arborem hrazth cruce signatam meta terrea circumfusam, inde uenit ad quandam valliculam Zuharakouicha yocatam, ubi est arbor zilfa cruce signata meta terrea circumfusa, deinde per eandem valliculam asscendit uersus septemtrionem. ad modicum spacium et transit quandam publicam viam per quam itur ad Zamobor et uenit ad arborem konisfa uocatam cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde in paruo spacio uenit ad arborem narfa cruce signatam meta terrea circumfusam, que est circa riuulum Struga uocatum, per quem riuulum infra desscendendo intrat in fluuium Zaue. Iiem prima meta in opposito predicti castri Zumzed incipit in fluuio Zaue et per ipsum fluuium Zaue supra procedendo in magno spacio uenit ubi .fluuius Zothla influit in ipsum fluuium Zaue et per ipsum fluuium Zothla in bono spacio supra procedendo exit de dicto fluuio Zothla et asscendit montem uersus partem septemtrionalem teneudo metas cum quibusdam nobilibus, videlicet Johanne filio Martini, Nicolao filio Gregorii dicti Brithuicha, Johanne et Wlk filiis Nicolai et Bank.filio Iwan nominatis, uenit in latere montis ad vnum puteum, deinde in latere eiusdem montis per crebras metas venit prope ecclesiam sancte Crucis a parte meridionali, deinde uersus orientem procedendo peruenit ad ynam viam publicam semper tenendo metas cum predictis nobilibus, per quam viam in magna distancia prccedendo peruenit ad vnam metam ualde magnam, quam olim erexerat Herricus banus cum generacione Arlandi,

inde procedendo in eadem via in paruo spacio et ipsam viam relinquendo tenendo metas cum terra de Zagoria ad castrum Crapina pertinentem declinat ab ipsa via ad meridiem et per aliam viam in paruo spacio procedendo uenit ad metam in monte Hruseuch positam, inde venit ad alium montem Jaztrebinnik nuncupatum, inde uenit ad quendam pontem in fluuio Luchilnicha nuncupato, inde per siluam uenit infra sessionem Subk, inde directe procedendo uersus meridiem cadit in fluuium Crapina ibique terminatur. Datum in die medii quadragesime, anno domini MCCCXLmo sexto.

lz izvomog prijepisa kaptola zagrebačkog od 2. aprila 1346.
Potonji prijepis ti arkivu jugosiavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1346.

215.

1346, 29. marta. U Zagrebu.

Pravda izmedju gradjana križevačkih prenosi se pred bana.

Nos magister. . . . . . . .ius dispensator domini Nicolai tocius Sclauonie et Croacie bani da[mus pro mejmoria, quod cum nos ex precepto domini nostri bani in octauis medii quadragesime causas quorumlibet litigancium audire voluissemus, statim Laurencius filius Petri dicti Kun[1] pristaldus Crisiensis ad nostram accedendo presenciam duas litteras ciuium Crisiensium contra Paulum filium Cristofori, Martinum Slium Ladislai et Nicolaum filium Wlkoy in iacto reambulacionis metarum eorundem ciuium fecit abcidi, qui quidem Paulus, Martinus et Nicolaus personaliter consurgentes proposuerunt eo modo, vt si quid ipse Laurencius ex parte ipsorum ciuium proponeret, ad hojc] audiendum prompti essent et parati, ipseque Laurencius proposuit eo modo, vt dominus banus predictas causas ciuium ad suam presenciam iussisset prorogare, et cum super ho[c] litteras domini bani quesiuissemus, non potuit exhibere nec litteras procuratorias, quo mediante ipsi ciues causas eorum . sibi misissent prosequi, vnde quia ipse Laurencius contra predictos nobiles sine ;procuratoriis litteris astabat, ideo nos ipsam [causam] ad presenciam domini nostri [bani], scilicet ad feriam quintam post dominicam iudica duximus prorogandam, tamen pro eo vt in litteris dictorum ciuium sic videbamus, ut ipsa reambulacio metarum vltra octauas medii quadragesime non possit prorogari, quam quia absque scitu domini nostri bani debito fine non poteramus determinare. Datum Zagrabie, in termino prenotato, anno domini M°CCCmoXLmo sexto.

[1] Kuri(>).

Na krptu : Pro Paulo filio Cristofori et aiiis intropositis contra ciues et hospites Crisienses prorogatoria ad feriam quintam post dominicam iudica.

Original na papiru kod imovne općine sv. jfelena-Koruška kraj Križevaca. Na hrptti. na rubu vidi se trag pečata, kojim bijaše listina zatvorena.
Vjesnik kr. zem. arkiva. VI. 244.

216.

1346, 29. marta. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuj'e na molbu Nikole zvanog Touth, svoje ptsmo kralju Ljudevitu (od 22. maria g. 1346.), kojim se odredjuju medje grada Susj'eda.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nos anno domini MCCCXLmo sexto, in octauis medii quadragesime ad peticionem nobilis viri magistri Nicolai dicti Thouth filii Gregorii tenorem quarumdam litterarum nostrarum directarum excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia illustr regi Hungarie presentibus de uerbo ad uerbum inseri fecimus et nostro sigillo pendenti consignari. Quarum tenor talis est: *(Siifedi listina od 22. marta 1346.).*

Originai u arkivti j ugosiavenske akademije u Zagrebu: Dipiomata a. 1345.
Na listini visi jaka svilena vrvca zelene i Ijtibicasle boje; pečat je otpao.

217.

1346, 5. aprila. U Ostrogonu.

Kaptol ostrogonski spominje način pobiranja novih daća u kaplolu zagrebačkom.

Nos capitulum ecclesie Strigoniensis tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum nos litteris generalibus excellentissimi principis domini Lodouici, dei gracia regis Hungarie, cytaciories, inquisiciones, reambulaciones et statuciones possessionum continentibus. nobis directis, honorifice susceptis, unacum Adam filio Jacobi de Glau-

nicha, homine eiusdem domini nostri regis, in eisdem litteris inserto, discretum virum dominum Petrum, archidiaconum Saswariensem in ecclesia nostra, hominem nostrum, pro testimonio ad infrascripta fideliter exsequenda transmisissemus; tandem iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt in hunc modum, quod cum ipsi Zagrabiam accessissent ibique in castro Grecensi et extra existentes, die fori, feria secunda videlicet post dominicam oculi, quando scilicet consveverunt venire ad forum plurimi de provinciis propinquis et remotis, diligenter inquisicionem faciendo a clericis et a laycis, a nobilibus et ignobilibus et ab aliis a quibus decuit et licuit et specialiter ab aliquibus pocioribus civibus Grecensibus rescivissent certitudinaliter inter cetera, quod tributum montis Grecensis Zagrabie cum suis pertinenciis de foris capitulum Zagrabiense a tempore cuius non extat memoria ex collacione; regum Hungarie optinuerunt et optinebant totaliter, preter tricesimam reginalem et semper fuit presens tributum modo infrascripto perceptum et percipiebatur tunc per Georgium villicum, tributarium ipsius capituli, qui in manu sua portabat. quartam infrascripta continentem, de rebus tunc occurrentibus, salvo quodam tributo ab aliquibus novissimis temporibus ordinato, fylarchyna vocato, solo, quod pro civibus Grecensibus percipiebatur. Ad solucionem igitur ipsius tributi dixerunt se rescivisse omnes et singulos teneri, qui a solucione eiusdem vigore iuris canonici vel civilis aut per regale privilegium emanatum ante collacioriem ipsius factam eidem capitulo, reperirentur exempti. Modus autem exaccionis ipsius tributi, ut dixerunt, talis erat: Quod videlicet de singulis curribus ballarum cum mercibus oneratis, non disligatis, Zagrabie transeuntibus, quocumque et undecumque per territorium ipsorum Grecensium vel ipsius capituli prope Zagrabiam, debentur tributariis ipsius capituli duodecim denarii banales, semper subintelligendo de huiusmodi denariis, quorum septuaginta ad plus valeant de puro auro, florenum vel ducatum. Exigitur eciam tributum ordine inferius distincto de animalibus et rebus aliis venalibus, que transeunt vel ducuntur per Zagrabyam vel circa quocumque, semper tamen previa racione. Item, de curribus ballarum, que ducuntur ad montem Grecensem sive castrum, quorum merces vel ex eis alique vendicioni exponuntur, tributum hoc modo solvi consvevit: Primo videlicet, de singulis peciis panni scarleti, medius ferto puri argenti. Item, de pannis aliis vel rebus quibuscumque et in quocumque consistant seu cuiuscumque precii existant, communis estimacio precedit in loco vendicionis coinpetens, qua facta, de singulis marcis talium rerum et mercimoniarum recipiuntur duo denarii et sic pars centesima. Item, de singulis curribus ponderatis quocumque blado, frugibus, singuli qua*iuov* denarii a venditore et similiter ab emptore, et hoc idem duplicatum,

tali modo semper subintelligendo in omnibus et sirgulis rebus infrascriptis, specialiter vel generaliter subintellectis; puta, si dicitur de bove unus denarius vel ove obulus, tunc intelligitur, quod ille denarius vel obulus primo a venditore debetur et tandem ab emptore et sic de similibus de inaiori et minori quantitate. Item, de singulis ponderibus equorum cum blado qualicumque duo denarii. ltem, de singulis baculis ceree, singuli denarii; et de singulis stariis salis, ac singulis peciis ferri secati, quomodocumque et undecumque deferantur, singuli obuli. Item, de singulis curribus cum vino oneratis, duo denarii. Item, de singulis curribus piscium recencium, sex denarii. Item, de singulis curribus piscium salsorum, duodecim denarii; et si usones fuerint, de singulis denarii sex. Item, de lagenis olei et ficubus ac uvis passis, que de ultra mare afferuntur, existimacione condigna, tributum recipitur. Item de singulis sportis, que in sclauonico vulgari korosnya nuncupantur, piscium magnorum, duo denarii, et de minorum, unus denarius; ac de singulis korosnys cancrorum, obulus. Item, de quolibet equo, sex; et equa, quatuor denarii. Item, de singulis ponderibus hominum cum tela vel panno communi et similibus, duo denarii; aut si mayus vel minus fuerit, pro rata valoris, valoris talium recipi tributum consvevit. Item, de singulis bobus, vaccis, vitulis vel iuvencis, singuli denarii. Item, de minoribus animalibus singulis quibuscumque, obulus; ymmo eciam de singuiis agnellis et edis, similiter obulus, sicut fuit et alias consvetum. Item, de singulis porcis maioribus, denarius, et de minoribus singulis, sicut medii anni et infra, obulus, ac de singulis korosnys porcellorum, obulus. Item, de cutibus animalium domesticorum et silvestrium, singuli denarii vel obuli, consideracione talium habita et estimacione condigna secundum maius et minus; sicut fuit alias consvetum. Item, de singulis ydriis mellis, obulus; et de edys tamen, qui cum matribus ad forum ducuntur, usque festum ascensionis domini nichil pro tributo peti consvevit. Item, de singulis tunicis et paliis virorum vel mulierum panni grisei, obulus; de aliis vero tunicis et mantellis maioris vel minoris valoris, considerata panni qualitate, recipi tributum consvevit circa hoc, prout fuit alias consvetum. Item, de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum ad pondus hominis, recipi consveverunt singule mensurelle sive metretelle, sicut fuit et aiias consvetum. Item, -de caseis, de ftuctibus, de filis, de lino et aliis rebus simiiibus vel dissimilibus in substancia vel qualitate tollitur tributum, sicut fuit alias consvetum. Item, de quolibet curru asserum, unus asser; et de quolibet curru plancarum, obulus, pensato valore talium secundum maius et minus, semper previa racione; de aliis vero lignaminibus ad edificia competentibus vel necessariis ad quecumque utensilia utranea vel extranea de singulis curribus, obulus, maxime

cum huiusmodi lignamina ut plurimum de silvis ipsius capituli ducantur. Item, quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit.tabernator potus cuiuscumque, sive pellifex, aut lucifigulus cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ad festum nativitatis domini quinque denarios, et similiter ad festum resurreccionis eiusdem et eodetn modo ad festum beati regis Stephani. Item, quod si alique res superius non expresse ducantur undecumque et cuiuscumque precii existant, de quibus quasi ignotis non recolebatur tributum esse receptum, quandoque de rebus huiusmodi ignotis vel non consvetis valor attendatur, et sic habita estimacione condigna communi, pars centesima recipiatur pro tributo in denariis, consideracione habita valoris denariorum, modo quo supra, et [si] solventi placuerit de eisdem rebus partem centesimam tributariis ipsius capituli Zagrabiensis, exsolvat. Hoc eciam est repertum, quod tributarii ipsius capituli adinstar tributariorum domini [regis] possunt et debent. ubi eis necesse fuerit, sive in monte Grecensi sive alias, in via et ubicumque impedire res et bona mercatorum, qui eis ad solvenda tributa obligantur. Unde nos presentes litteras nostras patentes ad maiorem cautelam ipsi capitulo Zagrabyensi duximus concedendas. Datum feria quarta proxima ante dominicam ramispalmarum, anno domini millesimo CCCXL sexto.

Original u arkivu kaptola zagrebaekoga fasc. 10. no. 48. Otpala vrvca i pečat.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 181. —182.

218.

1346, 6. aprila. U Zadru.

Nikola, svečenik sv. Petra, i Radovan sin Luke izvrSitelji oporuke pok. Bogdane Stankove, prodaju Franjici udovi Pavla konjušnika (marsala), kuću pok. Bogdane.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta decima, die sexto mensis aprilis, Jadre. Regnante domino nosto domino Lodouico dei gratia serenissimo rege Hungarie, et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac dominorum. Vulcigne Benedicti de Matafaro, Bogdani Grisogoni de Bogde et Georgii condam Pauli de Georgio, rectorum jadre. Nos presbiter Nicolaus sancti Petri veteris, filius condam. Gregorii,

et Radouanus marinarius filius condam Luce marangoni, Jadrenses, prout comissarii olim Bogdane, olim uxoris condam Stanci marinarii, prout constat in testamento dicte olim Bogdane, scripto per Nicolaum Michaelis Leonardi, notarium Jadrensem, sub anno domini millesimo treceni tesimo quadragesimo quinto, indictione quartadecima, die uigesimo sexto mensis decembris, virtute et auctoritate in dicto testamento nobis attributa uendimus tibi Francische, relicte magistri Pauli marischalchi, Jadrensi, totam unam domum cum omnibus ipsius domus pertinenciis et iuribus dicte olim Bogdane seu dicte comissarie, positam Jadre in confinio sancti Georgii, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, uendendum et quidquid tibi tuisque heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo facientdum sicut de tuo proprio. Precio cuius uendicionis nos predicti uenditores recepimus a te predicta emptrice libras sexaginta quatuor denariorum paruorum, dispensando, prout ex dicto testamento dispensari debent, promittentes nos predicti uenditores per nos nostrosque heredes et successores predictam domum cum •omnibus suis pertinenciis et iuribus tibi dicte emptrici tuisque heredibus et successoribus excalumpniare in ratione ab omni persona super bonis dicte comissarie omnibus, omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Cui domui de austro est domus Danielis de Zauata, de trauersa et de borea est ambitus conuicinalis et de quirina est via publica Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francischo de Cernucho et Damiano de Tarpigna, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

j Ego Franciscus Grisogoni de Cadolinis iudex examinator manum meam posui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole HO. 198.

219.

1346, 8. aprila. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaju Beluševi sinovi iz Sane na posjedu svome u Kamenu neke zemlje Dujmu Radoslavovu Baboniću.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod Dionysius filius Petri et Benk filius Belos suo et nomine Wulkchin et Dianko fratrum suorum nobiles de Zana coram nobis personaliter constituti, quandam partem terre seu possessionis eorum, in possessione Kamen, vocate ibidem in Zana constitute cum utilitatibus et pertinentiis suis universis sub eisdem metis, signis et terminis, sicut ipsi eandem tenuerunt et possederunt, de consensu et permissione omnium vicinorum et commetaneorum suorum, sicut nobis discretus vir dominus Anthonius archidiaconus de Vrbouch, socius et concanonicus noster, quem ad reambulandum eandem miseramus, retulit seriose, dixerunt et confessi sunt se vendidisse, tradidisse et assignasse nobili viro comiti Duymo filio comitis Radozlai [et per] eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam, pro sexaginta marcis b[onorum] denariorum antiquorum plene ab eodem habitis et receptis, ut dixerunt. Mete autem eiusdem [terre seu] possessionis, sicut nobis idem dominus Anthonius in scriptis apportavit, hoc ordine distinguntur: Videlicet prima meta incipit ab occidente de quadam arbore harazth meta terrea circumfusa, inde tendit versus meridiem ad arborem piri meta terrea circumfusam et pervenit ad rivulum, qui dicitur Stulben, ubi quidam alter rivulus nomine Glosia cadit in eundem, inde per eundem rivulum ascendendo versus meridiem venit ad arborem bik meta terrea circummsam, circa quam coniunguntur duo rivuli, inde ascendendo in parvo spatio iterum venit ad arborem bik meta terrea circumfusam, inde per latus montis venit iterum ad arborem bik meta terrea circumfusam, inde procedit versus montem ad unum monticulum Vrtich dictum, per quem procedendo venit iterum ad arborem bik meta terrea circumfusam et hoc semper versus meridiem procedendo, inde tendit ad arborem bik meta terrea circumfusam, inde procedit versus occidentem ad arborem jauor meta terrea circumfusam et directe per montem venit ad arborem bik meta terrea circumfusam, inde per eundem montem procedendo venit iterum ad arborem bik meta terrea circumfusam, inde tendit per cacumen montis, ubi est iterum arbor bik meta terrea circumfusa, inde per montem descendit ad magnam vallem per semitam, que vocatur Moidrusa

et venit ad arborem bik meta terrea circumfusam, inde procedendo per eandem vallem versus occidentem venit ad foveam Pulsina dictam et venit ad dexteram partem versus orientem ad magnum montem, in cuius cacumine est arbor harazth meta terrea circumfusa, inde procedendo directe per montem de sinistra parte venit ad montem, qui dicitur Kycherkamen ad arborem harazt, ubi est meta primitus nominata €t sic terminantur. In quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum sabbato proximo ante dominicam ramispalmarum, anno domini M. CCC. XL. sexto.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagap 120—121.

220.

1346, 11. aprila. U Višegradu.

Sud tavernika Laurencija radi Kobilja i Svibljana pripadna kaptolu zagrebačkom.

Nos Laurencius magister tavarnicorum domini Lodouici dei gracia illustris regis Hungarie et comes Nitriensis memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod cum honorabile capitulum ecclesie Zagrabiensis Stanech villicum de Grech, Jaxe aurifabrum, Jacobum monetarium, Thomam filium Welch, Wlchata, Alen, Strusak, Michaelem dictum Luphud et Petrum, dictum Pulyan, iuratos, nec non cives et hospites de eadem Grech universos, accepto homine regio sub testimonio honorabilis capituli ecclesie Quinqueecclesiensis ad octavas festi Epiphaniarum domini in anno eiusdem MCCCXL tercio ad regie maiestatis presenciam in causam attraxisset, eademque causa iuxta continenciam litterarum domini Thome quondam voyvode Transilvani, tunc honore magisterii tavarnicatus prefulgente et comitis de Scepus et de Wyuar, accione eiusdem capituli ecclesie Zagrabiensis in facto possessionario contestata au octavas festi Penthecostes tunc affuturas, prorogata, in quibus una accione ipsius capituli Zagrabiensis super facto cuiusdam fossati taliter proposita, quod ipsi hospites sub monte et in metis dicte civitatis de Grech quoddam fossatum propria eorum auctoritate et potencia fodere incipiendo et finem eius ad terram dicti capituli deducendo, quedam aqua per ipsum fossatum deducta terram ipsius capituli destruxisset. Inquorum contrarium, preallegatum fossatum et terram ad quam finis eius fossati perveniret, intra metas dicte civitatis procuratores eorumdem hospitum adiacere allegarant. De quibusquidem

octavis instrumentalis exhibicio, quam utreque partes super allegata ipsorum prenotata contra se invicem habere indicassent, simul cum aliis duabus ipsius capituli Zagrabiensis ecclesie causis super facto videlicet quarumdam aliarum terrarum; item super facto cuiusdam tributi, quod de salibus et de cera exigeretur et quod ipsi cives contra libertatem ipsius ecclesie propria ipsorum cum potencia constituissent, declaratis, iuxta continenciam litterarum domini Stephani, nunc voyuode Transilvani, tunc vero magistri thavarniconum regalium ad octavas festi sancti Michaelis archangeli prorogata; a quibusquidem octavis dicta causa per eundem magistrum Stephanum propter sociorum suorum secum iudicancium paucitatem et ipsius cause arduitatem ad octavas festi Penthecostes, tunc affuturas, anno domini supradicto et deinde dirigente altissimi clemencia et excellentissimi principis Lodouici, dei gracia regis Hungarie dileccione, nos ad honorem dicti magisterii tavarnicatus sublimante ad octavas festi beati Michaelis archangeli in anno domini MCCCXL quarto, et ab his ad octavas festi Epiphaniarum domini cum tribus iudiciis regalibus in iam dictis tribus causis per ipsum capitulum ante litis ingressum eo, quod procurator dicti capituli nullam penitus assignavit racionem, ipsas causas, ut actor, prorogare voluisset deponeridis contra hospites prenotatos, mediantibus litteris nostris deducta et deventa; a quibus, de parcium pari procuratorum voluntate, statu in eodem ad octavas festi beati Georgii martiris in anno domini MCCCXL quinto. similiter tunc affuturas, cum iudiciis hinc et inde videlicet per partes supradictas deponendis prorogata, de quibus ob preceptum serenissime principisse domine Elizabeth eadem dei gracia regine Hungarie, ad octavas festi nativitatis beati Johannis Babtiste statu in eodem et cum eisdem iudiciis sine excrescencia deponendis deventa et ab eisdem ad octavas festi Epiphaniarum domini in anno eiusdem MCCCXL sexto, racione excercitus preallegati domini nostri regis, quem tunc ad Croaciam diu a fegali dicione alienatam et domino concedente sue regalis excellencie potestati et ut de iure debebat, iurisfdiccione] potenter subiugatam et reoptentam habuerat, extitisset prorogata. Tandem ipsis octavis festi Epiphaniarum domini occurrentibus, dum Nikolet quondam iudex de Grech et Jaxe, nunc cives iurati de eadem, tam pro se personaliter, quam cum procuratoriis litteris eorumdem hospitum pro Stanech villico, Jacobo, Thoma filio Wielanich, Wicheta, Alen, Strosak, Michaele dicto Lebhud et Petro dicto Pulyan, iuratis, nec non universis cohospitibus suis de eadem Grech [nostrum] adeuntes iudiciarium conspectum se et dictos hospites per iam dictum capitulum in causam multis retroactis temporibus indicantes: si quis pro eodem capitulo comparendo proponeret se promptos audire et ad ea respondere affirmassent paratos.

Ecce dominus Jacobus, dicte Zagrabiensis ecclesie prepositus, tam pro se persorialiter, quarri cufn procuratoriis litteris dicti capituli pro eodem capitulo comparendo, se et ipsum capitulum cum preallegatis hospitibus super facto possesšionario in causa fuisse et iam diu ventilatam et ad presentes octavas Epiphaniarum dofnini esse deductam, in qua eciam ipsum capitulum deberet instrumenta exhibere, astruendo universas litteras tam causales quam privilegiales tempore combustionis civitatis de Wysegrad [in con]servatorio domini Thatamerii, Albensis ecclesie prepositi, in quo per magistrum Dernetrium archydiacorium Zagrabiensem, tunc procuratorem ipsius capituli reposite fuerant ad servandnm, omnino fuissent concremate et amisse. Ad quarumquidem litterarum requisicionem et reinvencionem eodem domino preposito instanter postulante, duas ipsorum causaS, videlicet super facto possessionario et super facto cuiusdarn fossati' habitas, quamlibet ipsarum cum dupplatis regalibus iudiciis eo, quod ipse dominus prepositus sua et eiusdem capituli in persoha.'dićtaš littetas esse conbustas non aliqua credibili racione sed soluriv asserebat nudo verbo, ad diem medie quadragesime duxeramus prorogandam, eodem domino Jacobo preposito ad terciam ipsius capituli accionem, videlicet super facto tributi habitam non comparente nec aliquam mencionem faciente, propter quod ipsum capitulum, ut actor, -ćontra eosdem iudicem, iuratos, quorum nomina superius sunt expressa et hospites de Grech universos in iudiciis regalibus, dum pars. partem in causam attraxerit, deponendis sunt convicti, ut Omnia premissa et: singula premissorum, [prout] littere domini Thome quondam voyvode Transilvani et dbfnini Stephani, nunc voyvode eiusdem partis Transilvane, tunc magistrorum tauarnicorum regalium nostreque prorogatorie et iudiciales declarabant manifeste. Tandem ipso die medie quadragesime adherente ipse magister Demetrius archydiaconus et magister Dyonisius canonicus ipsius ecclesie Zagrabiensis tam pro se personaliter, quam cum procuratoriis litteris dicti capituli ecclesie Zagrabiensis pro eodem pleno capitulo in figura nostri iudicii comparendo egerunt eo modo, quod ipsi cives et hospites de Grech quasdafn particulas terre ad possessionem suam et ecclesie sue pertinentes Kasina vocatam et intra rrietas eiusdem existentes a tempore dominorum Stephani et Ladislai illustrium quondam regum Hungarie, beatarum recordacionum, occupando detinerent et detinendo possiderent in grande preiudicium dicte ecclesie et iacturam,'et quod per quoddam fossatum per eosdem hospites factum, quandam aquam velocem, terram ipsorum destruentem, currere fecissent. Item, quodcontra libertatem ecclesie tributum de salibus et de cera 'ac aliis minutis rebus,-his similibus, dicti cives et hospites propria sua cum potencia eoristituendo extdrquerent, л-elient scire: quali racione mediarite.

Et eo dicto ibidem nobis litteras privilegiales capituli ecclesie Albensis anno ab incarnacione domini MCC septuagesimo secundo emanatas, formam et tenorem domini Andree regis similiter illustris quondam regis Hungarie, excellentis memorie, in anno domini MCC[X] septimo emanati, cuius series cursus metarum possessionum et terrarum dicte ecclesie per ordinem denotabat nobis demonstrarunt. In quo inter cetera reperimus, quod quandam terram Kasina vocatam quidam homo nomine Vta cum suis fratribus dicte ecclesie Zagrabiensi contulisset, cuius mete seriatim declarantur privilegio in eodem. Quibus dictis et partibus tenore ipsius privilegii ac cursum metarum dicte possesionis Kasina vocate partibus luculenter expositis, preallegati Nikolet quondam iudex et Jaxe aurifaber, nunc cives iurati de eadem Grech, tam pro se personaliter, quam cum procuratoriis litteris civium et hospitum de Grech predictorum pro eisdem hospitibus coram nobis comparendo in contrarium omnium premissorum responderunt eo modo, quod ipse particule terre quas dictum capitulum ad possessionem suam Kasina vocatam pertinere et dictos hospites dicunt occupasse, Kobilya et alio nominis vocabulo Kraloth, item Scyuibla seu Nart nuncupatur, et ipsam possessionem Kubilya(l) serenissimus princeps dominus Ladizlaus quondam illustris rex Hungarie, recolende memorie, ipsam vero possessionem Sciuiblam dominus Bela rex dictis hospitibus contullissent iure perpetuo possidendas, quas a tempore collacionis semper dicti hospites sine alicuius contradiccione pacifice possedissent, et quod aqua in preallegato fossato currens ad terram dictorum hospitum cucurrisset et measset et nullam omnino destruccionem faceret in terra capituli prenotati; et quod pro mensuracione salis atque cere ac aliarum rerum his similium causa communis iusticie atque boni in medio sui ordinassent, quod dicto capitulo et ecclesie eorum in nullo derogaret nec tributi ipsorum preiudicium aliquod generaret, Et eo dicto privilegium serenissimi principis quondam domini Stephani incliti regis Hungarie, beate memorie, sub anno domini MCC septuagesimo emanatum, confirmans privilegium magnifici principis domini Bele, eadem gracia quondam illustris regis Hungarie, anno sub incarnacione domini MCC quinquagesimo octavo emanatum, nobis demonstravit, in quibus reperimus, quod dominus Stephanus banus tocius Sclauonie et capitaneus Stiriensis accipiens mandatum domini Bele regis debitum hospitum predictorum annuale ad ducentas tantummodo pensas monete usualis condescendendo ccmmisisset in festo beati Martini confessoris bano pro tempore constituco soluturas, et quod silvam usui eorum competentem ac quandam terram Scibilian nuncupatam cum silvis et quibuslibet aliis suis apendenciis requisitis iobagionibus castri Zagrabiensis assignasset hospitibus de Grech prenotatis; quamquidem ordina-

cionem per ipsum dominum Stephanum banum provide factam ipse dominus Bela rex preallegatis fidelibus suis hospitibus perpetuo confirmasset duraturam. Presertim exhibuerunt nobis aliud priviiegium serenissimi principis dorhini Karoli quondam iilustris regis Hungarie, in anno domini MCCCXX octavo emanatum, confirmans privilegium suum priori et antiquo sigillo suo consignatum, anno sub incarnacione domini MCCC decimo septimo confectum, quod confirmasse videbatur quasdam litteras privilegiales domini Stephani bani, tenorem privilegii domini Ladizlai quondam illustris regis Hungarie, felicis memorie, sub anno domini MCC septuagesimo quinto super collacione possessionis Cobilia, nuncupate, ville videlicet dicti castri Zagrabiensis, prememoratis hospitibus de Grech facta, emanati, continentes eciam tenorem domini Johannis bani et Iunus(!) comitis Zagrabiensis litterarum, in quibus inter cetera reperimus contineri, quod comes Farkasius, nepos comitis Gardun, in statucione cuiusdam possessionis Cobilya nuncupate per comitem Martinum castellanum de Medue, quem dominus Stephanus banus Sclauonie, Johannes et Raduzlaus, filii comitis Babanik, accepto domini regis Karoli mandato ad statuendam ipsam possessionem Cobilia transmiserant sub testimonio hominis capituli ecclesie Zagrabiensis, civibus et hospitibus de Grech prenotatis facienda, contradictor et pro eo ad terminum legitimum contra memoratos cives Grechenses ad regie maiestatis presenciam citatus reperiebatur extitisse. Tandem dictis hospitibus sua instrumenta super eadem possessione confecta coram regia pietate regnique sui nobilibus exhibentibus, idem Farkasius in termino partibus assignato comparendo, omni iuri, liti, accioni, contradiccioni et cuiuslibet materie questionis orte vel oriende occasione possessionis annotate contra cives memoratos recognoscens, eosdem cives in possessione prefata integrum ius habere, nec ad alios preter ipsos solos cives pleno iure pertinere renunciasset pure et simpliciter ac in toto eandem possessionem pacifice ipsis civibus relinquendo possidere, et quod Inus comes Zagrabiensis accepto domini Ladizlai regis et domini Johannis bani tocius Sclauonie, domini sui, mandato et precepto, terram Cobilia vocatam cum utilitatibus suis universis, sub metis antiquis presente Paulo filio Vida, pristaldo, tunc terrestri comite existente, sub testimonio hominis capituli ecclesie Zagrabiensis iure perpetuo civibus de monte Grecensibus sine contradiccione statuisset possidendam. Adhuc iidem Nicolet et Iaxe eiusdem domini Karoli regis litteras privilegiales sub anno domini MCCCXX quarto emanatas, tenorem sui privilegii antiquo suo sigillo consignati et tenorem litterarum privilegialium domirii Bele regis in anno domini MCC sexagesimo sexto emanati, libertatem, prerogativas eisdem hospitibus de Grech concessas, nec non cursus metarum territorii eiusdem civitatis per

ordinem continentes, asserentes dicti Nikolet et Iaxa ipsum fossatum et terram ad quam aqua de fine ipsius fossati cucurrisset intra metas in preallegato privilegio existentes adiacere. Preterea quasdam duas litteras ecclesie Zagrabiensis patenter confectas nobis. demonstrarunt, in qu.arum unius tenore, quarta feria proxima post oetavas festi Penthecostes sub anno domini MCC nonagesimo sexto emanato, conspeximus contineri quod Matheo filio Detreh de genere Acha, ab una parte, item GiHone maiore ville, Sirmarkou, Petro, Scandalar, Michaele Bisseno et magistro Clemente civibus castri Grecensis pro se et tota communitate eiusdem loci parte ab altera in eiusdem capituli Zagrabiensis presencia personaliter constitutis, idem Matheus confessus extitisset, quod licet ipse super terra seu possessione Scuiblan vocata movisset accionem requirendo et repetendo eandem titulo possessionis sue hereditarie, tamen propter bonum pacis, quam ipse cum eisdem civibus maluit inviolabiliter observare, cedens et renuncians pro parte sua huiusmodi liti atque iuri super ipsa possessione suscitatis, eandem possessionem Sciuiblan reliquisset et dimisisset prefatis civibus prout in antea Hbere et pacifice possidendam. In alterius vero tenore, in octavis festi Epiphanie domini anno eiusdem MCCC undecimo confecto, reperimus, quod comite Farkasio, nepote comit.is Gardun ex una parte et Pechmano maiore ville pro se et dvibus de monte Grech ex altera coram eodem capitulo constitutis, idem Farkasius confessus extitisset, quod licet i.pse super quadam possessione Cubilia vocata inter terram eiusdem capituli similiter Cobilia dictarh ac possessionem Cruciferorum de sancto Martino existentem prefatis civibus per magnificum virum Stephanum banum tocius Sclauonie ex precepto e.t mandato domini Karoli illustris regis Hungarie, mediante testimonio dicti capituli,. assignanda, contradictor exstiterit, asserens se in ipsa possessione ius habere. seu ad ipsum ex collacione regia pertinere, ipsumque negocium in presencia domini Stephani bani diucius extiterit inter partes ventilatum. Tandem ideni comes Farkasius cognoscens prefatos cives Grecenses in memorata possessione ius integrum habere, omni iuri suo, ćontradiccioni, liti et materie cuiuslibet questionis super prefata possessione Cobilia dicta contra prefatos cives suscitatas et in posterum suscitandas coram eodem capitulo per se et per suos successores lineales renunciasset pure et in toto. eandem possessionem cum suis atinenciis, prout sepefatis civibus ex gracia rega!i[s] celsitudinis exstiterat collata, pacifice posšidendam, relinquendo litteras siquidem et instrumenta, si qua(!) super ipsa possessione haberet quoquomodo obtenta, frivola haberi voluit et nullius efficacie vel momenti quandocumque in contrarium predictorum. civium per quempiam forent pi esentata. Verum quia hiis visis et ad.pienum partibus expositis iidem Nikolet et Jaxa sua et co-

hospitum suorum predictorum in persona de transcripto ipsius capitulo ecclesie Albensis non [contenti] originale eiusdem per ipsos magistrosi Demetrium archydiaconum et Dyonisium procuratores capituli annotati instanter exhibere postularunt et velle videre se et hospites prenotatos, quo titulo et quo iure dicta possessio Cobilia ipsius comitis Vta et fratrum suorum et dicto capitulo data fuerit per eosdem et quo homine regio seu pristaldo et sub testimonio cuius capituli vel conventus, ut regni consvetudo exigit ab antiquo, post coliacionem eis factam introiverint in eandem, et si littetas prohibitorias, inquisitorias, protestationales aut aliquas alias iuridicas cauciones a tempore preallegatorum dominorum Stephani et Ladizlai, quondam illustrium regum Hungarie, a quo prememorati Demetrius archydiaconus et Dyonisius magistri sua et ipsiucapituli in persona eosdem cives et hospites de Grech possedisse ipsam possessionem Cubilia vocatam et in eadem fuisse proprio ore fatebantur, et si a tempore Bele regis aliqua contra ipsos hospites de Grech in sui iuris patrocinium et defensionem, quod in eadem habere se sperarent, et obstacula prohibitoria tempore statucionis ipsius possessionis per pristaldum antedictum sub testimonio hominis dicti capituli hospitibus de Grech annotatis facte, et si tempore concordie, quam cum preallegatis Matheo et Farkasio super ipsis possessionibus Cubilia et Sciuiblan vocatis fecerant hospites prenotati coram eodem capitulo ecclesie Zagrabiensis aliquo contradiccionis obstaculo obviaverint nec ne, pluries et pluries a procuratoribus dicti capituli prenotatis se et eosdem hospites precabantur informari. Iidem Demetrius archydiaconus et.Dyonisius magistri aliquas litteras exhibere vel iuridicas cauciones presenti ipsorum negocio proficuas et ipsas possessiones suo iuri pertinere demonstrantes pretendere non valebant, sed solum suorum verborum prolacione sicut prius sic et nunc omnes litteras in facto possessionum predictarum emanatas, quo supra, combustas fore allegabant. Unde quia preallegati cives et hospites de Grech predictas possessiones Cobilia et Sciuiblan vocatas efficacium instrumentorum robore mediantibus procuratoribus suis annotatis sibi pertinere et a tempore collacionis earumdem possessionum sibi **facte, ut** iidem Demetrius archydiaconus et Dyonisius magistri fatebantur, semper in eisdem pacifice perstitisse et sine aliqua contradiccione capituli annotati luculenter demonstrabant, dictumque capitulum tam tempore statucionis eiusdem possessionis Cobilia quam concordie prenotate velud nil iuris nilque proprietatis in possessionibus prenotatis considerantes se habere, aliquo contradiccionis obstaculo minime reperiebantur civibus et hospitibus de Grech prenotatis obviasse, et ex eo ipsas possesšiones admisisse et consensisse propter sui taciturnitatem, iuxta iliud: Qui tacet consentire videtur. et propter temporis diuturnitatem bene merito potest

annotari, litterrasque protestacionales, prohibitorias et alias quaslibet, que alicuius efficacie viderentur vel momenti in hoc facto iidem procuratores capituli ecclesie Zagrabiensis per nos, ut nostro incumbit, trina vice requisiti, nequibant nec assumpmebant exhibere. Igitur nos unacum venerabili in Christo patre domino Petro, dei et apostolica gracia episcopo Syrmiensi; item magnificis viris domino Nicolao palatino et iudice Commanorum, Thoma, quondam voyvoda Transilvano, Paulo, magistro tavarnicorum reginalium, Nicolao dicto Treutul, comite Posoniensi, Johanne, filio Geleti, comite de Turuch, comite Deseu de Pok, viceiudice comitis Pauli, iudicis curie regie; item discretis viris Nicolao, dicto Bika eiusdem domini palatini; item, Paulo de Vgal, castellano de Varna dicti comitis Pauli prothonothariis et aliis quamplurimis nobilibus regni nobiscum in iudicio consedentibus dictas possessiones Cobilia et Scyuiblan vocatas sub eisdem metis, quibus ab olym ipsi cives easdem possiderunt, de plenitudine nostre iudiciarie potestatis adiudicando prenominatis civibus et hospitibus de Grech dimitimus, reliquimus perpetuo possidere, tenere et habere regio nomine mediante, dictumque capitulum ecclesie Zagrabiensis, quod in statucione possessionis Cobilia [annotate] sub testimonio hominis ipsorum dictis civibus, item concordia super dictis possessionibus Cobilia et Sciuiblan inter ipsos cives et hospites ab una, item Matheum et Farkasium parte ab altera coram iam dicto Zagrabiensis ecclesie capitulo mediantibus eiusdem capituli litteris facta, aliqua non obviante contradiccione, consensum prebuisse et assensum denotatur. Igitur ipsum capitulum velud rei consense et admisse et propter taciturnitatem et temporis diuturnitatem eisdem hospitibus iuxta prescripcionis formam perpetuate suscitatorem in facto calumpnie unacum prelatis, baronibus et nobilibus regni annotatis mature decernendo commisimus fore convictum contra hospites et Grech prenotatos. Datum in Wyssegrad. vigesimo die termini prenotati, anno domini MCCCXL sexto.

Original u arkivu grada Zagreba. Pečat otpao. Savremcni prijepis u arkiv.i jugoslavenske akademije u Zagrebu.
Tkatčić Mon. civ. Zagrab. I. 445.—452.

221.

1346, 18. aprila. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaju Martin i Gyuke od plemena Junk svoj posjed Nizlonyn Ivanu sinu Ivana sina Junkova.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Martinus et Gyuke filii Georgii filii Pauli de genere Junk in nostri presencia personaliter constituti asseruerunt, quod ipsi a nobili viro magistro Johanne filio Johannis filii Junk ab olim habuerant marcas viginti octo monete domini Mykch bani, pro quibus porcionem possessionis ipsorum Nizlonyn ipsos contingentem tunc obligauerunt eidem, nunc autem dixerunt se habuisse ab eodem magistro Johanne marcas triginta monete domini Nicolai bani, pro quibus quidem quinquaginta octo marcis eandem porcionem totalem quasi inseparabilem a suis porcionibus terre ibidem, quas quidem iure hereditario dignoscuntur possedisse, vendicionis titulo cum siluis, pratis, terris et ceteris suis vtilitatibus dixerunt se dedisse, tradidisse et assignasse eidem magistro Johanni et suis heredibus iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam. In quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum feria tercia proxima post festum resureccionis domini, anno eiusdem MCCCXL° sexto.

Iz izvornog prijepisa kaptola zagrebačkog od 25. marta g. 1375.
Potonji prijepis u arkivu jugoslav. akademije u Zagrebu: Diplonata a. 1346.

222.

1346, 21. aprila. U Zagrebu.

Ban Nikola potvrdjuj'e Ivanu sinu Ivana povelju župana Pavla od 13. septembra g. 1343. glede posj'eda kod sv.. Ireneja.

Nos Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magister Johannes filius Johannis filii Junk exhibuit riobis quasdam litteras patentes magistri Pauli comitis nostri Crisyensis petens nos. humili precum cum instancia, vt ipsas de verbo ad verbum transcribi nostrisque litteris redigendo confirmari faceremus. Quarum tenor talis est: *(Slij'edi listina župana Pavla*

od 13. septembia 1343.). Nos itaque iustis et condignis peticionibus sepedicti roagistri Johannis fiiii Johannis filii Iwnk fauorabilem assensum et consensum prebentes, maxime quia ipsas litteras non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, sed iusto modo et vero titulo comperimus emanatas, easdem de verbo ad verbum transcribi nostrisque litteris patentibus fecimus confirmari et nichilominus, dum nobis presentes fuerint reportate, litteris nostris priuilegialibus confirmari faciemus. Datum Zagrabie, feria sexta proxima ante octauas passce domini, anno eiusdem M°CCC°XLmo sexto.

Original и kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L no. 33322. — Stara signatura : N. R. A. fasc. 465. no. 21.

Na hrptu listtne bijaše pritisnut veliki okrugao pečat, na kojem mjestu se lita:'»relacio bani<.

223.

1346;: 26. aprila. U Zadru.

Mihajlo de Zadolinis župni.k sv. Petra u Zadru čini svoju oporuku,

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, [in]dic[cione quarta decima], die vigesimo sexto mensis aprilis, Jadre. Regnante domino nostro domino [Lodouico dei gratia inclito] rege Hungarie et tempore reuerendi patris domini Nicolai [de] Maftafaris decretorum doc]toris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac dominorum [Cerni de F]an[fonia, Petri] de [M]atafaris, Bogdani Grisogoni de Bogdani et Georgii Pauli de [Georgiis], rectoribus Jadre. Cum morte nil sit cercius et hora mortis nichil incercius, idcirco dominus Michael de (^adolinis plebanus ecclesie sancti Petri de platea infirmitate graui corporis oppressus, sanam tamen per dei graciam h.abens mentem et inteilectum, predicta considerans tale de bonis suis omnibus testamentum fecit et ordinauit, in quo suos comissarios esse uoluit et constituit Vitum et Petrum de (Jadolinis ciues Jadre, fratres suqs, vt secundum quod de dictis bonis suis ordinabit darique iusserit, .sic dicti comissarii sui facere et adinplere teneantur firmumque sit ac .ratum, perpetuo. In primis uoluit, quod facta racione de decim.a passagii et. de decima capituli Jadrensis et de denariis, si qui. remanserint apud ipsum de fabrica ecclesie sancti Anastasii de Jadra, quod si quid deficeret, quod statim persoluatur; item dimisit ob reuerenciam dei et

remissionem suorurn peccatorum libras ducentas paruorum Vitcori filio Catharuce filie Ventramini inta!atoris{!) habitatoris Venecie, que dentur ad utilitatem eius in una stacione et teneantur ibi quousque peruenerit ad etatem legitimam, et dicte Iibre ducente extrahantur de primis redditibus possessionum suarum, antequam dicti fratres sui peruenerint ad diuisionem bonorum suorum; item dimisit ob reuerenciam dei et remissionem suorum peccatorum Felici filie dicte Catharuce unam terram positam ad paruum iocum (!), que est ex parte transuersaii salinarum dicti testatoris; item dimisit eidem Felici omnes res.suas ipsius testatoris mobiles cuiuscumque generis sint ille; item dimisit Johanni clerico suo librum suum breuiarium ad utendum eo quousque ipse Johannes uiueret, et post eius obitum ipse liber deueniat dicte ecclesie sancti Petri ad usum omnium clericorum dicte ecclesie; item dimisit dicto Johanni libros suos loice[1] et philosophie, si uoluerit studere in eis, alias habeat eos Vitcor predictus, et si ipse non studeret, uendantur et precium eorum habeat dicta Felix cum condicione predicta contenta in legatis sibi factis testamento presenti; item dimisit dicte Felici omnes uites, quas ipse testator habet in villa Celsano ; item, si alter dictorum Vitcoris et Felicis decesserit sine heredibus, superstes eorum succedat sic decedenti, et si ipsi ambo decesserint pro modo predicto, tunc dicta terra dimissa dicte Felici deueniat ad dictos fratres ipsius testatoris, reliqua dimissa dictis Vitcori et Felici in casu predicto uoluit ipse testator, quod dicti commissarii sui distribuant pro anima ipsius testatoris et eiusdem. testatoris defunctorum, prout ipsis comissariis melius uidebitur; preterea uoluit ipse testator, quod dicta bona mobilia dimissa dicte Felici uendantur infra unum annum proximum futurum et denarii exinde percipiendi dentur pro utilitate ipsius Felicis in stacione prout dictis comissariis suis uidebitur, quousque ipsa Felix maritabitur; item recomisit dictos Vitcorem ct Felicem in manibus et proteccione dictorum comissariorum suorum non minuendo legata ipsis Vitcori et Felici facta; item domine sorori Mire consobrine .sue, moniali sancti Nicolai ducatos tres auri dimisit pro anima sua; item domine sorori Magdalene Cunsobrine sue, moniali sancti Demetri ducatos tres auri dimisit pro anima sua; item dimisit collegio dicte ecclesie sue sancti Petri de platea affictus omnium iurium suorum et accionum, que habet et quas habet in domo sue habitacionis posite prope ipsam ecclesiam, cuius domus terenum et murus sunt eiusdem ecclesie cum istis condicionibus et pactis infrascriptis, videlicet, quod ipsum collegium teneatur annuatim dicere missam conuen-

[1] Mjesto: logice.

tualem semel in anno pro anima dicti testatoris et quilibet presbiterum dicti collegii teneatur dicere semel in anno unam missam annuatim pro anima ipsius testatoris illo die, quo celebrabitur ipsa missa conuentualis et habeant illo die omnes presbiteri et clerici ipsius ecclesie prandium de affictu dicte domus seu de iuribus ipsius testatoris dicte domus; item uoluit, quod de dictis iuribus suis dicte domus fiat semel in anno annuatim una missa conuentualis in dicta ecclesia a dicto collegio pro animabus illorum, qui fundauerunt et dotauerunt et consecrauerunt dictam ecclesiam per se uel per alios; item uoluit, quod fiat tercia missa conuentualis annuatim semel in anno a dicto collegio pro animabus patris et matris, fratrum, consanguineorum, auorum et auiarum et aliorum defunctorum ipsius testatoris; item uoluit, quod annuatim in qualibet quadragesima ebdomadarum duo dicte ecclesie presbiteri dicant omni die missam pro anima dicti testatoris et dictorum defunctorum suorum et dictorum fundatorum dicte ecclesie, videlicet duas missas et habeat pro qualibet ipsarum missarum quilibet dicens illas missas grossum unum de affictu iurium suorum dicte domus; quam domum pro faciendis predictis, que debent fieri de iure dicti testatoris dicte domus uoluit, quod septimatim ipsi ecclesie tres teneant et gubernent et affictent cum scitu plebani dicte ecclesie qui fuerit tunc temporis; item dimisit de iuribus suis affictus dicte domus soldos duodecim paruorum annuatim cuilibet diacono dicte ecclesie et [sub]diacono soldos nouem de(!) acolito soldos • sex, aliis uero inferiorum gra[duum] solidos tres cuilibet eorum; et quociens in aliquo anno dictum collegium omitteret aliquid de predictis, tunc sequenti anno post omissionem predictam collegium sancti Stephani de Jadra faciat predicta et habeat quod ipsum collegium sancti Petri habere deberet pro predictis illo sequenti anno; item uoluit, quod plebanus dicte ecclesie sancti Petri qui pro tempore fuerit, habeat annuatim de predictis, quantum habuerit quilibet presbiterorum dicti collegii sancti Petri, qui missam dixerit; item uoluit, si aliquo tempore plebanus dicte ecclesie sancti Petri et collegium redimerent dictam domum, quod precium exinde percipiendum detur dictis fratribus suis seu illis, qui post obitum illorum essent eorum comissarii seu gubernatores bonorum eorum, quod ipsi exinde maritare debeant pauperes puellas; in reliquis uero bonis suis omnibus stabilibus, iuribus et accionibus sibi heredes instituit dictos Vitum et Petrum fratres suos inter ipsos equaliter diuidendum. Et ita hoc suum testamentum firmum esse uoluit perpetuo, quod ualere **uoluit** iure testamenti, et si iure testamenti non ualeret, uoluit, quod uateat saltem iure codicilli et cuiuslibet alterius ultime uoluntatis, nulio pretermisso obstante; dans dictis comissariis suis et illis qui habebunt ad faciendum de predictis ex testamento presenti plenam potestatem, quam maiorem habere possunt in iudicio et extra, nullo pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis [et] rogatis testibus, scilicet Petro Cepregne et Moissa condam Radoj', mercatoribus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Franciscus Grisogoni de (Jadolinis iudex examinator manum meam posui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Origmal ti. arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1316.

224.

1346, 1. maja. U Višegradu.

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski izdaje nalog sucima i gradovima, da ne dozvolj'avaju, da se smetaj'u kme.tovi-posjednici Petra sina Ivana zvanog Zeuke.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Johannis dicti Zeuke curie nostre notarius ad serenitatis[1] accedendo presenciam nobis querulose significare curauit, quod iobagiones sui et seruientes inpossessionati more aliorum iobagionum suorum in suis possessionibus commorantes ubique maxime pro debitis aliorum in rebus et personis prohiberentur, nulla prius ab ipso et suis officialibus, ut conueniens esset, iusticia postulata, per quod possessiones sue deuastaciones non modicas paterentur, suppiicans exinde nostre humiliter maiestati, ut sibi super hoc de solita regie pietatis clemencia occurrere dignaremur remedio oportono(l). Nos itaque huiusmodi querimonis(!) ipsius Petr filii Johannis exauditis, tum ex gracia nostra speciali, tum eciam consuetudine regni nostri antiqua requirente duximus committendum, ut iobagiones seruientes in possessionibus iamdicti Petri filii Johannis in quibuslibet suis possessionibus commorantes pro debitis aliorum quorumlibet tam in rebus quam personis prohiberi non ualeant neque possint. Igitur vniuersis et quibuslibet iudicibus et restituariis(!) regni nostri specialiter, iudicibus iuratis et vniuersis ciuibus ciuitatum quorumlibet, quibus pre-

[1] Imalo bi slijediti „nostre«, česa nema u originalu.

sentes ostenduntur, firmo firmius precipientes damus in mandatis, quatenus prefatos iobacribnes et seruientes [1]ipossessionatos iamdicti Petri filii Johannis prb debitiš aliorum quorumlibet vbique in uestris tehutis, possessionibus et media (!) prohibere uel prohiberi facere non permittatis et aliud per nullum casum facere presumpmatis. Datum in Wissegrad, in festo beatorum Philippi [et] Jacobi apostolorum, anno domini MCCCXL° sexto. Illos tamen iobagiones et seruientes inpossessionatos prenominati Petri, ex parte quorum iusticia petita dari denega[ta] fuerit anh . . . cione' legittima fienda nolumus custodiri. Datum et anno domini vt supra.

Original na pergam. u arkivtt jugosiavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1346.

Na hrptu vidi se trag velikog pritisnutog pečata.

225.

1346, 1. maja. **U Zagrebu,**

Ban Nikola prepisuje i polvrdjuje listinu zagrebačkog kaptola od 20. augusta g. 1340., koja sadriaje listinu Pavla sina Mihalćeva od 7. decembra g. 1329., kojom ovaj nadaruje sdmostan garićki,

Nos Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus, memorie commendantes tenore presensium significamus quibus expedit vniuersis, quod religiosus vir frater Petrus prior ecclesie beate virginis de rnonte Garig, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis quoddatn priuilegium capituli Zagrabiensis ecclesie super quadam particula terre in capite fluuii Gersenche ex utraque parte adiacente per Paulurn filium Myhalch ipsi ecclesie collate confectum, in nulla sui parte viciatum, petens, vt ipsum ratum habere et dictam particulam terre ipsi ecclesie beate virginis perpetuare dignaremur. Cuius tenor talis est: *(Slij'edi listina zagrebačkog kaptola od 20. augusta 1340.)* Nosque iustis peticionibus eiusdem fratris Petri prioris fauorabiliter inclinati, dictum priuilegium de uerbo ad uerbum presentibus insertum ratum habentes, predictam particulam terre dicte ecclesie beate virginis presentis scripti patrocinio perpetuo possidere confirmamus. In cuius confirmacionis seriem presentes eidem concessimus litteras nostras priuilegiales, pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zngrabie, in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M°CCC°XL° sexto.

[1] Anhilacione(r).

Original na pergameni u kr. ugar. državnom arkivu u Btidimpešti; M. O. D. L. no. 35171. — Stara signatara. Acta monast. de Gdrisr r'fdse. I. no. 23.

O crvenoj, zelenoj, bijeioj le" žutoj svilenoj' vlaknatoj vrvci visi pečat (otisak pečatnika sasvim ispaoj.

Na hrptu notica XV. vijeka: Donacio Pauli bani filii. Mihaicli ad Gari% heremitas sut>er Mihalweicge.

226.

1346, 12. maja. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački izvj'ešćuje kralja Lj'udevita o medjama posj'eda Rakitovac i Peruševac.

Excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia' iilustri regi Hungarie domino eorum reuerendo capitulum ecclesie Zagrabiensis oraciones pro eo ad dominum. Noueritis nos Htteras vestre ex-ceilencie reuerencia qua decuit recepisse in hec verba: *(Stijedi listina kralja Ljudevita od 25. novembra 1344.).* Nos autem mandatis vestre excellencie obtemperare fideliter volentes, vt tenemur, cum predicto Martino de Rokonok homine vestro, discretum virum dominum Johannem custodem -ecclesie nostre ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, •quod idem homo vester presente ipso homine nostro ab hominibus illarum parcium nobilibus et ignobilibus, clericis et laicis quibus debuit inquisiuisset et sciuisset, quod idem Nicolaus filius Petres absque(!) heredum solacio orbatus extitisset et ideo vniuerse possessiones eiusdem de iure et antiqua consuetudine regni vestri, ad collacionem vestre serenitatis dignoscuntur pertinere, et post hec scita huiusmodi veritate accessisset ad faciem quarundam porcionum dicti Nicolai filii Petres Peou-.souch(!) vocatam et in Rakitouech constitutarum et easdem conuocatis vicinis et commetaneis vniuersis et presentibus, sicut in talibus iuxta regni consuetudinem obseruatur, per veras suas metas et antiquas nouas metas iuxta veteres vbi necesse fuerit erigendo reambulasset, vt infra patebit, et sic reambulatas cum vtilitatibus et pertinenciis earundem vniuersis, tam in campis et siluis quam aliis quibuscunque eo iure, quo ad vestram collacionem, ut predicitur dignoscuntur pertinere, supradicto Gregorio filio Stephani et per eum suis heredibus iuxta vestrum' man--datum pacifice et quiete nemine contradictore existente, ymmo consen-•cientibus expresse statuisset perpetuo possidendas et habendas. Prima

autem meta predicte possessionis Rakitouch incipit a parte orientali in magna silua in fluuio Glosna vocato vbi adiacent mete possessionis Lucachii filii Wlchiak, et deinde per ipsum fluuium Glosna aliquantulum descendit et peruenit ad metam Jacobi dicti woyuoda a parte meridionali et inde exit ad quandam arborem piri cruce signatam, deinde per quendam riuum Zuhodol vocatum declinat versus occidentem et peruenit ad metam terream, deinde venit ad arborem cerasi cruce signatam meta terrea circumfusam, ab hinc ad quandam metam terream in cuius medio quidam truncus existit, abhinc ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde procedit ad riuulum Wranin, quem transit vsque siluam et includit quandam terram arabilem, deinde procedit vsque alium riuum Wranich dictum et per hunc intrat iterum ad riuulum Wranin et per eundem ascendit uersus aquilonem in bono spacio et intrat in fluuium Obdina, per quem iteriim asscendit supra usque ad quendam pontem quem transit et uadit per viam antiquam, per quam procedendo uenit ad duas metas terreas a parte occidentali circa metas Jacobi supradicti, deinde circuit et includit quandam terream(!) ad quinque vreten vulgariter metis terreis signatam, ab hinc procedit in riuum Horuachka dictum et uenit ad paruam arborem piri meta terrea circumfusam, deinde pioceditper eundem riuum circa terras iobagionum castri et intrat in riuum Obdina predictum, inde ascendendo in modico spacio versus meridiem uenit ad quendam truncum arboris tul, prope quem est meta terrea, inde procedit versus orientem circa metam Stephani filii Wlkota ad quandam metam terream vbi de sinistra parte remanet terra eiusdem Stephani, ab hinc directe procedendo intrat in magnam siluam vbi est arbor tul cruce signata, deinde ad arborem similem cruce signatam et ibi terminatur. Ad eandem eciam possessionem reperta est pertineri quedam terra arabilis ad quinque mensuras wreten vulgariter, que est inter terras filiorum Zlobiuech Marci filii Petina[1] et Andree filii Berkus, Wlk et Iuanko iobagionum castri de Kochan; item quedam terra arabilis Bzouicha vocata in magna silua inuenta est communis, Gregorii videiicet predicti et Alexandri. Item prima meta possessionis Peousouch predicte incipit in loco qui dicitur Brodische, deinde procedit versus aquilonem et riuulum Minor Struga dictum et cadit in maiorem riuum Struga vocatum, qui dicitur Biztra circa insulam nostram et ecclesie nostre Otok uulgariter dictam, abhinc reuertitur versus orientem oer eundem riuulum Biztra Struga et procedit in bono spacio et peruenit ad quandam rippam(!) factam ad modum fossati, per quod fossatum procedit uersus meridiem et peruenit ad duas

[1] Pecina?

metas terreas, ab hinc ad unum magnum dumum spinarum vbi est meta terrea, deinde tendit per quandam valletn per dumos spinarum uersus meridiem et peruenit ad quandam ryppam(f) Wrmacha dictam, deinde procedit per metas terreas et uenit ad arborem tul ubi est meta terrea et ibi iungitur metis Mykech filii Kelemus, deinde procedit per metas terreas declinando aliquantulum uersus occidentem et peruenit ad arborem pomi meta terrea circumfusam, deinde uadit per metas terreas et peruenit ad dumos spinarum vbi est iterum meta terrea et iungitur metis terre Hurchin Stephani filii Lucachii, deinde procedit directe uersus occidentem per quandam valliculam circa metas terreas et peruenit ad metas possessionis quam nunc Stanech possidet ciuis Grechensis, abhinc declinat uersus aquilonem et vadit per metas terreas circa dumos spinarum et peruenit ad quasdam arbores nucum, inde tendit ad priorem metam. Datum feria sexta proxima post quindenas festi beati Georgii martiris, anno domini M°CCC°XL° sexto.

Iz origmalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od 16. maja g.. 1346. u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu: Doc. medii aev. a. 1344. — Stara signatura: Actor. conventus Remethensis fasc. I. no. 7.

Laszowski Cod. Turop. I. doc. 38.

227.

1346, 16. maja. U Zagrebu.

Kapiol zagrebački prepisuje svofu lislinu od 12. maja izvještaj na kralja Ljudevita pa prepisuje i kralfevo -pismo od g. 1344.

[NJos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, feria tercia proxima post festum beatorum Nerei et Achilei martirum ad peticionem comitis Gregorii filii Stephani tenorem quarundam litterarum nostrarum excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia regi Hungarie directarum de uerbo ad verbum presentibus inseri fecimus et nostri pendentis sigilli munimine roborari. Quarum quidem litterarum tenor talis est: *(Slijedi listina zagrebačkog kaptola od 12. maja 1346.)*

Original na pergameni u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu: £)oc. medii aevi a. 1.344. — Stara signatura: Actor. conventus Remethensis fasc. I. no. 7.

Na listini visi samo crvena svilena vrvca, pečat je otpao.

Na krptu bilješka: Metales super possessiones Petruseuecz et Rakitouecz.

228.

1346, 25. maja. U Zadru.

Oporuka Slave udove Ćovehćeve.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem miiiesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quartadecima, die vigesimo quinto mensis maii, Jadre. Regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Vngarie, et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac dominorum Barthi Petri de Sloradis, Bogdi condam Grisogon de Bogde et Georgii condam [Pajuli de Georgio, honorabilium rectorum Jadre. Cum morte nil sit certius et dies mortis ab omnibus [ignoretur], idcirco ego Slaua relicta Johannis Couellich de insula Gelani, nunc habitatrix Jadre, lficet infirjma corpore, sanam tamen per dei gratiam habens mentem et intellectum, predicta considerans, tale de bonis meis omnibus facio et ordino testamentum, in quo meos fidey(!) comissarios esse constituo et ordino Drascham relictam Nicule, consobrinam meam, et Stoyanum uocatum Sarcho, et uolo, quod dicti comissarii mei in distributione bonorum meorum et aministracione dicte mee commisarie teneantur requirere consilium fratris Gregorii ordinis Minorum, filii dicte Drasche, et sine ipsius consilio nichil facere possint, ut sicut hic disposuero sic dicti comissarii mei post obitum meum de bonis meis debeant adimplere, firmumque sit ac ratum perpetuo. Inprimis dimitto dicto fratri Gregorio soldos viginti venetorum grossorum pro missis celebrandis per ipsum pro anima mea; item dimitto cuilibet dictorum comissariorum meorum libras quinque paruorum. Omnia alia bona mea mobilia et immobilia mihi quoquo modo et iure pertinencia ordino vendi et distribui per dictos commissarios meos pro anima mea in missis, elemosinis, operibus pietatis et pauperibus Christi, quos dicti commissarii mei ad hoc ellegerint, quos pauperes mihi heredes instituo. Et ita hoc meum ultimum testamentum firmum esse uolo perpetuo, quod vaiere uolo iure testamenti, et si iure testamenti non valeret, saltem iure chodiciliorum valeat [uel] cuiuslibet alterius ultime uoluntatis. Quibus commissariis meis do et concedo post obitum meum illam plenissimam uirtutem et potestatem, quam quilibet [u]eri et legiptimi(!) commissarii alicuius uel

aliquorum habere possunt in iudicio et extra, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Michaele pictore condam Pauli Sali Petri et Gregorio filio Johannis Gregorii petinarii, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

j Ego Grisogonus condam Canci de Calcina iudex examinator examinaui.

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi publicus ciuitatis Jadre notarius predictis omnibus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et signo meo ac nomine roboraui.

(Signum not.J

Origmal na perg. u gubem. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 199.

229.

1346, 10. juna. U Zadru.

Andrija de Sloradis pravi kodicil.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta decima, die decimo mensis iunii, Jadre. Regnante domino nostro domino Lodouico dei gratia serenissimo rege Hungarie et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac dominorum Barthe Petri de Sloradis, Bogde Grisogoni de Bogde et Georgio Pauli de Georgiis, rectorum Jadre. Nobilis et sapiens vir dominus Andreas eondam Viti de Sloradis ciuis Jadre per gratiam Jesu Christi corpore, memoria et sensu sanus presentibus codicillis ultimum uelle suum de bonis infrascriptis. . . . . .in hunc modum: In primis. . . . .ut asseruit, pro parte [docium domine Rade] uxoris sue villam de Berda cum suis pertinenciis extimatam librarum quingentarum denariorum venetorum paruorum, uoluit, quod eadem domina Rada habeat ipsam villam iure legati post ipsius Andree obitum cum omnibus rebus ad eam spectantibus pro eadem extimacione in solutum in racione pro parte satisfactionis dictarum docium suarum. Item uoluit, quod eadem domina Rada habeat in ratione dictarum suarum docium iure legati loca sua posita Jadre in confinio ecclesie -sancti Petri veteris pro libris septingentis quinquaginta sex nomine precii, idem Andreas asseruit. . . . .[Gre]gorium Detrici cognato

suo. Item voluit, quod ipsa domina [Rada habeat de] bonis suis pro complemento solucionis et satisfacionis librarum mille quadringentarum paruorum dotium suarum libras quatuor et dimidiam denariorurn venetorum grossorum. Item reliquit eidem domine Rade capsellam cum omnibus rebus existentibus in ea, quam capsellam et res habuit . . . [eladem nuptiarum tempore; item reliquit eidem 'cotum suum massaraticum et . . . . sorori sue inter ipsas diuidendum prout eidem domine Rade p . . . . [Et hoc suam] ultimam uoluntatem et uelle asseruit, quam valere uoluit [iure codicillorum], et si iure codicillorum non ualuerit, uoluit eam ualere iure cuiuscumque alterius ultime uoluntatis quo melius ualere potest. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dragano condam Vidci et Bogdano condam Stipcho, uillanis in villa de Mocro, et aliis.'

(Drugi rukopis).

f Ego Bartolomeus Mauri de Grisogonis examinator examinaui.

(Sipium not.)

Et ego [Blasius Michae]lis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru. odio samostana sv. Do~minika no. 719.

230.

1346, 26. juna. U Čazmi.

Jakob biskup zagrebački potvrdjuje povelju biskupa Stjepana od godine 1245., kojom se daje kanonicima čazmanskim sloboda oporučne raspoložbe s imetkom.

Nos Jacobus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod discreti et honesti viri capitulum ecclesie nostre Chasmensis personaliter ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quasdam litteras priuilegiaks venerabilis in Christo patris domini Stephani quondam episcopi Zagrabiensis, predecessoris nostri super facto testamenti confectas,,Jpetentes a nobis cum instancia, vt ipsas litteras approbare et confirmare ac tenorem earundem de uerbo ad uerbum transscribi nostrique sigilli appensione consignari faceremus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi povelja biskupa Stjepana od god. 1245.J.* Nos vero iustis et condignis peticionibus predictorum fratrum nostrorum annuentes, predictas litteras priuilegiales de Uerbo ad uerbum transscribi facientes approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio in perpetuum confirmamus. In cuius rei memoriam et peipetuam firmitatem presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Chasme, feria secunda proxima post festum beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo CCC°XL° sexto.

Original u arkivu čazmanskoga kaptola u Varazdinu. Fasc. 1. no. 2. Na listini visi žuta sviiena vlaknata vrvca bez pečata.

231,

1346, 6. jula. Pred Zadrom

Nikola ban hrvatski daje Nikoli sinu Mikinom, podložniku križevačkom (kraljevsko) plemstvo sa svim pravima, što ih uživaju ostali kraljevi plemići u Slavoniji.

Nicolaus tocius Sclauonie banus et Croacie[1] omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Justis petencium desideriis facilem prebere consensum ius invitat, racio expostulat et magnitudinis sublimitas ad est(!) merito exortatur. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos attendentes et circumspicientes fidelitates et fidelium seruiciorum merita ac efmsiones sanguinum Nicolai filii Myke nobilis iobagionis castri Crisiensis, qui, dum excellentissimus princeps dcminus Lodouicus dei gracia inclitus rex Hungarie scitatum[2] Venetorum eapitalium inimicorum suorum ante Jadram constitum(l) die sabati post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum vna cum sua et suorum baronum ac nostra potencia et gente expugnari fecisset, vulnera mortifera per ictus sagittarum pro exaltacione honoris regiminis sub nostro vexillo viriliter in se Tesumpmere non formidauit, eundem Nicolaum filium Myke et possessiones suas vbilibet existentes pro ipsius fidelitate ac fidelium seruiciorum meritis ac effusionibus sanguinum eius in persona regia, maiestate et auctoritate eiusdem nobis concessa, a iobagionatu predicti castri Crisiensis penitus et in toto excipientes et eximentes in cetum et numerum nobilium seruiencium regalium et nostrorum de gracia speciali duximus agregandum et collocandum ita,. lit

[1] B. ima: tocius S. et C. banus.
[2] Ima A i B.

a modo et deinceps idem Nicolaus filius Myke eadem prerogatiua nobilitatis libertate, qua ceteri nobiles seruientes regales et nostri in partibus Sclauonie existentes perfruuntur, perpetuo gaudeant et perfruantur sine lese (!) in filios filiorum suorum et heredes. Vt igitur huius nostre libertatis donacio eidem Nicolao et heredibus suis perpetuo possit perdurari presentes eidem concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in eodem exercitu nostro ante Jadram, in octauis festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini MCCCXL° sexto.

Iz potvrde hercega Stjepana od 27. novembra, potvrdjene po kerceškinji Margareti 20. januara 7355.

Ortgmal potonje potvrde od g. 1355. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1346.

Nadalje ima u kr. ugar. drz. arkivu M. D. O. L. no. 35.874. od navedene potvrde hercega Stjepana originalna potvrda (B) kralja Ljudevita od 2. februara 1355. (quarto nonas mensis febrttarii), što je moli Nicolaus filius Myke filii Matheus, a nosi i poznatu klauzulu za potvrdu kralja Ljudevita novim pečatom od 28. februara 1364. — Od ove Ljudevltove potvrde postoji ovdj'e M. 0. D. L. no. 35.861 i izvorni prijepis čazmanskog kaptola od 12. marta 1356. (in festo s. Gregorii pape et confessoris) kako moh: Nlcolaus fihtts Myke nobihs de districto Crisyensi. — Ove hstlne bile su nekada u zbirci Kukuljevicevoj.

Vjesnik hrv. arkeol. dntštva nov. ser. IV. 75.

232.

1346, 11. jula. U Zadru.

Feraca Pavlov ovršitelj oporuke pokojne Katarine Dešine, započinje inventar pokreimna i nekretnina.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indicione quartadecima, die vndecimo mensis iulii, Jadre. Regnante domino nostro domino Lodouico dei [gratiaj serenissimo rege Vngarie, et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac nobilium uirorum dominorum Petri de Matafaro, Cerni de Fanfonia et Miche de Qadulinis, rectorum Jadre. Feraca mariscalcus condam Pauli, habitator Jadre, constitutus ut procurator et procuratorio nomine Francisce, nouerce sue et relicte olim dicti Pauli, comissarius Catarine relicte Deschi mercarii, prout de dicta procuracione patet publico instrumento manu mei notarii infrascripti conpleto et roborato anno, indictione predicto(l), die uero decimo mensis predicti coram rectoribus antedictis, Bartolomeo condam Mauri de Grisogonis examinatore, me notario et testibus infrascriptis pro inchoacione inuentarii omnium bonorum mobilium et stabilium, iurium, et actionum, debitorum et creditorum dlcte olim Catarine secundum consuetudinem et statuta Jadre fecit uenerabile signum sancte crucis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Daniele condam Miche Pasque de Uaricasis et Grisogono condam Laurencii Marini de Ciualelis, ciuibus Jadre, et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Bartolomeus Mauri de Grisogonis examinator examinaui.

Ego Antonius Gramidocus condam Pagani de (^ouenis Cremonensis, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et meo signo ac nomine roboraui.

Original u gubernijaln. arkivu u Zadrzt, odio samostana sv. Nlkole no. 200.

233.

1346, 30. jula. U Zagrebu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje osudu svoga tavernika glede sela Kobilj'a i Sviblj'an u korist grada Zagreba.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie significamus presencium per tenorem, memorie commendantes, quod cum discreti viri capitulum ecclesie Zagrabiensis nostre maiestati conquesti fuissent super eo, ut in causa, quam cum civibus et hospitibus nostris Grecensibus super possessionibus Cobilia et Scuiblan vocatis et aliis causis habuerunt, iusticia eisdem facta non fuisset. Nos commisimus prelatis et baronibus nostris, ut litteras privilegiales magnifici viri Laurencii magistri tawarnicorum nostrorum processum ipsius cause denotantes, inspicerent, et illud viderent, utrum ipsa causa iuste sit iudicata nec ne. Quibus litteris privilegialibus inspectis, cercius extitimus informati, quod dicti discreti viri capitulum ecclesie Zagrabiensis memorate, contra dictos cives et hospites nostros Grechenses in predicta causa in calumpnia ordine iudiciario remanserunt et convicti extiterunt. Nos igitur sic informati nemini iniuriam, sed cuilibet iusticiam fieri volentes, predictas litteras privilegiales

ipsius magnifici viri Laurencii, magistri tawarnicorum nostrorum processum ipsius cause, que inter ipsum capitulum et inter ipsam civitatem nostram super predictis possessionibus et aliis causis ventilata est, denotantes, auctoritate presencium approbamus, ratificamus et confirmamus perpetuo valituras, statuentes, ut ipse littere privilegiales dicti magistri tawarnicorum nostrorum robur obtineant perpetue firmitatis. Datum in Zagrabia, in dominica proxima ante octavas festi sancti Jacobi apostoli, anno domini MCCCXL sexto.

Origmal 7i arkivu grada Zagreba. Pečat na tedjima dobro sačuvan. Tkalčić Mon. civ. Zagrab. 1. 185.—186.

234.

1346, 30. jula. U Dubrovniku.

Vikar reda dommikanskoga očituje, da -prima u ime reda ponudjeno sjedište u Sibeniku.

Egregiis et potentibus viris, domino Comiti Sibenicensi, iudicibus. consiliariis ac toti communitati civitatis eiusdem, nec non omnibus praesentem paginam inspecturis, frater Dominicus comitis vicarius generalis per Dalmatiam et Durachium fratrum ordinis Praedicatorum salutem in domino sempiternam. IUe coelestis agricola ad excolendam ecclesiae vineam, sicut diversis horis operarios vocare exivit, sic et diversarum genera vocavit. In primordio enim teneris status ecclesiae ad componendum novae fidei fundamentum, sacrum elegit duodenarium numerum apostolorum. Hos sequitum(l) est triumphale martirum nomen, qui per diversa tormentorum genera passionem imitabantur. Post istos cucurit inclita confessorum, atque doctorum caterva, qui corda fidelium imbribus irrigarunt coelestibus, ut deo gratam in segetem pullularent. Demum autem venit sačer virginum caetus, quae spreta liberorum propagine sponso placere, qui est in coelis, studuere. Tandem in hora undecima, id est iam appropinquante mundi termino, praeclarum ordinem Praedicatorum vocavit, ipsum in spiritu eligendo, qui uociferare deberet ad invitatos, ut iam venirent. Habes itaque in hoc praefulgido ordine quosdam, ut ita dixerim, alios apostolos, qui fidei doctrinam ab ipsis primis apostolis traditam, non perperam, sed sobrie inteliigentes,' populos christianos salubriter instruunt. Singulari enim privilegio, quantum ad hoc, hunc ordinem laudatum superna clementia dotavit, quia numquam in eo, uel eius doctrinis fermentum alicuius haereticae pravitatis est reper-

tum. Habes alios, quorum quidam mentis desiderio, alii autem etiam operis effectu, fidem proprio sangvine firmantes ad martirii bravium currunt. Habes quoque confessores, et doctores conspicuos, qui suis doctrinis variis Christi ecclesiam, ut lunam sol, illuminant. Habes eos etiam, qui carnis illecebris abdicatis, per votum continentiae salutaris, quod emiserunt, ad recipienda castitatis serta festinant. Huius igitur tam sancti ordinis consortio, tanto affectuosius, et ardentius cives Sibenicenses optimi, a temporibus multis cupierunt potiri, quanto eum pre ceteris ordinibus amplioribus gratiis divinitus circumfultum, scilicet quae imolatione salutarium victimarum, ac evangelizatione verbi salutaris. imposterum esse agnoverant. Et ut affectum cordis per operis effectum ostenderent, circa annum domini 1330. in suo consilio maiori firmiter omnes firmaverunt, quod fratribus supradicti ordinis locus in eorum civitate omnino dari deberet. Sed ut haec finem per eos optatum citius sortiri possent, iam nuper, scilicet anno domini 134G. fratrem Michaelem suum concivem, ac fratrem ordinis antedicti, expensis propriis pro huius rei gratia impetrando ad sedem apostolicam destinarunt. O extollendam huius plebis devotionem, quae se sic sollicite cultoribus dei praemunire satagit, ut scilicet eorum multiplici succurrente praesidio coelestia facilius capere posset! Nec miror certe. Siccine enim urbes felices permanent, cum earum populi et rectores non solum temporalibus, sed etiam spiritualibus augeri semper procurent incrementis. Quia igitur iusto iustorum desiderio omnem potestatem suffragari iustum est; ideo egregii domini, ego supradictus frater Dominicus vicarius Dalmatiae, vestrae sanctae devotioni satisfacere cupiens meumque ordinem quantum possum, prout teneor promovere affectans, cum mihi sit concessum a sede apostolica, quod possim recipere tria loca in Dalmatia in illis civitatibus, in quibus mihi videbitur, tenore praesentium, auctoritate summi pontificis mihi in hac parte per apostolica scripta specialiter comissa, conventum, seu locum unum de illis tribus pro fratribus Praedicatoribus in civitate vestra Sibenicensi ex nunc recipio. Nos attente in domino quantum possumus deprecantes, quatenus eos semper in visceribus charitatis reccomendatos habere velitis. Ad maiorem autem omnium harum firmitatem et robur Simonem Serchelle de Pistojo, ministeriali auctoritate notarium, et nunc communis Ragusii iuratum cancellarium ibidem praesentem advocatum et rogatum, ut de hoc mihi conficeret legale publicum instrumentum hoc, quod quidem ad vestri certitudinem et pleniorem fidem duxi sigilli mei apensione muniri. Actum Ragusii in cancellaria communitatis, praesentibus honestis et religiosis viris fratre Jacobo de Sanseverino, et praedicto fratre Michaele de Sibenico ordinis Praedicatorum conventus Ragusini, neC non et nobilibus viris Pasqua de

Chruno, Laurentio quondam Junii de Vodassio, civibus Ragusinis, et Hieronymo Gofredo quondam Hieronymi Pavini de Pistojo cancellario communitatis Ragusii, testibus ad haec specialiter vocatis et rogatis. Sub anno domini 1346., indictione 14, die penultimo mensis iulii.

E«o Simon Serchelle de Pistojo imperiali auctoritate notarius et nunc communis Ragusii.

Farlati Illyr. sacr. IV. p. 462.

235,

1346, 30. jula. U Zagrebu.

Kaptolu zagrebaćkom predaju pouzdanici Dujma Baboniča privilegij kralja Bele, da ga prepišu i ovjerove.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod anno domini M.CCC. XL. sexto, die dominico proximo post festum beati Jacobi apostoli comes Voin filius Vichen, familiaris et castellanus nobilis viri comitis Duymi filii Radozlai, de Oztrozech vice et nomine eiusdem comitis Duymi, domini sui in nostri presentia personaliter constitutus exhibuit nobis quoddam privilegium domini Bele olim regis Hungarie inclyte memorie cum aurea bulla eiusdem consignatum, petens, ut ipsum transscribi et nostri sigilli apositione faceremus consignari. Et quia idem invenimus non abrasum -non cancellatum nec in aliqua sui parte vitiatum, ideo tenorem eiusdem presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus et nostro sigillo pendenti consignari. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Bele od 23. septembra 1241.).*

Jkailoczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 122.

236.

1346, 31. jula. U Avignonu.

Klement VI. papa zapovijeda patriarki akvilejskomu, neka dokrajči parbu izmedju Valentina biskupa makarskoga i Domimka nadbiskupa spljetskoga.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . patriarche Aquilegensi, salutem et apostolicam benediccionem. Gravem

dudum venerabilis fiatris Valentini episcopi Mucarensis querelam recepimus continentem, quod licet olim ecclesia Mucarensi existente ab -ecclesie persecutoribus occupata, bone memorie Petrus archiepiscopus Spalatensis eiusdem Mucarensis ecclesie metropolitanus habens, ut dicebat, a sede apostolica [potestatem] eligendi, seu creandi episcopos et confirmandi in civitatibus seu locis desolatis sue provincie episcopos habere consuetos, eundem Valentinum in episcopum Mucarensem elegisset et confirmasset cum consensu sui capituli Spalatensis, presente, intelligente et non contradicente venerabili fratre nostro Dominico archiepiscopo, tunc archidiacono Spalatensi, et ad petitionem universitatis castri Almisiensis Mucarensis diocesis ordinaverit, quod dictus Valentinus episcopus in eodem castro Almisiensi manere deberet, quousque dicta Mucarensis ecclesia esset ipsi episcopo restituta, mandans predicte universitati et aliis dicte Mucarensis diocesis, ut ipsi Valentino tanquam eorum vero episcopo obedirent, et de fructibus, redditibus et proventibus ad dictum Mucarensem episcopum pertinentibus responderent idemque Valentinus episcopus eiusdem Petri, necnon bone memorie Baliani archiepiscopi Spalatensis successoris sui temporibus per septem annos continue pacifice et quiete in eodem castro Almisiensi moram traxerit, et ibidem tanquam verus' episcopus sacramenta ecclesiastica ministraverit, fructus, redditus et proventus ad ipsum episcopum spectantes in eodem castro Almisiensi, et aliis locis dicte diocesis a dictis persecutoribus non occupatis percipiendo; postmodum [vero] prefatus Dominicus archiepiscopus, proximus eiusdem Baliani successor, minus veraciter asserens predictum castrum Almisiense et alia loca et villas dicte Mucarensis diocesis, que idem Mucarensis episcopus habere, tenere et possidere consueverat, dictis temporibus fore de diocesi Spalatensi, predictum Mucarensem episcopum eisdem castro Almisiensi ac locis et villis penitus spoliavit et denudavit eisdem, ita quod idem Mucarensis episcopus in opprobrium pontificalis dignitatis cogebatur, prout etiam cogitur, mendicare, ac pro parte sua humiliter supplicato, .ut providere sibi super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos venerabili fratri nostro . . . episcopo Paduano sub ea forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut vocatis qui vocandi forent, si sibi constaret, ut predicitur, ita esse, prefatum Valentinum episcopum ad castrum Almisiense et alia loca et villas predicta auctoritate nostra restitueret, sicut existeret rationis, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, prout in eišdem nostris litteris plenius continetur. Quarum auctoritate, sicut eiusdem Valentini episcopi peticio continebat, itiem Paduanus episcopus certis impeditus negociis dilecto filio Patrocinio abbati monasterii sancti Cipriani de Murano Torcellane diocesis, Paduc

commoranti, et Leonardo priori secukris ecclesie sancti Lazari prope Paduam, ipsius Paduani episcopi vicariis, ac Banfino de Geraldis de Cremona, canonico Paduano, super premissis commisit, et cuilibet eorum in solidum, non tamen totaiiter vices suas, et quod licet iidem abbas, prior et canonicus, pro eo, quod auctoritate ipsorum dictus Dominicus archiepiscopus Spalatensis ad instanciam ipsius Valentini Mucarensis episcopi citatus legitime in termino peremptorio sibi prefixo comparere contumaciter non curarat, propter huiusmodi suam contumaciam, recepta prius aliquali informatione super libello per ipsum Valentinum episcopum Macarensem exhibito in iudicio ccram eis. et per ipsum Mucarensem episcopum de veritate dicenda prestito iuramento, pronunciaverunt per eorum interlocutoriam dictum Valentinum episcopum Mucarensem fore mittendum in possessionem ex primo decreto causa rei servande castri Almisiensis predicti, et terrarum, villarum et locorum in ipsa pronunciatione expressorum, et mandarunt eum poni in possessionem castri, villarum et locorum predictorum. Ipsi tamen postmodum pronunciationem et mandatum huiusmodi in grave preiudicium ipsius Mucarensis episeopi revocarunt, et quod postmodum dictus episcopus Paduanus apud sedem apostolicam constitutus vices predictas ad se revocans, "eas dilectis filiis Demetrio de Mathafaris archidiacono, et condam Marcho archipresbitero et Chrisogono primicerio ecclesie Jadrensis commisit in solidum totaliter vices suas, donec vices huiusmodi duxerit revocandas dictique arćhidiaconus et primicerius, eodem archipresbitero rebuš hurrianis exempto, in huiusmodi procedentes negocio ipsum Mucarensem episcopum similiter propter contumaciam ipsius Dominici archiepiscopi decreverunt fore mittendum in possessionem ćastri, villarum et locorum predictorum causa rei servande. Cum autem, sicut eiusdem Valentini Mucarensis episcopi peticio subiungebat, dictum episcopum Paduanum huiusmodi vices suas in dicta Jadrensi civitate auctoritate dictarum litterarum de iure committere, nec etiam illis, quibus huiusmodi vices commisse fuerunt, auctoritate commissionis huiusmodi procedere non potuisse asseratur, dictusque Paduanus episcopus pro certis negociis in remotis partibus agat ad presens, pro parte ipsius Valentini episcopi Mucarensis, qui, ut asserit, per dictum Dominicum archiepiscopum Spalatensem et quosdam a'ios quasi omnibus bonis suis dicti episcopatus spoliatus extitit, providere sibi et statui suo de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eidem Valentino Mucarensi episcopo pio compacientes affectu, fraternitati tue, de qua in Tnis et aliis fiduciam gerimus in domino specialem, per apostolica šcripta committimus et mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi in huiusmodi causa," et etiam contra quoscumque detentores et usurpatores bdhorum dicti

episcopatus et ecclesie Mucarensis simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, ut iustum fuerit, auctoritate nostra procedas, faciens, quod decreveris, eadem auctoritate firmiter observari, contradictores auctoritate predicta, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati tesiimonium perhibere. Non obstantibus premissis, et tam de duabus dietis in concilio generali quam felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. etc. usque mentionem. Datum Avinione, II. kalendis augusti, pontificatus nostri anno quinto.

Tkeiner Mon. Slav. Merid. I. no. 283. str. 217.—218. h reg. an. J'. lib. 1. par. 2. ep. tSU.

237.

1346, 31. jula. U Zagrebu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaie banu JVikoh, da utjera u svojoj banovini desetinu za biskupa zagrebačkoga.

Lodouicus dei gracia rex Vngarie fideli suo magnifico viro Nicolao Petri de Zeech bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus decimas venerabilis patris domini Jacobi episcopi Zagrabiensis ubique in banatu et in tenutis vestris et specialiter in villa Brezencha sub castro Noogh Kemluk vocato existentes, eo modo persoluere faciatis, prout solucio ipsarum decimarum tempore Mykch condam bani extitit ordinata et eadem ordinacio litteris domini Kjaroli] regis genitoris nostri pie memorie est confirmata. Datum Zagrabie, feria secunda proxima ante octauas festi sancti Jacobi apostoii, anno domini MCCCXLVP.

Iz prijepisa bana Nlkole od 3. augusta 1346.

Prijepis kao i listina ova u kodeksu: Liber prlvileg. episc. Zagrab. list. 32.

Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

238.

1346, 3. aug-usta. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaže na zapovijed kraljevu svima u svojoj banovini, da plate desetinu biskupu zagrebačkom.

Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus vniuersis et singulis nobilibus et alterius cuiuscumque status et condicionis hominibus in suo banatu constitutis salutem in domino. Noueritis nos litteras excellentissimi principis domini Lodouici dei gracia illustris regis Vngarie, domini nostri recepisse in hec uerba: *(Slijedi lisiina kralja Ljudevita od 31. ju/a J34бJ.* Quare vobis damus firmiter in mandatis, quatenus decimas vestras debitas predicto domino episcopo et eius ecclesie eo modo, ut predicitur, exsoluatis decimatoribus ipsius domini episcopi et eius ecclesie, intromittendo ipsos statim post festum beati regis Stephani ad ipsas decimas dicandas et eciam suo modo exigendas. Quicumque autem ex uobis secus fecerit, commisimus et committimus comitibus nostris Crisiensi et Zagrabiensi ac aliis nostris comitibus, castellanis et officialibus quibus presentes ostendentur, vt eos compellant ad ipsas decimas soluendas cum ipsorum grauamine, sicut requirit ordo iuris contra transgressores mandati et rebelles quoscumque. Datum Zagrabie, in festo inuencionis corporis beati Stephani prothomartiris, anno predicto.

Iz kodeksa: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 22.
Kodeks u ark. nadbisk. zagr. I. B. IX. 167.

239.

1346, 4. augusta. U Veneciji.

Dubrovčanin Nikolica de Rlartinusio posudjuje novaca i daje svoju "V'jv obvezmcu.

In Christi nomine. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quartadecima, die quarto mensis augusti, Venecie in stacione Johannis de Bona, presente Matheo de Grade de Ragusio, Antonio de Maruffo de contrata sancti Saluatoris, Francisco.de Surdis notario Placentino, testibus rogatis et aliis. Ibique Nicolica de Martinussio de Ragusio fuit contentus et confessus, se habuisse et recepisse mutuo et ex causa puri et legalis mutui, gratis et amore sibi

facti, a Luca de Bona de Ragusio ducatos quinque boni auri et iusti ponderis, quos promisit per se et heredes suos dare, soiuere et restituere dicto Luce uel suo certo nuncio Usque ad vnum mensem proxime venturum et sint de presenti viagio. Et se uero soluere aurum dictum[1] promisit et conuenit dare eidem a dicto termino de quinque sex per annum et in racione anni de tanto tempore, quanto steterit ad soluendum quantitatem predictam. Et nichilominus predicta omnia ad omnem requisicionem et uoluntatem dicti Luce uel sui procuratoris et nuncii efficaciter soluere teneatur, obligans propterea ipsi Luce et heredibus eius se et suos heredes et bona presencia et futura, ac personam ad carcerem Venecie, Ragusii, Catati, Sclauonie, Apulie et ubique locorum usque ad plenam solucionem et satisfactionem omnium premissorum. Renuncians pro predictis et super predictis exceptioni non sic habiti et non recepti mutui, pecunie sibi non numerate et non tradite et exceptioni doli, priuilegio fori, feriis et diebus feriatis, statutis et ordinamentis et consuetudinibus, induciis et capitulis ciuitatis Ragusii et cuiuslibet alterius ciuitatis et loci et omni alii exceptioni, defensioni et iuri, quam contra possent opponi et quod hoc instrumentum aliquo testimonio rumpi uel solutio impediri aut differi non possit.

(Sign. not.J

Ego Jacobus quondam Johannis de Placentia imperiali auctoritate notarius, qui habito Venecie predictis interfui et rogatus scripsi.

Original u arkivu dubrovačkom. — Zbirka Saec. XIV.

240.

1346, 11. augusta. U Varaždinu.

Stjepan župan varaždinski potvrdjuje izručenje imanja Zelnice Dominiku sinu Jakova.

Nos magister Stephanus comes Castri ferrei, Sopruniensis et Vorosdiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Dominicus filius Jacobi parui de Kanizka ad nostram personaliter veniendo presenciam quasdam litteras magistri Johannis filii Osl condam comitis predicti Worosdiensis(l) comitatus bone memorie sub anno domini M°CCC°XL° quinto, pendenti suo sigillo consignatas nobis presentauit, in quarum tenoribus manifeste intueb'atur

[1] Pergamena razdrta, ali se vide gornji okrajci pismena ovih pet riječi.

contineri, quod idem magister Johannes quandam terram vacuam et nunc habitatoribus destttutam Zelnycha nominatam, ubi ecclesia lapidea in honore beati Dominici constituta haberetur, in dicto comitatu Worosdiensi existentem, sciens verissime ad ius et proprietatem predicti Dominici filii Jacobi ex cunctorum nobilium iamdicti comitatus in diuersis suis congregacionibus in ipso comitatu celebratis relacione per dominam matrem suam de iure sibi deuolutam pertinere, quam scilicet terram seu possessionem condam Petrus dictus Hercegh filius Henrici bani suo tempore ad castrum Belch potenter vt tirannide dominans occuparat eandem possessionem cum suis vtilitatibus et pertinenciis de iure ad ipsam spectantibus, tam ad instanciam, peticionem magnifici baronis domini Nicolai tocius Sclauonie bani proximi sui velud fratris, quod quia modo premisso eandem ad ius et proprietatem dicti Dominici pertinuisse et pertinere veridice reperisset, eidem Dominico, saluis iuribus regalibus ac aliorum, prout sibi de iure atinere debuisset, duxisset restituendum et resignandum tenore suarum litterarum predictarum mediante. Vnde quia pretactam terram seu possessionem Zelnicha ex serie predictarum litterarum memorati magistri Johannis filii Osl ad ius et proprietatem preallegati Dominici fihi Jacobi debere pertinere et per ipsum magistrum Johannem filium Osl, vt superius scriptum est, eidem Dominico filio Jacobi restitutam et resignatam fore reperimus manifeste, ideo et nos ipsam terram seu possessionem, saluis iuribus aliorum, secundum quod ad ipsum Dominicum de iure attinere dinoscitur,' cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis memorato Dominico filio Jacobi duximus restituendum et resignaridum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ac stabilitatem presentes eidem Dominico concessimus pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Worosd, feria sexta proxima post festum beati Dominici confessoris, anno domini M° CCC°«XXXX° sexto.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.660. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 1675 no. 3.
JVa lisfini visi inalo crvene i žule svilene vrvce bez peeata.

241.

1346, 15. augusta. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaže kastelanu koprivničkomu, da sabere desetinu za biskupa zagrebačkog u gradu Kofrivnici, kako je sadržano u kraIjevoj listini od 29. januara 1346.

Nos Nicolaus banus Sclauonie et Croacie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater dominus Jacobus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus fecit nobis exhiberi litteras patentes excellentissimi principis dornini Lodouici dei gracia illustris regis Vngarie domini nostri hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina kralja Ljudevila od 29. j'a~nuara 1346.).* Quare vobis castellano nostro de Kapruncha nunc et pro tempore constituto damus firmiter in mandatis, quatenus decimas ex parte dictorum ciuium et hospitum de Kapruncha decimatoribus ipsius domini episcopi per ipsum ad hoc deputatis eo modo, ut predicitur in tenore litterarum[1] dicti domini nostri regis, plene et integre persolui faciatis. Quicumque autem ex ipsis secus fecerit, eosdem compellatis ad soluendas ipsas decimas cum ipsorum grauamine sicut requirit ordo iuris contra transgressores mandati et rebelles quoscumque. In quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Zagrabie, in festo assumpcionis beate virginis, anno domini M°CCC°XL sexto.

Iz kodeksa : Liber privileg. episc. Zagrab. list. 22.
Kodeks tt arkivu nadbiskupije z« Zagrebu: I. B. IX. 167.
Lib. stat. capit. 7agrab. part. IV. cap. 1.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 100.—101.
Tkalčić Mon. civ. Zagrccb. I. 186.—187.

242.

1346, 17. augusta. U Peeuhu.

Kapiol fiečujski prepisuje svoju listinu od g. 1296. mj. mdrta vrhu zamjene posj'eda Zevebog kraj rijeke Karašice za zemlju Keulges, na molbu Demetra sina Bekina.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Deme-

[1] Premješteni ovamo navodnim znakom.

trius filius Johannis filii Boche[1] de Zeweybok[2] ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras priuilegiales tenoris infrascripti, petens nos cum instancia, vt quia ipse predictas litteras priuilegiales ad execucionem suarum causarum propter discrimina viarum et inimicorum suorum insidias secum in specie deferre non auderet, ideo easdem de verbo ad verbum transscribi faceremus ac in modum et formam nostrarum litterarum patencium redigi dignaremur. Quarum tenor nosscitur(!) esse talis : *(Slijedi listina kaptola pečujskoga od mjeseca maria g. 1296., a sadržaje u sebl hstimi kraljice Tomaslne iste god. 7. marta.)* Nos igitur peticionibus eiusdem Demetrii iustis et iegittimis inclinati, predictas litteras priuiiegiales de verbo ad verbum transscribi faciendo in modum et formam nostrarum litterarum patencium redigi fecimus ad cautelam. Datum tercio die festi assumcionis virginis gloriose, anno domini M°CCC° quadragesimo sexto.

*Iz originalnog prijepisa kaptola pečujskog od 21. novembra 1408.^ što ga moli *Stephanus filius Galli de Posega« na temelju naloga kralja Siglsmunda od iste godlne, isposlovana »in persona maglsiri Bakow fihi Petri de Gnoynlcha* u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1437. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1504. no. 21.*

' Mjesto: »Beche«.
[2] Zewebook.

243.

1346, 3. septembra. U Zagrebu.

Pred banom Nikolom Sečem dariva pleme Arlandovo Slani potok i Stubicu Nikoli Totu.

Nos Nicolaus de Zech tocius Sclauonie et Croacie banus memorie commendantes significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod accedentibus ad nostram presenciam viris nobilibus, videlicet Nicolao filio Arlandi, Martino et Lorando filiis Dyonisii de genere Arlandi propositum extitit per eosdem oraculo viue vocis pariter et confessum, quod quia magister Nicolaus filius Gregorii dictus Touth frater eorum patruelis diuersas possessiones et valoris non modici, que olim ab eorum progenitorum per diuersos potentes indebite fuerant alienate, personam propriam, res et omnia bona sua erga regiam magestatem (!) et regni barones in recuperacione earundem exponendo recuperauit et reobtinuit, ex quo ipsis ac eorum possessionibus maximas vtilitates et li-

bertates aquisiuit; pro quibus iaboribus et expensis per ipsum magistrum Nicolaum Touth factis nullam solucionem eidem nec iuuamen adhibuissent nec adhibere valuissent. Cum tamen protextu premissorum ipsi prefato magistro Nicolao non inmerito ad recompensacionem huiusmodi laborum et expensarum racionabiliter reperiebantur obhgati, ideo ipsi quasdam duas possessiones, quas idem magister Nicolaus Touth per diuersos labores et expensas de manibus regis obtinuit et rehabuit, videlicet Sospotok et Stobicha vocatas, in qua ecclesia in honore sancte Trinitatis est constituta in monte Medue, in comitatu Zagrabiensi habitas, nunc in manibus eiusdem existentes, cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub metis, terminis et signis antiquis earundem, sub quibus easdem de manibus regifs] et(!) reinuenit, eidem magistro Nicolao Touth fine (!) eorum in recompensacione laborum, fatigarum et expensarum suarum predictarum reliquissent, tradidissent et assignassent, ymo reliquerunt, tradiderunt et assignarunt coram nobis sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perhempnali et irreuocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas ac iuxta sue libitum voluntatis in vita et in morte disponendas, nil iuris nilque proprietatis vel dominii a modo ipsis et eorum heredibus reseruantes in eisdem, ymo totum ius, proprietatem ac dominium earundum simul cum iure patronatus dicte ecclesie in ipsum magistrum Nicolaum et suos posteros transfcrentes, vniuersa enim litteralia eorum instrumenta premissa continencia. si que occulte reseruassent ex tunc mortua, cassa et inana(!) redidissent et reddiderunt coram nobis viribusque caritura, eorum exhibiciofnjibus[1] vbique nocitura, si unquam per quempiam in lucem proferentur. Datum Zagrabie, die dominica proxima post festum decollacionis Johannis Baptiste anno domini Mmo CCCmo XLmo sexto.

Original na perg. u kr. ugarskom driavnom arkivu u Budimpešh: M. O. D. L. 35.853 bivša zbirka Kukuljevića.

Na listini visi svilena uzica Ijubičaste boje; pećata više nema. — Na hrptu rukom konca 15. vijeka: Ad Sospatak et Stobichycza.

[1] Mjesto: exhibitoribus.

244.

1346, 4. septembra. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaže kaptolu zagrebačkomu, da ustanovi medje posjeda jalez.

Viris discretis et honestis capitulo ecclesie Zagrabiensis amicis suis honorandis, Nicolaus tocius Sciavonie et Croacie banus, amicicie debitum ac honorem. Dicunt nobis Ivan filius Petri et Georgius filius Fabiani, quod quedam possessio eorum Jalez vocata per alienos esset occupata, de quo vestram petimus amiciciam presentibus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem virum idoneum pro testimonio fidedignum, q[uo presente] Thomas filius Gregorii vel Anthonius filius Nicolai altero absente homo noster conuocatis vicinis et commetaneis suis universis ad faciem predicte possessionis accedendo, per veteres metas veras et antiquas reambulando et ubi mete fuerunt novas erigendo, viam eisdem statuat eisdem Ivan et Georgio perpetuo possidendam, si contradictores non extiterint, contradictores vero, si qui apparuerint, ex[tunc] eosdem ad nostram citet presenciam contra premissos Ivan et Georgii(!) ad terminum competentem, et post hec diem et locum citacionis, nomina citatorum hominumque assignatum cum tocius facti serie nobis amicabiliter rescribat. Datum Zagrabiae, quarto die festi beati Egidii abbatis, anno domini M°CCC°XL° sexto.

lz originalnog prij'episa zagreb. kaptola od 16. oktobra 1346., koja se nalazi u listini bana Nikole od 24. j'uta 1347. Iz pismohrane Tadije Ferića prepisao Ivan Kukuljević.

245.

1346, 9. septembra. U Zađru.

Mihajlo opat sv. Kuzma i Damjana obraća se na vojvodu mletaćkoga radi fr. Grgura.

Maximo ac potenti viro et domino suo domino Andreae Mauroceno capitaneo generali frater Michael abbas sanctorum Cosmae et Damiani monasterii de Monte dioecesis Jadrae humili reverentia et salutem prosperam tamquam patri et domino, in quem nos et domus nostra habuit spem, habet et habebit. Semper homines et muiieres totaliter et

numquam a mandatis vestrae paternitatis recessimus, neque deviamus. Vnum domine mi muita vobis narrarem mirabilia de factis domus nostrae, de tribulationibus et infestationibus, quas habuimus cum Marino fratre nostro ab inimicis nostris, et de aliis novitatibus Jadrae, si essemus penes vos, et quin placebit dominationi vestrae. Venimus ad vos tamquam ad patrem. Multa scripsissem vobis, sed non praesumo, verumtamen mittimus vobis fratrem Gregorium monachum nostrum, qui fuit captivatus a Venetis. Et quia data fuit illi licentia a rectoribus Jadrae per menses iam duos aegrotauit, et nihilominus congrue posset recedere, sed intelleximus de adventu vestro, idcirco fecimus eum praestolari, donec venissetis, qua propter dictum monachum informauimus, qui vobis seriem enarrabit per totum. Valeat magnificentia vestra cum augmento prosperitatis nunc et semper. Data Jadrae, die nono intrante septembris.

Obsidionis jfadren. Lib. II. cap. XX. Lucii edit. Amst. p. 418. —419

246.

1346, 11. septembra. U Avignonu.

Stj'epan nadbiskup kaločki moli svetu stolicu, da Petar biskup srijemski pri redj'enj'u svećenika i posveti crkava sluša nadbiskupa kaločkoga.

Supplicat sanctitati vestre deuota creatura vestra Stephanus archi«piscopus Colocensis, quatenus Nicolao fratri suo et eiusdem Nicolai vxori Strigoniensis diocesis et utrique ipsorum plenariam remissionem peccatorum suorum concedere dignemini, ut in forma. Fiat r[elacio].

Item supplicat, quod licet de antiqua et certo temporis spacio parte observata consuetudine, quod eius contrarii memoria non existit, cum generales ordinaciones clericorum ac consideraciones et reconsiliaciones ecclesiarum et cimiteriorum ciuitatis et diocesis Colocensis, de qua quidem dicta ecclesia diocesis Sirmiensis, antequam esset in cathedralem errecta, fuisse noscuntur. . . . . episcopus Sirmiensis ad requisicionem et mandatum archiepiscopi Colocensis huiusmodi ordinaciones facere ac ecclesias et cimiteria consecrare seu leconsiliare teneretur. Cum autem Petrus episcopus Sirmiensis ordinaciones, consecraciones et reconsiiiaciones huiusmodi ad requisicionem et mandatum predicti archiepiscopi facere omnino recuset. Ne propter inobedienciam ipsius -episcopi una dicti archiepiscopi et ecclesie Colocensis detrimentum

damnacionis incurrant, humiliter supplicat, quatenus domino episcopo Agriensi committere et mandare dignemini, vt si simpliciter et de plano inuenerit ita esse, prefatum episcopum ad faciendum et exercendum premissa per censuram ecclesiasticam, appellacione remota, apostolica auctoritate compescat. Contradicens etc. Non obstante constitucione felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. predecessoris vestri de vna et concilii generalis de duabus dietis cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis. Fiant littere iusticie in cancellaria. R.

Datum Auinione IIII idus septembris, anno quinto.

Clement. VI Reg. suppiic. an. V. P. III. no. 12. fol. XIV.

247.

1346, 18. septembra. U Zadru.

Krševan de Zigalis vikar nadbiskupski očitufe, da je primio od izvršitelja oporuke Krševana Fanfogne 9 dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indicione quarta decima, die decimo octauo mensis septembris, Jadre. Regnante domino nostro domino Lodouico dei gratia serenissimo rege Hungarie, et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei apostolice sedis gratia fadrensis arcbiepiscopi, ac dominorum Cerni de Faffona, Thomaso de Matafaris et Damiani Philipi de Begna rectorum Jadre. Confiteor ego Grisogonus de Zigalis vicarius domini archiepiscopi predicti et collectoi decime capituli Jadrensis me recepisse ducatos nouem auri a uobis nobilibus viris Cerne de Faffona et Jacobo de Faffona ciuibus Jadre prout a comissariis olim Grisogoni Dani de Faffona nepotis uestri; quam monetam ipse olim Grisogonus dimisit in suo testamento dicto capitulo pro decima secundum tenorem dicti testamenti sui. Quare ego predictus vicarius et collector dicte decime per me meosque successores plenam securitatem facio uobis predictis comissariis uestrisque successoribus et heredibus et successoribus dicti olim Grisogoni de ulterius non petendo dictam monetam ex testamento dicti olim Grisogoni, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra, supradictum capitulum et bona ipsius ad hec obligans .. . . . . .do que melius et firmius esse potest, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum securitatis firmum sit ubique locorum, omni exceptione remota et nullo pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Coillo de Fera et Matheo de Formino, ciuibus Jadre, et aliis.

CDmgi rukopis.)

Ego Bartholomeus Mauri de Grisogonis examinator examinaui.

(Signtim not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiaii auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

.Origiual na perg. u ark. grof. Begna u Posedarju. P. no. 85.

248.

1346, 10. oktobra. U Lastovu.

Testamenat Dobroe Draganova.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione decima quarta, die decimo intrante octobrio(l). Ego Dobroie filius quondam Dragani Laguste licet infirmus corpore, tamen mente sana et bona memoria mea facio, condo et ordino meum ultimum testamentum tali modo dicendo: In primo uolo, quod dentur ecclesie sancti Cosme et Damiani de oleo grossi tres; item uolo, quod omnia bona mea tam stabillia quam mobilia, quod filius meus (Jubrianus diuidat per medium cum matre sua et uxori(!) mee(l) Dobroslaua in vita sua, excepta bestiamina, uolo, quod dentur pro anima mea, et post mortem dicte uxoris mee uolo, quod dicta bona mea tam stabilia quam mobilia, quod diuidantur(l) tres filii mei infra se, excepto uno gonalio de terra in loco qui dicitur Solcen prope Vite Betuseuich et prope Disislauo Obradich; item uolo, quod vnum gonalium de terra qui est de Stana de Peruoslauo, quam terram emi ab dicte(!) Stane(!), uolo, quod filii mei Marinus et Qubrianus diuidant infra se et Draganus filius meus non habeat partem aliquam de dicta terra; item uolo vinie(!) due in loco qui dicitur Dubraua, vna prope domino Andree de Scrina et prope Stanco Petanich, uolo, quod fructus dicte vinie dentur pro anima mea et meorum defunctorum; et secunda vinea est prope filiorum Batchno et dicto Stanco. Item confiteor ego dictus Dobroe, quod filii mei duo Draganus et Marinus sunt separati a me cum partibus illorum et non habenft] partem aliquam in domo mea, exceptis duobus caratellis, de quibus caratellis uolo, quod sit unum in manus de filio meo Cubrian, ut

saluetur uinum in eo pro calice et secundum caratellum debet habere Draganus et Marinus filii mei. Et supra scripta ego facio pitropos uxorem meam Dobroslauam et filium meum Cubrianum, quod ipsi fiant comesarii(f). Testes mei sunt: Andrea Petracich, Radoslau Chunceh et Pasche Michouich.

(Drugi rukopis).

Et ego Jacobus de Montealto comes Lauste mea manu misi.

(Signum not.)

Et ego presbyter Petrus filius quondam Nicolai Theotonici capelIanus et iuratus notarius comunis Laguste hec scripsi et roboraui et meo signo solito signaui.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. XIV.

249.

1346, 12. oetobra. U Petrovaradinu.

Kraljica Elizabeta nalaže kaptolu pećujskom, da obadje medj'e imanja njezinih Segusd . . . . . . Ilok, Chukanya i da ih dade na uživanje podložnicima.

Elyzabeth dei gracia regina Hungarie fidelibus suis capitulo Quinqueecclesiensi salutem et graciam. Cu[m] . . . . nostre Segusd, ... bad . . . . Wylak, Chukunya et alie possessiones nostre ad easdem pertinentes ereccionibus et renofuacionibus] ac distinccionibus me[tarum] . . . . circumiacencium plurimum indigeant ad presens, idcirco fidelitati vestre firmiter precipienfdo] mandamus, quatenus cum'Ladislao fiflio Laurencii] . . . . aule regie, homine nostro vnum mittatis ex uobis virum ydoneum, qui accedentes ad facies terrarum predictarum poss[essionum con]uocatisque vicinis et commetaneis earundem easdem reambulent nouas metas iuxta veteres erigendo, ipsasque a possessionibus [et terris nobilijum predictorum distingendo et separando, separatamque et reambulatam statuant iobagionibus nostris de eisdem perpetuo ad vtendum . . . . [si] non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, euocent eosdem ad nostram presenciam ad terminum competentem et p . . . . one et locum ipsius euocacionis, nomina euocatorum et terminum assignatum cum serie statucionis et reambulacionis ac ereccionis [metarum] predictarurh possessionum nostrarum nobis fideliter rescribatis. Datum in Waradino Petrus(!), feria quinta proxima post octauas festi beati Mychaelis archangeli, anno domini MCCCXLmo sexto.

Iz prijepisa kaptola pećujskog od 15. novembra 1346.

Originat potonjeg prijepisa u arkivu iu^oslavenske akademije u Zagrebti: Diplomata a. 13-16.

250.

1346, 16. octobra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebaćki ustanovljuje medje posjeda Jalez.

Magnifico viro domino Nicolao tocius Sciavonie et Croacie bano capitulum ecclesie Zagrabiensis oraciones pro eo ad dominum. Noverit nos vestras recepisse litteras in hec verba: *(Slijedi listina bana Nikole od 4. sepiembra 1346.).* Nos autem petitionibus vestris annuentes cum predicto Thoma filio Gregorii homine vestro, discretum virum Andream sacerdotem ecclesie sancte Trinitatis de Glavnicha ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente ipso homine nostro iuxta vestrum mandatum accessit ad faciem dicte possessionis Ialez vocate, et tandem convocatis vicinis et commetaneis eiusdem universis et presentibus per . . . . suas veras metas et antiquas iuxta veteres . . . . , erigendo novas reambulavit, et sic reambulatis(!) cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis sub metis infrascriptis distinctam statuerit et assignaverit supradictis Ivan filio Petri et Georgio filio Fabiani, ac per eos ipsorum heredibus possidendam, nemirie contradictore existente, ymo omnibus vicinis et cometaneis supradictis suum consensum et assensum prebentibus in hac parte. Mete autem eiusdem possessionis, sicut npbis idem homo noster et vester in scriptis attulerunt, hoc ordine distinguuntur: Videlicet prima meta incipit a parte septemtrionali cum antiqua meta ubi est quidam truncus arboris pini, circa quem truncum est alia arbor pini cruce signata meta terrea circumscisa. Inde tendit per montem versus orientem . . . per antiquam viam et venit ad arborem harazth cruce signatam meta terrea circumscisam, inde tendit infra ad vallem et venit ad metam terream, abhinc vadit ad rivulum unum qui . . . endo . . . . ad alium rivulum Buzboch dictum, inde eundo versus meridiem satis . . . . . . venit ad teiram que dicitur Lapacha, in qua est arbor cher, que est communis meta cum hominibus de Bikzad, inde vadit versus occidentem ad terram Fabiani,

per quam eundo versus septemtrionem venit ad metam primitus nominatam et sic terminatur. Datum in festo beati Galii confessoris, anno supradicto.

Iz originalnog prijepisa bana Nikole od 24. j'uta g. 1347. u pismohrani Tadije Ferića prepisao Ivan Kukuijevic.

251.

1346, 6. novembra.. U Za<rrebu.

Pred županom zemskim Ivanom Bogdanovim otku-pljuju od Grdoslava plemići mraclinski svoju rodnu zemlj'u Rakitovac.

Nos [comesj terrestris iobagionibus nobilibus castri Zagrabiensis Iuan filius Bogdani damus in memoriam quibus expedit vniuersis, quod cum ab vna parte nobiles de Mraczlin, ab altera Cordozlau cum filiis suis Thoma et Nicolao confessi sunt coram nobis tali modo: Videlicet iidem nobiles de Mraczlin exemerunt terram eorum hereditariam in Rakythowecz existentem de Cordozlauo et de filiis siiis supranominatis, quantum idem Cordoslaus ostendit. Meta autem huius terre constat sic: In Parua(?) Glosna incipit et vadit ad metam, que est prope puteum, et inde tendit ad arborem magnum merase, et inde tendit ad minorem arborem merase, que est in communi meta, et inde tendit ad metam terream, que constat in circuitu arboris hrastie, et inde vadit per viam publicam et cadit in chret vocatum Desee, et inde vadit circa eundem chret et venit ad angulum eiusdem chret, vbi est meta terrea, et inde vadit per terram arabilem ad metam terream circa dumum ialsowcz prope Glosnam. Hoc adiacendo, quod si littera aliqua aliquo tempore excitaretur contra terram supradictam, extunc sit annihiiata contra litteram emanatam. Testes vero sunt: Petrus dictus Lapas. filius Stephani de Corilowecz et Alexander de Goricza filius Iuani. Ad cuius rei testimonium dedimus [litteras] sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, feria secunda proxima post festum omnium sanctorum, anno domini M°CCC°XLVIto.

Iz prijepisa bana Toana Draškovića _od 18. marta 1603.
U arkivu turopoljske općine.
Laszowski Spotu. Turop. I. doc. 60. pag. 60.

252.

1346, 15. novembra. U Pečuhu.

Kaptol pećujski javlja kraljici Elizabeti, da je ovriio njezin nalog (od 12- oktobra g. 1346.J glede medj'a njezinih imanja Segusd itd.

Serenissime d[omine Elizabeth] dei gracia regine Hungarie capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis oraciones in domino. Litteras vestre se[renitatis] recepimus honore cum. . . . . *(Slijedi listina od 12. oktobra god. 1346.)* Nos igitur preceptis vestre serenitatis obtemperantes cum predicto magistro Ladizlao filio Laurencii homine serenitatis vestre, nostrum hominem, videlicet Cosmam chori ecclesie nostre sacerdotem ad premissa exsequenda pro testimonio transmisimus, qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod cum prefatus homo vestre serenitatis presente predicto nostro testimonio ad faciem possessionis vestre Komar vocate accedendo et terras ad eandem pertinentes a possessionibus et terris nobilium reambulare et per metas distinguere voluisset, magistri Mychael et Petrus filii Johannis dicti Zeuke de Denth[1] personaliter ciuibus et hospitibus de predicta Komar et Chakan ex parte dicte possessionis ipsorum Denth veras metas iuxta tenorem priuilegii nobilis et magnifici viri domini Johannis Druget palatini apud eosdem ciues et hospites habiti dedissent et assignassent, quas d[icti] ciues et hospites pro ueris et iustis metis ex parte dicte possessionis Denth assumpsissent et acceptassent et super eisdem . . . . extitissent. Datum in quindenis omnram sanctorum. anno supradicto.

Original na pergatn. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplomata a. 1346.
Listina je vrlo oštećena i slaba pa se dade teško razabrati, da je na hrbiti nosita priiisnut pečat.

253.

1346, 17. novembra. U Križevcima.

Pred županom križevačkim Jakovom izjaroljuju neki župmci, da im ie ban Nikola povratio poveljupape Alexandra glede njihove ćetvrtine.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis et castellanus de Maiori Kemluk significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod

[1] Dench?

discreti et honesti viri Johannes de Ludbreg, Symon de sancta Cruce, Thomas de sancto Martino, Fabianus de sancta Cruce de Rastina, Sebastianus de sancto Georgio, item Andreas vicearchydiaconus de Kamarcha, Martinus de Prodauicz, Georgius de sub castro Suscicha, Tadeus de Struga, item Fabianus de Ryuche procurator, item Cosmas de Crisio similiter procurator, Georgius de Kemluk, Gregorius vicearchydiaconus de eodem, item Phile vicearchydiaconus de Geche(!), sacerdotes, in nostri presencia personaliter conparendo retulerunt ministerio viue vocis, quod licet ipsi litteras seu instrumenta ipsorum domini Alexandri pontificis olym super quarta ipsorum confectas ad manus communiter domini Nicolai quondam bani assignassent, tamen idern Nicoiaus banus ipsas litteras seu instrumenta ad manus suas assignatas predictis honestis viris presbiteros (!) restituisset seu resignasset. Datum in Crisio, feria sexta proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini M°CCC°XL sexto.

Original na papiru ti kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O.D..L. 33.741. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1536. no. 107.
Na hrptu bijaše pritisnut poveći okrugao pečat.

254.

1346, 15. decembra. U Zadru.

Nikoleta udova Mihajla Leonarda uzajmljuje od Marije udove Jakova de Bogde 7 dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quinta decima, die quinto decimo mensis decembris, Jadre. Regnante domino nostro domino Lodouico dei gratia serenissimo rege Hungarie, et tempore reuerendi patris domini Nicola)' de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac dominorum Valcigne Gu . . . de Matafaris, Simonis de Bethono et Grisogoni Laurencii Marini de Ziualellis rectorum Jadre. Confiteor ego Nicolotta relicta Michaelis Leonardi ciuis Jadre me ex causa mutui recepisse a te domina Maria relicta Jacobi de Bogde ciue Jadre ducatos septem boni auri et iusti ponderis. Quam monetam ego predicta Nicolota per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi predicte domine Marie tuisque heredibus et successoribus hic Jadre absque omni periculo et questione ad omnem tuam peticionem et requisicionem sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus, instrumento presenti pro modo predicto firmo manente ubique locorum,

omni excepcione remota nulloque pretermisso quidem obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Georgio sancti Michaelis de Jadra et Nicolao condam Lompre de Soppe, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).
Ego Damianus Philipi de Begne iudex examinator manum misi.
(Signum not.).
Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Ori^inal na perg. u ark. gro/ova Begna u Posedarju : P. no. 86.

255.

1346, 17. deeembra. *U* Avignonu.

Papa Klement VI. dozvoljava Dominikancima, da se nasele u gradovima Kotoru i Skadru.

Clemens episcopus servus servorum dei, dilectis filiis vicario generali, magistris et fratribus ordinum Praedicatorum in Dalmatia salutem et apostolicam benedictionem. Ex munere caelestis gratiae illud ordini vestro et personis eiusdem donum inesse credimus, quod ubique locorum, in quibus degitis, fideles populos doctrina verbi pariter et exemplo ad salutis gratiam evocatis. Est igitur et esse debet nobiset apostolicae sedis cura sollicita, loca vestra longe lateque diffundere, ut quanto ipsa diffusius propagamus, tanto amplius, prout in gratiarum omnium auctore confidimus, maiorem semper operum vestrorum fragrantiam ad aedificationem Christi fidelium sentiamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati recipiendi unum locum in Catharo, et alium in Scutari civitatibus provinciae (!) Hungarie[1] sub dominio regis Rasciae, nec non tria aiia in aliis civitatibus, vel castris, villis, seu terris insignibus illarum partium per ordinem Praedicatorum tibi, fili vicarie, decretarum . . . . .de quibus tribus locis pro utilitate dicti ordinis ac ecclesiae dei et Christi fidelium vobis videbitur expedire, ad bonum opus et usum fratrum et ordinis Praedicatorum, dummodo in singulis praenominatis et aliis civitatibus, castris, villis, seu terris huiusmodi duodecim fratres dicti ordinis honeste et congrue valeant sustentari, ac aedificandi in

[1] Firlat primjećuje, da je pogrešno sHungarie« jer niti Kotor niti Seodra ne pripadahu Ugarskoj.

eisdem singulis locis ecclesiam seu oratorium cum coemeterio, ac domibus et aliis necessariis officinis, sine iuris praeiudicio ecclesiarum paTochialium, et cuiuslibet alterius alieni, felicis recordationis Bonifacii papae VIII. praedecessoris nostri, et aliis apostolicis constitutionibus in contrarium non obstantibus quibuscumque, plenam ac iiberam auctorttate apostolica vobis licentiam elargimur. Nulli. ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avenione, XVI. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno IV.

Farlati III. sacr. VI p. 447.

256.

1346, 23. decembra. U Zadru.

Gallo gradjanm zadarski obvezuje se sa svojim imanj'em Martinusiju Bartha Pet-ra Zotti, koji mu je bio jarnac kod Mihajla sina Bogdana de Cande.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quinta decima, die uigesimo tercio mensis decembris, Jadre. Tempore illustris domini nostri domini Andree Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Mataiaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac dominoram Marci Justini et Andreasso Mauroceno honorabilium capitaneorum et rectorum ciuitatis Jadre. Cum tu Martinussius'Barthi Petri Cotti ciuis Jadre sis fideiussor et insolidum obligatus Michaeli condam Bogdani de Cande ciui Jadre pro me Gallo condam Cerni de Ragno ciui Jadre de libris quinquaginta denariorum paruorum, quas ego dictus Gallus recepi a dicto Michaele ex causa mutui, prout de predictis plenius continetur publico instrumento facto proinde dicto Michaeli scripto die predicto per notarium infrascriptum, ego predictus Gallus per me meosque heredes et successores me obligo et promitto ueniente Nicolao Gallo Jadram te dictum Martinussium tuosque heredes et successores et bona tua conseruare indempnem et facere te sečurum de dicta fideiussione et obligacione, prout suffecerit et contentus fueris pro tui cautella ad omnem tuam peticionem et requisicionem supef me et bonis meis omnibus ubique locorum, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Georgio Pauli de Georgio et Johanne Damiani de Varicassa, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.j

Ego Michael Cerni de Betono iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original na perg. u arkivu Jtigoslavenske akademije r< Zagrebu, Diplomata a. 1-146.

Na hrptu nešto poznija bilješka: carta Martinusio, queni ab eo sup . . . . Gaius Jilius olim Cerne de Cande de libris L.

257.

1347, 11. januara. U Zadru.

Stonol brijaf posudjuje od Stefanela Stumula neku svotu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo(l) sexto, indictione quintadecima, die vndecimo mensis ianuarii, Jadre. Tempore illustris [domini] nostri domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini [Nicolai] de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Justini et Afndreej Mauroceni honorabilium capuaneorum et rectorum ciuitatis Jadre. Stanolus barberfius], ... Jadrensis, confessus fuit et contentus se mutuo et ex causa ueri et puri mutui . . . . . [rece]pisse a Stephanello berberio, filio Nicolai de Stomolo, ciue Jfadre] . . . . auri bonos, legales et iusti ponderis, vnde et pro quibus dictus Sftanolus] . . . . . . et requisitione Vulceni barberii, eiusdem Stanoli fratris et filius dicti olim . . . . et principalem constituens pagatorem uterque ipsorum principaliter et in soli[dum] . . . . et successores solempni stipulatione se obligando promiserunt dicto Stephane[H]o . . . . heredibus et successoribus Stephanelli dare, soluere et numerare sibi uel suis heredibus a[ut successoribus uel] alii pro eo suo iussu, cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuiftate Jadre] . . . . ad unum annum proxime uenturum tres ducatos^auri bonos Jegales et [iusti pon|deris sub pena quarti stipulatione promissa et refectione dampni et expensarum litis et extra, obligando pro hiis

omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presentia et fuctura(f), et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta ubique locorum, terrarum et fori ab eis uel eorum altero petitum fuerit, et speciaiiter in Venecia, Ancona, Flumine, Segnia, Sibenico et Obrouac, omni exceptione remota; volentes insuper dicti Stanolus et Vulcena, q[uod de] predictis omnibus et singulis dictus creditor possit se tenere ad ipsos anbos(!) et ad q[uemlibet] eorum ad quem uoluerit in totum et partem, reiterando sicut et quotiens uolu[erit] . . . . placuerit ita, quod ab uno ipsorum assumpta certa quantitate ab alio sti. . . . . uoluerit residuum assumere possit. donec sibi integre solutum ffuerit] . . . . de sorte pena, dampno, interesse et expensis. Actum est hoc et firmatum [presentibus] . . . . condam Marini.et Radmano sartore condam Johannis, Jadrensibus, testibus ad hec ufocatis et rogatis, et aliis.]

(Drugi rukopisj.

f Ego Michiel Cerni de Botono iudex [exajminator examinaui.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali autoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole br. 195. — Lilevl rub okrnjen.

258.

1347, 20. januar-a. — 1349, 27. marta. U Zadru.

Andrija sin pokojnog Vite de Sloradis pravi svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono, inditione secunda, die vigessimo septimo mensis marcii. Tempore domini Andree Dandulo dei gratia incliti ducis Venetiarum, reuerendi in Christo patris -domini Nicolai de Mataffaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, et magnifici domini Michaelis. Faletro ćomitis et capitanei Jadre. Hec est copia testamenti. Andree de Slorento(f) de Jadra scripti sua propria manu in quodam folio bombicino et eius proprio et notorio signo sigillati et clausi reperti in sacristia fratrum Predicatorum sancti Platonis de Jadra. Cuius tenor talis est Tn Christi nomine amen. Anno incarnatione eiusdem millesimo trecen-

tessimo quadragessimo sexto, die vigessimo mensis ianuarii, inditione quinta decima, temporibus domini Andree Dandulo incliti ducis Veneciarum, et dominorum Marci Justiniano et Andrea Mauroceno honorabilibus capitaneis et rectoribus ciuitatis Jadre, et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi. Eu Andrea filol de chi lo de ser Vite de Slorado procurator de Zara si faco et vidmo e scnuo de manu mea quisto testamento, lo quale uolo chi sia firmo e rato di tutu e in tutu quil chi dira in quisto scripto perpetualmentri et sempre. In prima vollo e lasso e faco mei comissari lo prior de li frar Predigadur, qui chi e quil fossi al logo dili frar Predigadur di san Platon et dona Franica muier(!) che fo di Tomasso frar meo, li qual comisar si uolo chi faca sempre cum voluntate di domina Rada muier mia Andria de Sloradi e col so sauir ni cenca lei ni cenca so sauir ni so vuler no possa far niente, ma tutu senprre(!) cul so vulir et cul so sauir fin a ch'illa saria viua in quisto mundu; la qual dona Rada mia muler si lasso et uolu chi sia dona e domina et usufructuaria suura tuti li mei beni mobili e stabili, quili chi o e quili che spero di auir cenca alguna contradition. Eu prima vollo, chi li dicti mei comisari si faga cantar decem et miliia misse per anima mia e di li mei morti e per quili che o son tigmidu. Ancora lasso, a le monige de sancta Maria e a quile di sancto Dimitrio a cascuna se grossi per diuini saltero tri cascuna dille e quille chi no sa litra abia grossi quatro per dir per la mia anima tria millia patri nostri et tria millia Aue Maria e per anima mia et di li mei; item quille de sancto Nicola a cascuna moniga solidi uiginti, chi cascuna diga che litra sa tri salteri e per Γ anima mia et quile che no sa litra tria millia patrinostri et tria millia Aue Maria ; ancora a la Gapiga neca mia filola di me frar moniga di sancto Nicola si laso Hbre cinquanta per l'anima di mia mare; item a sor Nicolota filola di Benedicto di Matafaro libre cinchu(!); item a la filola di Grigor de Triche moniga solidi di grossi dex (!); item a le filole di Grigor de Slorado monige de sancta Maria libre cinchu a cascuna; item a cascune filola di Matte mi frar che uolese intrar moniga, abia dil me libre cinquanta a co chi le prega domine de per Γ anima mia e di li mei morti; item uolo che debia vistir pouri dusentu queli a li quali auisi plu logu o infirmi o sanu di grisso drapu; ancora lasso solidi vinti de grossi al capitulu di Zara forsi chi auisi fraudad in la desuna(!) e chi li diga cascun duy misse in la glexia di sancto Piaton suura li altare che o fei far; item laso solidi quaranta di grossi a le reliquie di Zara che se debia far vna bella crux d'arcento di quil preso e ch'ila si debia portar et trar sempre quanto le reliquie si si tracisi o purtasi per la terra e quile reliquie, le qual sum (!) in la caseleta picula la qual

e in la casella grande dille reliquie, si si mita in la dicta crux che quele reliquie in vna . . . crux . . ..; item uolo chi li altare li quali eo fei far a san Piaton chi li si face sagrar; item si laso a done Franiga suura dicta libre dusentu chi la faca dile eo chi li plas como di cosa sua; item laso libre ducento a dona Rada suura dicta muier mia chi la possa far et ordinar per Γ anima mia e sua. Item volo et ordino, che, se la mia muier murisi nanci di Frana sua sor et mia congnada, volo, chi la villa di Mocro, sia la mia parti, abia cose e tegna la dicta Franica e sia dona e domina cosi e cum quil modo ; che laso mia muler co e in vita sua, ella mitat dele vigne de Pestman sula metri dilla villa di Mocro e cule sue pertinentie cum quista zunta chi diia viiia di Mocro co e dile rindide di la dicta et di tute le altre nue redide di quilo anno se si faca vn horo nanci di altar li quil eu fei far a li frar Predigaduri beilo et cupiido e tutu quil chi fossi a far ed urnar li altare et in cu[r]no li dicti altare; et facto e cuplido quisto nanci li altare e circha chi la dicta Franica si tegna la mia parte di Mocro et faca cantar dile misse quatru ogni di suura li dicti altar mei; eciam de o viuando la dicta dona Rada muier mia si debia far la dicta Rada oura la qual e dicta denanci dil choro et di tuto le lauorer che auisi logi che la faea in vita sua e quile quatro messe ogni di faca cantar di le quali s. . . . .de li quatru, solene ad alta uoce ogni di sia vna? item murando o morta siando ia dona Rada uolo et ordino dili mei beni tuto Mocro e la mitat dile vigne di Pistuman zo e tuta quela parte che comprai dile vigne la qual uolo che Franica tegna in vita sua facendo per Γ anima mia e li mei morti tutu quil chi plusi po far ; ancora uolo, che tuta la compra la qual eo comprai da Grucogna[1] Mogorouig si dili terre como dile vigne et dili arbori pichuli el grandi volo, che la dita Franica si tegna dre la morte di Rada soa sor in vita sua e faca per T anima mia e per Γ anima dili nostri morti e per l'anima de Rada soa sor et eciam per l'anima sua de la dicta Franica digando o per le misse cantando o a pouri mendicanti chi non auissi dil sonne non spitassi douir ni di partir paterna ni materna e se la auisi cusciencia di dar a pouri virgognosi abiando dil so volo che debea dare a quili di la casa mia go e dili redidi Vite de Slorado pare meo se qudo (!) como li mello parira. . . . .netri volo che ela .debia dare stara d' ollo quaranta per bruxiar le candelle nanci li altare mei a sancto Platone e per le mancar dili dicti frari quatro che de officiar continuametri suura li dicti altar; e cusi volo, che viuando la mia rrtuler dona Rada faca per quel modo tutu, che o ordinad di suura tigandi tuti li mei beni cusu come dicti di, soura. Ancora uolo che si

[1] Gubogna.

faca vna glexia a Mocro di sancta Clara, la qual uolo che se debia officiare continua metri ogni di et ogni anno per senpri(!) e debialisi prouider dilla rendida dilla dicta villa culle pertinencie sue e dila conpra che o comprai dal dicto Gruchogna(!) e che vna candela d'olo brusa ogni noctu in la dicta glexia per li uiandenti per mar e per terra; e quisto olo uolo, che se dia de le oliue de la dicta possession dar e quista prouision uolo che sia facta per Rada mia muier e per Franica sua sor o per alguna d'isse, la qual situra viuisi di lur e no d' altri in vita lur, e dre la morte de lur uolo, chc sia in la prouision dil priur dili frar de sancto Platone e di quil chi fosse di macur tenpo de quili di la casa mia zo e dilla redi di me pari Vite de Sloradi lo qual faco procurador di quiste cosse dre la morte di mia mulier(!) Rada e Franica sua sor e preuiga si in ogni modo chi prouidir si po piu chi quila glexia chi sira(!) facta la a Mocro che la se debia officiar ogni di dil anno segundo com illi dicto di suura, ancora digo che dre la parti di Rada mulier mia e Franica sor sua soura dicta uolo e ordino per senpre perpetualmetri che la dicta parti mia dila dicta villa di Mocro et di tuta la compra che o comprai dal suura dicto Gruchogna si se debia con lo rendido tutu et parti che si debia officiar quili altari mei di sancto Andria e di sancto Tomaso segondo com ille dicto et e ordinado e scripto di suura, e si plu frari Predigaduri co e dil couento di Cara(!) star e officiar di quisto dicto rendidu chi tanti quanti plu pudisi star e uiuir che le debia officiar a li suura dicti altari e chi questi frar sia per si a mancar et a viuer e offici ar a li dicti altari in lo soura dicto horo facto segundo com eo ordinando e scripto di suura et tuta uia la glexia la qual fira(l), et facta a la villa di Mocro, volo che se far de e oficiar e alumnar segundo como eo si, o ordinado e scripto di suura dicti quisti frar Predigadur volo che sia tuti preuidi chi diga ogni di misse per senpre suura li decti(!) altari per Γ anima mia e dil uno frar e dil meo niuud Vite e di mia muler e Franica sua sor e di mei morti di Γ altra mitat dila uilla di Mocro che comprai al incanto da quil du(!) Lubauiz e pro fesi la mitat al meo frar Tomasio e di co eo fei carta a so filol Vite lo qual par ad di quista vita al altra uolo per mi e per la mia auctoritat e per quilla che o posso auir, che Ia(!) Γ abia per sua co e la dicta Franica per quili denari li qual ill'a de auir per la carta dela dota e per lo testamento del so marido Tomaso cusi como li plas cum tal condicion volando(!) illa mitir lo rendidu a saruir li altari suura dicti per esir tante misse quante plu pudisi esir e plu frari Predigadur preuidi in quil horo suura dicto o in algun ospital che la uolisi far a co chi quila villa remahis a siruir, la oura di de e li comandamenti di de ognipotenti. Ancora confesso e digo che de tute debite le quale eo

e Tomaso frar meo auimo soura Ia redi de Marco marignone e quili che e soura vintura si e la mitat mia e I' altra mitat si e stad dil dicto Tomaso frar meo, vnde segundo le dite debite sia dado Ia parte di frar meo Tomaso a Franija muler sua si como il 90 e lo dito Tomaso si a ordinado in lo so testamento; item volo che li logi che eo dicto Andreas comprai da Zanin de Cosa de Prode, che li si torna al luy dagando lo dicto Zanin libre trisento che l'aui da mi dicto Andrea in ducati o in grossi segundo com di curia a qui tenpu libre tresento pugnamo che la carta non diga de libris tresento, e se el non uolisi dare li denari, uolo chi li sia datu libre dusentu di denari piculi per lo Tomaso che o !i promisi fasando il segur rni o quiii che per me fossi o remagnisi per che tel me inpromisi. Ancora volo, che la casa la qual eo comprad da Dessa filol di Micouille becaro di uoluntat di Margarita soa mare a la dicta Margarita o a la redi sua sia turnada dagando illi libre cinchucenti di denari pigoli a quil cursu chi li ducati curia a quil tenpo che o li dei li denari in grossi o in ducati a rason di vi.nti grossi lo ducato per ch' el aui da mi tutu in grossi et in ducati e si illi fesi quistion da non uuler dar numa inmunida, uolo chi sia tolto libre cento, per la conja, che eo confpra] la dicta casa segundo lo patu che o aui con lur in la sua carta si cunten di 50; et si luri uulisi dar ducati a rason di grossi vinti lu ducato o grossi a rason di dinari trentadu do grosso non uolo che li sia tolto menti di quilo ce o cincai la dicta casa, ma uolo chi li sia perdunad. Item uolo che se l'algunmobil romanisi(f) dre la morte di dona Rada muier mia et Franija sor sua, volo, che tutu si dia per l'anima mia e dili mei morti, saluo si illa 90 e la dicta Franica vulisi tor(!) la soa dota in denari, uolo c'elli sia pagad, a soa volentan(f). Tuti li altri mei beni volo che Paulo frar e li soi filoli abia le due parti di li mei beni, e Ia terca parti abia Franulle filol di Mate meo frar facto e complido nanci tutu quil chi e dicto di suura e dinanci niente macando(!) ma tutu siando complidu et facto furnido; tuta uia non si intenda in questo laso, che lasu a Paulo me frar e a soi filoli e a Franule filol di Mate meo frar la uilla di Mocro e la compra la qual eo fei dal predicto Crichogna(!) Mogorouig, ma volo di quiste due possession sia facto[1] tutu quil chi e dicto dinanci et di suura eceto le vigne de Pistumano tute si la compra cole altre volo che sia in lo dicto laso che o Iasai a Paulo suura dicto e a soi filoli e Franule predicto complando tutu che facto e dito discoura e nanci; item volo de tuto et in tutu sia firmo e rato et adiplidu lu codicelo lo qual fe magister canceler de (^ara in publico in facto di le possession di dona Rada muler mia e tutu quil chi cunte in lu dicto condicello (!). Item

[1] Pisano dva puta.

uolo, che quel che laso a Rada predicta e a sua sor Franica a libre dusentu per gascuna non uolo che debia tor inguna (!) possession ni uender ni far uendir per le dicte libre dusentu per cascuna, ma uolo, che debia tor dele redide mie; item uolo si algune debite legitime alguni o alguno dumandase uolo che predicte sor zo e Rada e Franica si paga di li mei bonl mobili segundo como ad ille parira. Item uolo che Paulo sula metri meo frar abia in vita soa solidi vinti di grossi ogni anno fin a tanto che le possession vignira a lui e a soi filoli e a Frane filol di Mate meo frar, li quali eo faco mia redi in quilo che o a lur laso in quisto meo testamento che o facto e faco. Volo chi sia firmorf!) in ogni dicto e scripto e ordinado per me Andream filol de ser Vite de Slorado lo qual testamento et ultimo meo ordinamento di tuti li mei beni afirmo et confirmo segundo como . . . elo far si po et afirmar in perpetua e no mancar mai di menti di quil chi e dicto et scripto di suura et ordinado e si algun o alguno 6 uir algune fessi question di quisto meo testamento e contra quisto meo suura dicto ordinamento, mente possa auuir dil meo ne dili mei beni ma sia priuad di tutu et in tutu pir(!) senpri(!). Item uolo, che del' arcento meo fajasi e dibiasi(I) far calixi e bucaliti per li altari mei; item cosi com o eo dicto de Zanin de Cosa suura dicto de podir scunprar(!) li logi, digo cusi dila sor soa la qual e duncella in casa per mandarsi meio(!), s'il dicto Zanin no li uolisi scunptar e si questi duy nulle uulisi scumptar, chi la muler de Vulcign de Slorado le possa scumprar(f); item uolo, che dele vigne di Pustumano sia facto ogno anno Γ uniuersaro (!) per l'anima di mia mare ali frar Minori di sancto Francesco el'a li frar Predigadur de sancto Platon. £ quisto tutu dicto et suura scripto uolo chi sia ultima mia uoluntat, di la qual uolo chi sia meo testamento e testifichu eu suura dicto Andrea filol di Vite de Slorado procurador di (Jara, che quisto tutu suura scripto si e de mia propria man segundo como uol lu statutu e 1'ordinamento di C^{ara}-

Ego Johannes Vido cancelarius Jadre de mandato infrascripti domini comitis et consiliariorum Jadre abscultaui, examinaui et subscripsi.

Ego Franciscus ser Manfredi de Placencia imperiali auctoritate notarius curie Jadre de mandato et comissione magnifici domini Michaelis F"aletro comitu et capitanei Jadre, ac nobilium et sapientum virorum dominorum Petri Carauello et Marci Maripetro[1] consciliariorum eius, suprascriptum testamentum ut continebatur in folio suprascripto de uerbo ad uerbum scripssi et in publicam formam redegi signoque meo solito roboraui in testimonium premissorum.

[1] Mastro petro.

(Drugi rukopis).

f Ego Vitus Grisogoni de Zadulinis iudex examinator, quia hoc exemplum cum suo autentico concordare mueni, et me subscripsi.

f Ego Stephanus condam Miche de Soppe iudex examinator, quia hoc exemplum cum suo autentico concordare inveni, me subscripsi.

(Signum not.)

Ego Beltramus de Tarsia ciuis Justinopolitanus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, quia supradictum exemplum ad suum autentichum(l) scriptum per infrascriptum Isuardum cum supradictis examinatoribus et notariis infrascriptis ascultando concordare inueni, me subscripsi et solitum meum signum apossui.

(Signum not.J

f Ego Blasinus Brocus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, quia suprascriptum exemplum vna cum supradictis examinatoribus et Beltramo notario ac infrascripto Isuardo notario cum suo autentico ascultando concordare inueni, me in testem subscripsi.

(Signum not.).

Ego Isuardus condam Romanati de Padua publicus imperiali auctoritate notarius et iuratus notarius ad criminalia Jadre supradictum exemplum testamenti cum supradicta copia scripta et in publicum reddacta per Franciscum notarium suprascriptum de sua originali cedula suprascripta de uerbo ad uerbum fideliter scripsi et exemplaui, postmodum cum supradictis dominis Vito et Stephano examinatoribus ac supra dictis Beltrame et Blaxino notariis ipsum diligenter excultaui(l) cum copia suprascripta, et quia utrumque concordare inveni, me subscripsi.

Original u gubernial. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Dominika br. 1077.

259.

1347, 25. januara. U Avignonu.

Albert tajnik kraljice ugarske moli sveiu stolicu, da njegova nećaka Nikolu imenuje kanonikom biskupije bosanske.

Supplicat sanctitati vestre humilis orator uester Albertus secretafius excellentis principisse domine Hfelizabeth] regine Hungarie, quatenus sibi in personam diiecti nepotis sui Nicolai Henrici de Strigonio Wratislauiensis diocesis specialem graciam facientes de canonicatu Bosnensi alias de Dyako prebendam uero nec non dignitatem, personatum seu officium cum cura uel sine cura, si qua, si quis, aut si quod inibi vacat ad presens uel quamprimum vacare contigerit, conferendam, conferendum, aut conferenda dicto Nicolao . . . dignemini reseruare cum accepcione, inhibicione, decreto et clausulis opportunis. Fiat r[elacio], eciam de dignitate etc. Rfelacio] etc. Item examen dicti Nicolai dignemini in partibus committere. Datum Auinione, VIII. kalendis februari, anno quinto.

Clement. VI. Reg. Suppl. an. V. P. I. 10. fol. 34.

260.

1347, 26. febr-uara. U Požegi.

Pred požeškim kaptolom prodaje Ivan sin Bratjana za S marke svoj posjed u Predišincu meštru Leukusu.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quod Johannes filius Bratyan nobilis de Predisynch ab vna parte, magister Leukus filius Petri filii Kupse de Orboua ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Johannes confessus est oraculo viue vocis, quod totam porcionem suam possessionariam in eadem Predysynch habitam iure hereditario ipsum contingentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis dicte porcionis sue prenominato magistro Leukus filio Petri pro tribus marcis denariorum ab eodem plene, sicut dixit, receptis dedisset et vendidisset in heredum heredes iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, dando nichilominus eidem magistro Leukus predictam porcionem suam possessionariam a possessionibus aliorum per modum diuisionis, prout expediens fuerit, separandi et alias possessiones suas possessionarias, que pignori essent obligate a quibuscunque detentoribus earundem redimendi et similiter per modum empcionis iure perpetuo possidendi plenariam potestatem, presentes vero nostro priuilegio confirmabimus, dum nobis fuerint reportate. Datum feria secunda proxima post dominicam reminiscere, anno domini millesimo CCC°XL° septimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no 33.956. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1598. no. 2.

Na hrptu bij'aše pritisnut pečat.

261.

1347, 1. marta. U Zagrebu.

Ljud&vit kralj ugarski i hrvatski daje slobode trgovištu Krapini.

Nos Lodouieus dei gracia rex Hungarie significamus presencium per tenorem memorie commendantes, quod ciuibus et hospitibus nostris sub castro Crapina existentibus et commorantibus, ac ad eosdem conuenientibus hanc libertatem de liberalitate regia duximus faciendam: Quod quicumque de ipsis ciuibus et hospitibus tria iugera de terra habet et tenet, ille annuatim quinquaginta denarios banales soluere teneatur, quorum viginti quinque soluet in festo beati Michaelis archangeli et iterum viginti quinque banales soluet in festo sancti Georgii martyris et non plures. Item descensum vulgariter zallas dictum bis in anno soluere teneantur hoc modo, quod pro vno descensu vnam pecudem pascualem sexaginta denarios banales vallentem, centum panes, sex pullos, quinque cubulos de auena, tres cubulos de vino, vnam libram de pipere et croco, ac sal dare debent; item alia vice eodem anno. Similiter quantumcunque ipsorum dominus perueniet, prandium uel cenam dare teneantur. Item homicidium eorundem ciuium et hospitum nostrorum sint viginti quinque marce et extendat se ad viginti quinque marcas. Item quilibet eorum possit iurare pro media marca et iuramentum eorum talium quorumlibet qui viilicatum in medio eorum non tenuerunt, extendat se ad mediam marcam. Tales vero ex ipsis qui villicatum in medio eorum tenuerunt, possint iurare super vna marca, et iuramentum talium qui villicatum tenuerunt valeat vnam marcam. Item castellanus noster tres causas in medio ipsorum iudicare possit, videlicet causam furti, causam violencie seu potencie et causam homicidii seu sanguinis, in quibus tribus causis duas partes birsagii castellanus noster et terciam partem villicus ipsorum percipient. Alias omnes causas inter eos emersas et emergentes villicus eorum, quem communiter eligent et preficient, iudicandi habeat facultatem. Item si causa in predictis tribus articulis causarum iudicio castellani nostri reseruatis ad iuramentum adiudicata fuerint(!), tunc ille qui iurabit in loco iuramenti quatraginta (!) denarios persoluere pro expurgacione sui teneatur; set(!) in causis per villicum iudicatis nichil soluere teneantur. Item duellum inter ipsos adiudicari et fieri non possit. Item si qui ex ipsis heredum solacio destituti decesserint, illi de omnibus bonis et possessionibus suis liberam habeant sicut voluerint facultatem, tantummodo castellano nostro vnum fertonem uel vnam pecudem pascualem, cuius cornua ligaturam capere, et in cuius

cornibus ligatura stare possit, dare teneantur. Item libere veniant et libere clara luce recedant saluis rebus eorum et personis, tantummodo pro terragiis quilibet eorum duodecim denarios persoluant et deponant. Item si aliqui seruientes sub eodem castro edificia facere et in medio eorum commorari voluerint, tunc ad eandem libertatem sicut ceteri ciues et hospites ipsius libere ville nostre descendant et in eadem libertate commorentur, et totum honus(l) cum eisdem ciuibus et hospitibus portare teneantur. Item castellanum vnum et non plures eis constituemus et volumus, quod castellanus noster nunc constitutus et in futurum constituendus contra hanc libertatem per nos graciose eis factam eosdem non audeat et non presumpmat molestare vel aliqualiter pregrauare. Datum Zagrabie, feria quinta proxima ante dominicam oculi, anno domini MCCCXL° septimo.

Original na pergam. u arklvti kr. trgovišta Krapme.

Na hrptu nalazi se trag prstenoga, malenoga pečata; na tom mjestu stoji: [Relajcio Nicolai pilii . . . Cum (!)

Listina je mnogo puta potvrdjena i to 12. marta 1353 od hrvatskoga hercesra Stjepana; god. 1489. od kralja Matije; god. 1495. od Ivana Korvina; god. 1506. od Beatrice Frankopan; god. 1511. od Gjure Braniborskog; g. 1534. od Petra Keglevica ; g. 1547. od Luke Sekela; g. 1577. Mihajla Sekela; 1588. od kralja Matije II.

Kukuljević jfura regni. I. p. 113.—114.

Ortner Povj'est Krapine 199.

262.

1347, 3. marta. U Zagrebu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski polvrdjuje listinu Belirtu od godine 1242. danu Sainohoru.

[JMjos Lodouicus dei gracia rex Hungarie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem memorie commendantes, quod Dominicus villicus de Zomobur cum Iwre et Mychaele cohospitibus suis ad nostram personaliter suo et vniuersorum hospitum nostrorum de eadem Zomobur vice et nomine accedendo presenciam, exhibuerunt nobis litteras domini regis genitoris nostri petentes, vt easdem litteras transscribi et confirmare dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Stifedi listina kralja Karla od god. 1333., koj'om se potvrdj'uje povelj'a kralja Bele od god. 1242. izdana Samoboru).* Nos igitur volentes ea, que per ipsum dominum regem genitorem nostrum bene facta sunt rata et in-

concussa permanere, easdem litteras domini regis transscribi faciendo apposicione anularis sigilli nostri duximus confirmandas, promittentes, vt quamprimum presentes nobis fuerint reportate, in formam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum Zagrabie, sabbato proximo ante dominicam oculi, anno domini M°CCC° quadragesimo septimo.

Original ec kr. zematjskom arkivzt u Zagrebtc: Docum. medii aevi a. 1242.

Pečal, koji bi-jase na hrptit, listine pritisnut otpao je, dočim se jasno razpoznaje mjesto gdje je stajao.

263.

1347, 4. marta. U Avignonu.

Klement VI. papa odredjuje istragu radi Antonija Malobraća?iina zagrebaćkoga.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus Georgio Chanadiensi et Nicolao Quinqueecclesiensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius Antonius Zagrabiensis ordinis fratrum Minorum provincie Ungarie, iuxta morem dicti ordinis sua nobis gravi admodum et querulosa conquestione monstravit, quod cum pridein sibi falso et per invidiam coram dilecto filio. . . . generali ministro dicti ordinis per dilectum filium Martinum provincialem ministrum ordinis et provincie predictorum impositum extitisset, quod ipse Antonius supra se literas falsas bullatas, ut prima facie apparebat, bulla felicis recordationis Innocentii pape predecessoris nostri et nonnulas alias falsas litteras portaverat, et quod illas vendiderat venerabili fratri nostro. . . . episcopo et dilectis filiis capitulo Vesprimiensi pro certo precio per eundem Antonium inde habito et recepto; prefatus Antonius inocentiam suam super illis purgare desiderans, ne veritas occulta remaneret, et ne dictus Martinus provincialis minister in sua malicia prevaleret, ad Romanam curiam se contulit, opportunum sibi et statui suo super premissis adhiberi remedium, nobis cum instantia petiturus. Nos igitur attendentes, quod super contingentibus crimen falsi propter ipsius detestationem criminis cautius et diligencius est agendum, ac volentes super predictis, eidem Antonio, ut prefertur, impositis veritatem plenius indagari, ac de circumspectione vestra gerentes in domino fiduciam specialem, fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel alter

vestrum ad dictam civitatem Vesprimiensem vos personaliter conferentes, vocatis qui fuerint vocandi, de predictis eidem Antonio, ut prefertur impositis, vos diligentius informetis et quecumque per informationem huiusmodi reperitis, fideliter in scriptis redacta sub vestris inclusa sigillis nobis quantocius destinetis et nichilominus, si per eandem informationem eundem Antonium inveneritis culpabilem in aliquo de premissis, sufficienti per vos nostre et ecclesie Romane nomine ab eodem Antonio de se nostro conspectui presentando, recepta cautione eundem ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra certum terminum competentem, quem ei ad hoc duxeritis prefigendum compareat legitime coram nobis, facturus et recepturus super premissis quod fuerit rationis, nostrisque mandatis et beneplacitis humiliter pariturus; diem vero huiusmodi citationis vestre et formam et quidquid super premissis duxeritis faciendum, nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes fideliter intimare curetis. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testlmonium perhibere. Non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede prefata indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac dc verbo ad verbum de indultu huiusmodi mentionem. Datum Avinione, IV. nonas martii, pontificatus nostri anno V.

E reg. anni V. Tom. II i>. II. p. 182.
Feje'r Cod. dipl. Hung. IX. I. p. 511.—513.
Eubel Bullarium Franciscanum Tom. VI. 193. no. 405.

264.

1347, 5. marta. U Zagrebu.

Ban Nikola prepisuje povelju kralja Karla Rolerta od i.jula 1333. danu Turopolj'u.

[N]os Nicolaus Zechy tocius Sclauonie et Croacie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod accedentes ad nostram presenciam Stephanus filius Wlkuta necnon Iwan comes terrestris, Mykuch filius Kelemus, Nicolaus Iwan- ac alii nobiles iobagiones castri Zagrabiensis de Campo, suo et nomine vniuersorum iobagionum castri de eodem Campo, exhibuerunt nobis condam(!)

priuiiegium serenissimi pricipis domini Karoli, condam illustris regis Hungarie felicis recordacionis, super confirmacione libertatibus(!) eorum emanatum, petentes nos humiiiter supplicando, vt eundem (!) de uerbo -ad uerbum transscribi faciendo ratumque habendo, nostris litteris priui-Iegialibus dignaremnr confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina •od i. jula 1333.)* Nos igitur iustis eorum et legittimis peticionibus fauorabiliter inclinati, ipsum priuilegium habentes ratum et acceptum, reperientesque non abrasum, non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, de verbo ad verbum ad maiorem cautellam transscribi faciendo, sigilli nostri patrocinio per presentes litteras pendenti duximus munimine confirmando roboratri. Datum Zagrabie, feria secunda proxima post dominicam oculi, anno domini M°CCC°XL° septimo.

Original u arkivu općine turopoljske. — Pečat otpao, vrvce crveno .zelene stoje.

Laszowski Cod. Turop. I. pag. 61. doc. 61.

265.

1347, 7. **marta. U Zadru.**

Priba udova • Cvitana Pravdiča u Babindubu prodaje. vinograd u Ozrinju Franjici udovici Pavla maršala zadarskoga.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo tre-•centesimo quadragesimo sexto, indiccione quintadecima, die septimo rnensis marcii, Jadre. Tempore domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Justiniano honorabilis comitis et capetanei Jadre. Priba relicta C/uitani Prefdich de Babindub, Martinus, Radoslaus et Petrus fratres, filii dicti olim Quitani et ipsius Pribe, consentiente eis ad omnia et singula in hoc instrumento contenta •dicta Priba eorum matre, habita licencia et verbo a Petro olim Fortis de Speranistis, ciue Jadre, vendiderunt et transactauerunt Franice relicte Pauli marischalchi de Jadra, totam unam eorum vineam gognai circa unius, positam ad Osrignum super terram dicti Petri et reddit eidem annuatim pro terratico q[uar]tam partem omnium fructuum exinde prouueniencium aduectam hic in Jadra ad domum ipsius Petri, cui hos dixerunt fore confines: De austro via, de trauersa vinea Radinci, de borea terra heredum . Mauri Bartholomei de Grisogono, et de quirina vinea Lule relicte Presci, que omnes vinee sunt super terram dicti Petri, ad

habendum et quicquid ipsi emptrici eiusque heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, sicut de suo proprio, iure dicti Petri predicto et omni alio secundum consuetudinem et formam statutorum Jadre semper saluo, et hoc pro precio et nomine precii librarum sex denariorum venetorum paruorum, quod precium dicta venditrix et venditores contenti et confessi fuerunt se a dicto emptore habuisse et recepisse, ac sibi integraliter datum et solutum fuisse, promittentes dicti venditrix et venditores, scilicet quilibet ipsorum principaliter et in solidum per se suosque heredes et successores se obligando dicte emptrici pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et ementi dictam vineam cum suis iuribus et pertinenciis excalumpniare et deffendere ab omni homine et persona in ratione, de euictione et pro euictione dicte rei vendite se in solidum obligantes, pro quibus omnibus o[b]seruandis obligauerunt dicti venditrix et venditores eidem emptrici se et bona eorum cuiusque eorum omnia presentia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dragano Tholsich de Bibano et Drasoyo condam Petri (^apati, Jadrensibus, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas de Senia notarius comunis Jadre hoc instrumentum examinaui et me subscripsi.

(Signum not.).

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi publicus ciuitatis Jadre notarius predictis interfui, rogatus scripsi et publicaui et signo meo ac nomine roboraui.

Ortginal na perg. u gubern. arkivu u Zadrti, odio samost. sv. Nikole br. 196.

266.

1347. 8 marta. U Zadru.

Slava udova Cuvelić daruje svoju kuću u Zadru i zemlju na otoku Ugljanu samostanu sv. Nikole.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quintadecima, die octauo mensis marcii, Jadre. Tempore illustris domini, domini Andree Dandullo inclitt ducis Venecie, et venerabilis in Christo patris domini Nicolai de Matafaro de Jadra, decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac egregii domini Marci Justiniani honorabilis-

comitis et capitanei Jadre. Slaua vxor olim Johannis Quuelich de Jadra sua spontanea uoluntate pro anima sua et parentum suorum dedit libere et tradidit domine Catharine abbatisse monasterii sancti Nicolai de Jadra, recipienti uice et nomine dicti monasterii omnes redditus et prouentus infrascriptarum possessionum suarum ad habendum post mortem ipsius Slaue ipsos redditus et "prouentus et quicquid ipsi monasterio ex ipsis redditibus et prouentibus placuerit perpetuo faciendum. Possessiones autem predicte hee sunt: Videlicet domus una posita Jadre in confinio sancti Saluatoris, cui de austro est curia conuicinalis, de quirina domus Mathie vxoris olim Dese, de borea domus Uolcete Butiglani et de trauersa uia pubiica. Item terra una gognaiorum trium posita ad Gillanum, cui de borea est terra Radosslaue sororis dicte Slaue, de austro et quirina terra heredum Marini de Soppe et de trauersa uia publica; promittens dicta Slaua per se suosque heredes et successores" sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando dicte domine abbatisse, recipienti uice et nomine dicti monasterii, dictam donacionem et tradicionem, ut predicitur, firmam et ratam habere perpetuo pro modo predicto et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto aliqua racione uel causa, sub pena quarti in eo super quo questio moueretur et omnium expensarum litis et extra, qua soluta, presens instrumentum ratum manea[t] sub obligacione bonorum suorum presencium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Anthonio de Gusco et Jurgio condam Chranisslaui, Jadrensibus.

Onginal na peгдам. гс gubern. arkivti u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 197. — Nema ovjerovljenja eksaminatora ni potpisa notarova.

267.

1347, 13. marta. U Zadru.

Vidoje sin Radoslava iz Blala prodaje Stani udovi Smerinovoj zemlju u Petričanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo sexto, indictione quinta decima, die tercio decimo mensis marcii, Jadre. Tempore illustris domini nostri domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci lustini honorabilis comitis et capitanei ciuitatis Jadre. Vidoi condarn Radoslaui olim de Blatta et nunc habitator Jadre iure proprio et in per-

petuum dedit, uendidit et tradidit Stane relicte Smerine pilicarii Jadrensis pro se et suis heredibus et sucessoribus (!) ementi et recipienti totam unam terram uineatam ad proprium de circa tribus gognais, et quod plus esse reperiretur, illud etiam plus cedat in dicta uendictione sine precii aditione, quia sic inter eos actum extitit et conuentum ; positam ad Petrecanum et eiusdem hos dixit esse confines: De trauersa uinea et terra Stephani Mathei, de austro terra et vinea Radmani calegarii, de quirina terra Natalis marinarii et de borea terra et uinea monasterii sancti Nicolai; et cum omnibus et singulis que infra predictos confines uel alios si qui forrent ueriores, accessibus et egressibus suis, ad habendum, tenendum posidendum et quicquid ei et suis heredibus et sucessoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singuiis que dicta res habet super se uel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione, vsu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei de iure uel consuetudine modo aliquo pertinente; et hoc pro precio er nomine precii in summa treginta (!) librarum denariorum uenetorum paruorum; quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicta emptrice habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse.. Quam rem dictus uenditor se dicte emptricis nomine constituit possidere, donec ipsius rei posessionem (!) acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contulit atque dedit. Nec non promittens per se et suos heredes et sucessores dicte emptrici pro se et suis heredibus et sucessonbus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei **uel** suis heredibus aut successoribus de dicta re seu parte ipsius ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, set ipsam rem tam in proprietate quam in posessione(!) ei et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione super se et bonis suis omnibus presentibus et fucturis(!), omni exceptione remota. Actum est hoc et firmatum presentibus Damiano Cressii de Sloradis et Nicolao Cose de Begna, ciuibus Jadre testibus ad hec uocatis rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus Philipi de Begna examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1346.

268.

1347, 13. marta U Zagrebu.

Mihajlo Herbertov prodaje svoj posjed Obrezinu.

[CJapitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Sicut recolimus nuperime Michael Hungarus filius Herberth noster predialis quandam possessionem suam Obrezina vocatam infra metas possessionis nostre Preulaka constitutam vendidit, tradidit et assignauit Anthonio filio Cozme nepoti domini Johannis archidiaconi de Guerche et per consequens in ipsa possessione particeps extitit Petrus filius Johannis de Glaunicha, prout in aliis nostris litteris priuilegialibus exinde confectis plenius continetur; verum quoniam ipsa possessio Obrezina ab olim et diuersis temporibus fuit possessa per diuersos sub terminis et metis quandoque amplioribus et quandoque striccioribus, ideo nos volentes ipsam possessionem Obrezina certas metas habere, de cetero commisimus honorem viro eidem domino Johanni archidiacono de Guerche, quatenus ipse dominus Johannes archidiaconus ponderet metas et certos terminos possessionis Obrezina supradicte, prout sibi uidebitur expedire, qui dominus archidiaconus demum ad nos rediens metas predicte possessionis Obrezina per ipsum diffinitas et distinctas absque alicuius reclamacione nobis in scriptis attulit, que hoc ordine protenduntur: Prima igitur meta eiusdem possessionis Obrezina incipit in portu fluuii Zaue ex oposito ville Philipouch ad molendina, qui portus olim vocabatur portus transitus leprosorurn; deinde procedit per viam pupiicam(!) uersus meridiem et iungitur tandem aque piscarie Murchuicha[1] et aiio nomine Zauische et alio nomine Prod uocate; ab hinc per eandem viam procedit usque ad monticulum vbi sunt quedam sessiones antique prope ecclesiam sancti Martini; deinde reflectitur ad partem dexteram per vallicullam palludosam, per quam statim intrat riuum Obonin vocatum. per quem riuum procedit infra in spacio satis bono et peruenit usque ad locum vbi per nos est deputata et donata quedam terra ecclesie beati Martini de Stitaria, ab hinc in vicinitate eiusdem terre ecclesie beati Martini reflectitur ad occidentem et procedit in uicinitate eiusdem in modico spacio et ab hinc in vicinitate terre Chernk semper ad occidentem usque quandam viam pupplicam(!) reflectitur uersus aqtlilonem usque ad quandam paruam mlacam, per quam procedit ultra usque ad maiorem mlacam dictam Mlacam sacerdotis, per quam maiorem mlacam procedit semper uersus aquiionem usque ad viam magnam et pupplicam(!) Scep dictani, quam viam ibidem transit et directe uersus aquilonem per siluam et nemus intrat fluuium Zaue, per quem fluuium descendit ad priorem metam ibique terminatur. Nec hoc praetermittimus, quod infra predictas metas possessionis Obrezina est quedam terra ad mensuram vulgariter decem wreten uel circa, que fuit olim donata ecclesie sancti Martini per detentores ipsius terre indebitos quia de ipsa terra nichil ad eos pertinebat, sicut qui erant illiciti occupatores eiusdem, cum eo toto tamen nos volentes prouidere vsui sacerdotis predicte ecclesie sancti Martini, quandam terram nostram arabiiem usque ad decem mensuras wreten vulgariter uel circa cum nemoribus et fenilibus intermediis adiacentem metis Thome filii Chepani prope locum qui vocatur Zeriauinagoricha procedentem uersus occidentem deputauimus, ut est dictum, pro ecclesia sancti Martini supradicta. Vltra hoc predicte possessioni Obrezina anneximus perpetuo et pleno iure quandam terram arabilem ad decem mensuras wreten dictas uel circa adiacentem siluule vulgariter dicte Vidouchreth, quamuis existat extra metas supradictas uersus occidentem. Licet eciam infra metas eiusdem possessionis Obrezina existat quedam piscaria superius nominata Murthuicha vocata et alio nomine Zauische dicta et iterum alio nomine Prod vulgariter nuncupata, tamen volumus, quod medietas dicte piscarie et vtilitatum eius pleno iure pertineat in perpetuum ad ecclesiam sancti Martini ibidem pro vsu sacerdotis rectoris eiusdem absque contradiccione alicuius. Dicimus eciam quod possessores dicte possessionis Obrezina cum suis pertinenciis, ut predicitur, tenebuntur annuatim infra octauas beati Martini confessoris nobis soluere pro censu ordinario sexaginta denarios bonos banales et tres cubulos puri frumenti et tres auene facere deduci ad nostrum cellarium et duas partes marturinarum nobis soluent eodem tempore, tercia parte eis remanente, ac decimas nobis soluere tenebuntur šicut nostri alii prediales. In quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum feria tercia proxima post festum beati Gregorii pape, anno domini M°CCC°XL° septimo.

Original na pergam. u arkivu zagrebačkog kaptola: Acta cap. ant, (neuredjeito). — Na vrpci od crvene svile visio je pečat, kojega više »ш«.

[1] Murtnioha r

269.

1347, prije 17. marta. U Spljetu.

Biskup makarski Valentin imenuje za raspravu fired fiatrijarkom akvilejskim svoga fiunomoćnika.

Dominus Valentinus episcopus Macarensis pro se et sua ecclesia Macarensi eiusve successoribus fecit, statuit et ordinavit discretum virum I.aurentium Stricich canonicum Sibinicensem ibidem praesentem et mandatum infrascriptum sponte suscipientem, suum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem, negotiorum gestorem et suum certum nuncium specialiter ad comparendum pro eo, et eius vicem coram reverendissimo in Christo patre et domino Bertrando dei et apostolicae sedis gratia sanctae sedis Aquileiensis patriarcha tamquam iudice delegato domini papae super quaestione, quae vertebatur inter ipsum dominum episcopum ex una parte petentem, et dominum Dominicum dei gratia archiepiscopum Spalatensem defendentem de dioecesi Almissensi cum suo districtu, quam idem dominus episcopus petebat et asserebat esse de dioecesi Macarensi; ad renunciandum terminis et dilationibus et privilegiis et litteris impetratis, et generaliter omnibus suis iuribus; cum ipse dominus episcopus clare videat se non habere aliquod ius in dioecesi Almissensi, quae cum suo districtu est de dioecesi Spalatensis ecclesiae usque ad Pustam Wrulam; et generaliter ad alia omnia et singula faciendum, gerendum et exercendum et operandum, quae in praedictis omnibus et singulis fuerint necessaria et opportuna, et quae verus et legitimus procurator facere et exercere posset, ac si ipsemet constituens personaliter interesset; dans et concedens procuratori suo predicto in praedictis omnibus et singulis, et ab eisdem dependentibus et connexis et prorsus extraneis, cum omnibus capitulis utilibus et directis necessariis ad praedicta ex nunc pro nominatis, habitis et expressis, plenum et generale atque speciale mandatum cum plena, generali atque speciali administratione et potestate ; promittens se ratum, gratum et firmum habere perpetuo totum et quidquid per dictum suum procuratorem factum fuerit in praedictis omnibus, vel aliquo praedictorum, sub hypotheca et obligatione omnium suorum bonorum; volensque saepedictum suum procuratorem ab omni onere satisdationis relevare, fideiubendo pro eo de praedictis in' omnem causam et eventum, promisit mihi notario inscripto tamquam publicae personae stipulanti et recipienti etc. Actum Spaleti in padiolo lapideo ipsius archiepiscopatus, praesen-

tibus domino Andrea archipresbytero, Nicolao de Foriivio et magistro Petro de Avignone cantore, habitatoribus Spaleti, testibus, et Nicola Mathaei examinatore etc.

Farlati Ilfyr. sacr. III. p. 321.

270.

1347, 17. marta. U Spljetu.

Pred patriarkom akvilejskim svršava se firavda izmedju nadbiskufia sfiljetskoga i biskufia makarskoga.

1347. die 17. martii. Cum inter venerabilem patrem dominum Valentinum episcopum Macarensem ex una parte agentem, et reverendum in Christo patrem et dominum dominum Dominicum dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopum Spalatensem pro se et sua Spalatensi ecclesia ex altera defendentem quaestio verteretur coram reverendo in Christo patre et domino domino Bertrando sanctae sedis Aquileiensis patriarcha tamquam coram iudice a sede apostolica deputato super eo videlicet, et de eo, quod dictus dominus episcopus conquestus existit summo pontifici, et litteras diversas de diversis personis et locis impetravit, asserendo castrum Almissiense cum suo districtu esse de dioecesi Macarensis ecclesiae sui episcopatus, et ad eamdem ecclesiam spectare de iure; dictus dominus archiepiscopus defendendo pro se et sua ecclesia memorata, ad dictum archiepiscopatum et suam spectare ecclesiam castrum Almissiense praedictum cum eius districtu similiter asserebat; et quod confinium et meta dioecesis Spalatensis ecclesiae iuxta divisionem factam provincialis antiquae synodi confirmatae per sedem apostolicam, erat usque Pustam Wrulam iuxta dioecesim ecclesiae Macarensis, existente ipsa Wrula Pusta pro meta ecclesiae Spalatensis, super quibus diu quaestio extitit ventilata coram domino Aldobrandino episcopo Paduano, iudice tunc delegato a sede apostolica super eadem quaestione, et suis certis vicariis ad hoc specialiter deputatis; et nunc super eadem causa, ut praemittitur, de novo commissa per sedem apostolicam domino patriarchae praedicto, iudici delegato, sicut de iis in ipsis litteris apostolicis et actis iudicum delegatorum praedictorum, nec non vicariorum eorumdem deputatorum ad praedictam plenius et clarius continetur. Praefatus vero dominus Valentinus episcopus Macarensis sano et maturo in hac parte usus consilio, ad salubrem conscientiam rediens, nolens eumdem archiepiscopum et suam ecclesiam Spalatensem ulterius iniuste et indebite molestare ac

*

fatigare laboribus et expensis, videns clare et aperte ex pluribus privilegiis ac litteris et iuribus suae melropolitanae ecclesiae dictum castrum Almissiense, quod sibi datum et assignatum extiterat per dominum fratrem Petrum quondam archiepiscopum Spalatensem suum promotorem ad eumdem episcopatum Macarensem, et dominum Balyanum quondam Spalatensem archiepiscopum similiter, nec non dominum Dominicum archiepiscopum supradictum suos successores pro mansione et locomanendi in dicto castro, donec recuperaret suum episcopatum praedictum; recognitione piena et indubitabili habendo et percipiendo, ut praemittitur, ex iuribus manifestis ecclesiae Spalatensis praedictae esse penitus recognovit, voluit etiam et consensit. Renuncians ex nunc idem dominus episcopus omni suo iuri, privilegio et quibuscumque litteris, tamquam veritate tacita per ipsum super hoc a sede apostolica impetratis, nec non iudicibus delegatis et delegandis, quaestionibus et littibus universis ob praedictam quaestionem factis et faciendis, terminis super hoc habitis, et generaliter omnibus, quae possent allegari et opponi in praeiudicium et detrimentum eiusdem domini archiepiscopi et suae ecclesiae supradictae. Et quod praedicta Pusta Wrula, quae pro meta habetur inter dioeceses Spalatensem et Macarensem sit et esse debeat ecclesiae Sp-aiatensis et de eius dioecesi. Et a dicta Pusta Wrula in antea sit dioecesis Macarensis episcopatus, volens idem dominus episcopus, quod super declaratione et confirmatione ipsius confinii fiat publicum instrumentum omni robore firmitatis roboratum et confirmatum ac etiam declaratum, etiam si expedire videbitur domino arcliiepiscopo, vel suis successoribus, per Romanam curiam, vel iudices delegatos, sicut melius et fortius ac clarius valere poterit, et tenere. Et quia praedictus dominus Valentinus episcopus Macarensis moram sive mansionem in dicto castro Almissiensi facere non poterat iuxta gratiam sibi concessam, . . . est quasi inhabitabile et status difficilis ac taediosus manendi, renunciavit exptesse mansioni' et habitationi ipsius castri, ac omnibus reditibus, dimittens et reliquens ex nunc ipsum castrum et omnes reditus in manus domini archiepiscopi memorati. Sane idem dominus archiepiscopus suus metropolitanus eidem firmo ac fraterno amore compatiens, motus pietate, qua debet, ne ipsum episcopum contingat quaerere de caetero provincias alienas, ac mendicare in opprobrium episcopalis dignitatis, de consensu et voluntate sui capituli ibidem astantis, in provisione monasterium šancti Andreae de Pelago cum omnibus suis iuribus, reditibus et proventibus ubique habitis et habituris eidem domino episcopo Valehtino, usque dum ipse episCopus vixerit, expeditum ab omnibus et per omnia dedit et concessit. Et si nusquam contingeret, quod per sedem apostolicam, vel per quemcumque alium dictus dominus episcopus

esset a dicto monasterio et suis reditibus iuridice expoliatus aut ipsam provisionem possidere, aut gaudere non posset, sed totaliter amitteret, capitulum universum Spalatense voluit atque promisit *et* se obligavit de voluntate et consensu supradicti domini archiepiscopi providere, dare, ac etiam consignare dicto domino episcopo tantum de reditibus, bonis, et proventibus suis propriis, se et sua ex nunc sub obligatione eadem constituendo. Et insuper dominus archiepiscopus memoratus, de gratia pleniori et sublevatione ipsius inopiae, in provisionem dicti domini episcopi primum vacans beneficium simplex eidem domino episcopo voluit concedere, atque durante vita ipsius episcopi possidendum et utendum; ita, ut de reditibus ipsius beneficii idem dominus episcopus faciat omnimodam voluntatem. Et ut praedicta plenam atque perpetuam obtineant roboris firmitatem, dictus dominus episcopus cum iuramento se obligavit, atque promisit non contra facere vel venire in aliquo praedictorum per se vel alium quoquo modo vel ingenio, sub poena excommunicationis -et periurii, sed semper rata, firma et grata habere praedicta et tenere, tamquam suffraganeus verus et fidelis ecclesiae Spalatensis. Quas poenas ex nunc, si contrafaceret, incurrere voluit ipso facto, volens et promittens dictus dominus episcopus sub eisdem poenis, quod dominus patriarcha praedictus iudex delegatus declaret per suam sententiam declaratoriam, praedicta esse ecclesiae Spalatensis nominatim, ut superius est expressum, usque ad confinium supradictum. Insuper praefatus dominus archiepiscopus pro se et omnibus suis suffraganeis curare promittit eundem dominum episcopum omni auxilio atque consilio, et tractare per omnem viam et modum iuxta posse ad recuperandum episcopatum Macarensem praedictum, revocans et annulans ex nunc omnes suos processus •et sententias per ipsum et suam synodum factos, vel factos contra ipsum dominum episcopum occasione quaestionis praedictae, ne aliquo quaesito colore directe, vel indirecte possit de caetero molestare, petere vel inquietare de quibuscumque damnis factis, seu expensis ipsi domino archiepiscopo et suae ecclesiae, vel suis, sed omnia damna et expensas sibi dictus dominus archiepiscopus remittit liberaliter et relaxat. Volentes praedictae partes, videlicet praedicti dominus archiepiscopus et episcopus, quod de praedictis fiant duo publica instrumenta, unum videlicet pro qualibet parte, sigillata sigillis pendentibus ipsorum et etiam capituli ecclesiae Spalatensis et communitatis eiusdem. Actum et firmatum fuit hoc Spaleti m sala maiori archiepiscopatus civitatis eiusdem, in praesentia egregii viri domini Joannis Contareni honorandi comitis Spaleti, et ser Gregorio Petri Petrarchae, Duimo Avancii et Francisco Damiani civibus Spalatensibus, et domino Laurentio Sylvestri canonico Traguriensi, Lau-

rentio Stricich de Sebenico, et aliis testibus ibidem astantibus ad haec vocatis et rogatis, etc.

Farlati Illyr. sacr. III. 322.—323.

271.

1347, 19. **marta.** U Veneciji.

Ivan opat samostana sv. KrSevana u Zadru očituje, da je firimio od Lovre Barixana 100 dukata.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo trecentessimo quadragessimo septimo, mensis marcii die decimo nono intrante, indicione quinta decima, Riuoalti. Per uirtutem et potestatem [ali]cuius procuratorie carte complete et roborate facte Jadre manu Jacobi Bonacursii de Forliuio imperiali auctoritate notarii in millesimo trecentessimo quadragessimo sexto, indicione quarta decima. Tempore sanctissimi patris et domini domini nostri Clementis pape sexti anno quarto sui pontificatus, die vigessimo secundo mensis septembris et infra; in qua magister Andreas vicarius reuerendi uiri domini Johannis dei et apostolice sedis gracia abbati(!) sancti Grisogonj de Jadra vna cum omnibus monacis, capitulo et conuentu dicti monasterii sancti Grisogonis(l) de Jadra fecerunt et constituerunt suprascriptum dominum Johannem abbatem suum et dicti monasterii capituli et conuentus procuratorem et sindicum generalem et infra debitum tociens, quociens uoluerit pro predictis monasterio, capitulo et conuentu facere et contrahere et quascumque obligaciones reales et personales facere et contrahere etc, ut in ea legitur; idcirco cum ego suprascriptus frater Johannes dei et apostolice sedis gracia abbas et procurator dicti monasterii sancti Grissogoni de Jadra receperim a vobis nobili uiro domino Laurencio Barixano de confraternitate sancte Marie noue pro bono et euidenti utillitate dicti monasterii, capituli et conuentus sancti Grisogonis ducatos centum auri boni et iusti ponderis, quos michi dedistis et prestitistis nomine quo supra causa amoris et dileccionis in utilitatibus dicti monasterii, capituli et conuentus peragendis. Volens uos exinde securum reddere uirtute antedicte procuratorie carte, hanc manifestam cartam vobis duxi taliter faciendam. . . . . manifestum facio ego suprascriptus frater Johannes dei et apostolice sedis gracia abbas dicti monasterii [sancti] Grissogonis de Jadra, quia recepi cum meis successoribus a vobis nobili uiro domino suprascripto Laurencio Barixano

de dicto (!) confraternitate sancte Marie noue et uestris heredibus ducatos centum [auri boni] et iusti ponderis, quos michi dedistis et prestitistis causa amoris et dileccionis in utillitate dicti monasterii, capituli et conuentus peragenda apud me tenendum a modo usque ad unum annum proximum secuturum. . . . p. . . . . tem. . . . . . . uobis. . . . . dare et deliberare. . . . . per me uel per meum missum uobis uel uestro misso hic in Riuoalto. . . . . saluum in terra omni peričulo et occaxione remota aut interpositis capitulis. Hec autem omnia que suprascripta sunt, si non obseruauero, tunc emendare debeam cum meis successoribus vobis et vestris heredibus omnia uestra suprascripta in duplum de terris et casis dicti monasterii, capituli et conuentus et de omnibus que dictum monasterium, capitulum et conuentus uisus habere fuerit in hoc seculo, et exinde in antea ipsum capitale et duplum prode laborent de quinque sex per annum. Signum suprascripti domini Johannis abattis(!) sancti Grisogoni, qui nomine dicte procuratorie hoc rogauit fieri.

(Signum not.).

MIIICXLVIIII^{0}, di X di luio, indicion segonda, hio Marcho Barixano son contento de questa charta cheiia sia chanzeiiada[1] in prezo chio cumfexo auer rezeuudo in promixion da ser Piero Ziaura ducati LX e deli LX o vna soa. . . . . . de miser Labaldo dito de Soura in la charta pro. . . . . la qual carta non fo conplida cum suscricion di testimoni ni de noder pro caxion della mortellita de. . . . . . mel mentre voio chella briuiadura sia chanzellada.

Original na pergam. u gtibern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana Kaps. XXIII. no. 613.
Listina je oštećena i nedovršena.

272.

1347, 21. marta. U Avignonu.

Klement VI papa dofiušta franjevcima vikarije bosanske, da prime dva mjesta za gradnju samostana, jedno u Stonu, a drugo u Djakovu.

[Clemens papa VI. etc.l. Dilectis filiis vicario dilecti filii generalis ministri et fratribus ordinis Minorum in partibus Bosnensibus constkutis.

Ex dono caelestis gratiae illud ordini vestro vobis inesse conspici-

[1] Slijedi precrtano: de.

mus, quod ubique locorum, in quibus degitis, fideles populos doctrina verbi pariter et exempli ad salutis gratiam evocatis. Est igitur et esse debet nobis et apostolicae sedi cura sollicita, loca vestra per orbem terrarum longe lateque diffundere, ut, quando lcca ipsa diffusius JЗГО-pagamus, tanto amplius, prout in gratiarum omnium iargitore confidimus. maiorem iructum operum vestrorum ad aedificationem Christi fidelium sentiamus. Nos igitur, qui cupimus animas lucrifacere et divinum cultum, quantum cum deo possumus, adaugere, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, recipiendi duo loca, unum videlicet in civitate seu punta Stagnensi et alium in Diaco Quinqueecclesiensis dioecesis et in utroque ipsorum locorum iuxta morem dicti ordinis aedificandi et construendi domos, claustrum et ecclesiam vel capellam seu oratorium cum aliis necessariis officinis et in eis morandi nec non habendi coemeterium iuxta morem dicti ordinis, dummodo in quolibet dictorum locorum duodecim fratres dicti ordinis inibi pro tempore moraturi decenter et congrue valeant sustentari, sine tamen praeiudicio parochialium ecclesiarum dictorum locorum et cuiuslibet alterius alieni, constitutione felicis recordationis Bonifatii papae VIII. praedecessoris nostri nequaquam obstante, vobis auctoritate apostolica plenam et liberam tenore praesentium licentiam elargimur. Nulli ergo etc. Datum Avinione, XII kalendas aprilis, anno quinto.

Eubel Bullarium Franciscanum T. VI. pag. 194 i d. no. 407. •

273.

1347. 9. aprila. D Avignonu.

Kardinal Imbert odgadja samostanu sv. Kuzme i Damijana u Rogovu rok za plaćanje „servicija" z,boru kardinalsko?nu.

Nos Imbertus basilice XII apostolorum presbiter cardinalis sacri collegii reuerendorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalis camerarius tenore presencium notum facimus vniuersis, quod intellecta mole grauaminum pro parte venerabilis et religiosi viri domini fratris Michaelis abbatis monasterii sanctorum Cosme et Damiani ordinis sancti Benedicti dioecesis Jadrensis hodie in consistorio coram domino nostro papa extitit exposita, que eundem abbatem ad soluendum suum comune seruicium nec non seruicia familie consueta reddebant et ad huc reddunt uerissimiliter impotentem, ad que soluenda dudum sub certis penis, sentenciis de termino iam elapso se sponte et libere obligauit, de speciali licentia et expresso mandato eiusdem domini nostri pape ad soluendum medietatem predictorum in proximo festo natiuitatis domini et aliam medietatem in alio festo natiuitatis domini exinde secuturo terminos sibi duximus prorogandos; ita tamen, quod si de predictis non satisfecerit in terminis sibi assignatis, penis et sentenciis quibus tenebatur antea sit astrictus. Insuper ipsum . . . abbatem a suspenssionis (i) excomunicationis et interdicti sentenciis ac reatu periurii et aliis penis, quod et quas incurrit propter solutionem predicti per eum promissi seruicii non factam in termino sibi assignato, auctoritate qua fungimur duximus absoluendum secum(!) super irrregularitate, si quam contraxit interea se immiscendo diuinis uel alias non tamen in contemptum clauium sit astrictus, de speciali comissione eiusdem domini nostri pape misericorditer dispensantes. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Auinione, die IX. mensis aprilis, anno domini MCCCXLVIP, indictione XV., pontificatus sanctissimi patrjs et domini nostri domini Qementis diuina prouidentia pape sexti, anno quinto.

Original u gttberniial. arkivti u Zadru, odio samostana rogovskoo' no. 61.

Uzica i pečat su otpaii.

274.

1347, 15. aprila.

Nikola ban daje gradjantma zegrebačkim jedan frostor na brdu Aledvednici, da otvore kopanie soli.

Nos Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod cum per assignacionem quorumdam nobis relatum et datum intelligi extitisset, quod in monte Meduednica vocata, [sita] supra civitatem Grechensem, minera sive fodina salium posset reperiri et aperiri;. tafndem] ad instanciam et peticionem civium -et hospitum dicte civitatis annuimus, ut ubicumque predicti cives occupabunt et aperiunt fodinas salium, unam aream in dicto monte ad aperiendas fodinas salium ipsis civibus et hospitibus pro ipsorum usu et utilitate auctoritate regia in perpetuum dedimus, donavimus et contulimus ad ipsorum libitum utilitatis, salvo iure regali, prout alias in fegno Hungarie infra terminos regales est consvetudo de fodinis salium ad cameram domini regis dari et administrari. In cuius rei memoriam pre-

sentes sigillo nostro duximus roboratas. Datum in quindeni s festi pasce domini, anno eiusdem MCCCXL septimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu; pečat na ledjima otpao.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 1S7.

275.

1347, 24. aprila.

Pred meštrom Markom sinom Pavlovim daje Valentin gradjanm koprivnički neku svoju zemlju Subotište u zamj'enu.

Nos magister Emericus filius Pauli de Zalastig tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis personaliter coram nobis ab vna parte Valentino filio Henclini[1] Nigri ciue de Kaproncha ab altera vero comite Dyonisio filio Emerici nobili(!) de Chanow, idem Valentinus dixit et confessus est mediam vineam suam, que condam fuit Fyles proximi sui, ipsum solum in porcione contingentem in possessione nostra Zombothel existentem, cuius vinee aliam medietatem Nicolaus filius Iwan dicti Korossech habet et possidet, pro vinea supradicti Dyonisii sita iuxta vineam Nicolai filii Petri de Chanow ipsi Dyonisio dedit et contulit in concambium sibi et per eum suis heredibus iure perpetuo possidendam. Assumpsit eciam idem Valentinus ipsum Dyonisium ab omnibus in processu temporis racione ipsius medie vinee inpedire vel inpetere volentibus expedire propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in festo beati Georgii martiris, anno domini MmoCCCmoXLmo septimo.

Original na pergam. u knjižnici narod. tuuzeja z< Budimpešti (pridošao ovamo %. J897.J.
Na hrptu.vldi se trag pritisnuta malena okrugla pečata.

[1] Hentlim?

276.

1347, 3. maja. U Zadra.

Alexandar Ugolinov de Stella i Qanin de Piloso zamjenjuju medjusobno svoje zemlje na otoku Pasmanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione quintadecima, die tercio mensis madii, Jadre. Tempore illustris domini nostri domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris. archiepiscopi Jadrensis, ac domini Marci Justiniani honorabilis comitis et capitanei ciuitatis Jadre. Magister Alexander condam Vgolini de Stella, notarius Jadrensis, dedit et permutauit Qanino Cerni de Piloso, ciui Jadre, duos gognaios terre, super qua sunt uites ad terraticum Bogdani, positos in insula Posthumani, in loco uocato Draga, iure pastinatorio semper sit saluo, et eorundem hos dixit esse confines: De austro, quirina et trauersa terratici Francisci de Bogde et de borea terra Marini de Fumato; vt ipsos duos gognaios terre cum omnibus suis iuribus et pertinenciis dictus (Janinus et eius heredes et successores habeat, teneat et possideat et ex eis quicquid uoluerit faciat sicut de re permutata, et hoc ideo, quia e conuerso dictus Caninus dedit, tradidit et permutauit prefato magistro Alexandro eodem modo in cambium duos gognaios terre partim pastinate de uinea ad proprium> positos in dicta insula ad Posthumanum supra salinas Marini de Fumato, et eorundem hos dixit esse confines: De borea possident heredes Martinusii de Butouano, de trauersa partim saline dicti Marini et partim terra Stepriani Johannis Qualis, et partim mare, de austro posident heredes dicti Martinus'i et de quirina uia publica, vt ipsos duos gognaios terre partim paštinate, ut supradictum est, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis dictus magister Alexandef et eius heredes et successores habeat, teneat et possideat et ex eis quicquid uoluerit faciat sicut de re permutata. Quod si res alterius supradictorum contrahentium minus quantitate conuenta esse reperiretur, tenetur adimplere quantitatem conuentam uel soluere ualorem pro rata ad rationem octo librarum denariorum paruorum, pro quolibet gognaio totius eius quod minus esse reperiretur. Qui contrahentes, scilicet magister Alexander ex una parte et (^aninus ex altera, vnaqueque pars alterius partis nomine rem a se permutatam constituit possidere et donec uniuscuiusque rerum a se permutatarum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps altera alteri ad inuicem licenciam omnimodam dedit

promittentes scilicet dictus magister Alexander ex una parte et dictus (Janinus ex altera, scilicet unaqueque pars alteri ad inuicem litem uel molestiam aut controuersiam de rebus a se permutatis ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed unaqueque pars alteri ad inuicem rem a se permutatam legittime defendere et excalumpciare in ratione. Et predictam permutationem et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium seu alios aliqua ratione uel causa, de iure uel de fact o sub pena quarti ualoris rei permutate inter eos ad inuicem stipulatione facta, et ea soluta uel non, contractus nichilominus in sua perduret firmitate; item reficere et restituere una pars alteri ad inuicem sumptus et interesse litis et extra, pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit una pars alteri ad inuicem omnia sua bona presentia et fuctura(l). Et de predictis uoluerunt dicti contrahentes duo fieri consimilia instrumenta, unum instrumentum uidelicet unicuique ipsorum tradendo. Actum est hoc et firmatum presentibus Rubino becario condam Andree, Jadrensi, et Bonauentura Recopri, habitatore jadre testibus ad hoc uocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Beneintendi cancellarius Jadre examinaui et de mandato curie me subscripsi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Origmal u gubern. arkivu ti Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 201.

277.

1347, 18. maja. U Zadru.

Krešo Nikolin prodaje Nikoli de Carbono jednu svoju ogradu u Mećanima na Velikom otoku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione quintadecima, die decinrio octauo mensis maii, Jadre. Tempore illustrissimi domini nostri domini Andree Dandulo dei gratia incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi,

et magnifici viri domini Thome Viatro honorabilis comitis et capitanei ciuitatis Jadre. Cresius filius condam Nicolai de loco dicto Megane insule Magne, vendidit, dedit et tradidit Nicolao condam Cerni de Carbono, ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribus ementi et recipienti vnam suam ograddam terre pro certa parte vineatam et pro certa parte non vineatam, positam in loco dicto Mecane insule Magne. Quam conuenit de circa duos gognaios hoc acto, quod si plus est, cedat in presentem vendicionem absque precii addicione. Et eidem dixit hos esse fines: De quirina est vinea supradicti emptoris, quam emit a Stasia, filia condam Chranotti de dicto loco, de austro, borea et trauersa sunt macerie dicte rei uendite; saluo semper iure e[m]phiteotice condictionis et annue pensionis partis fructuum eiusdem rei uendite debente monasterio sancti Nicolai de Jadra, pro precio librarum vndecim et dimidie denariorum venetorum paruorum. Quod precium dictus uenditor confessus fuit se ab ipso emptore habuisse. Quare idem uenditor constituit se dictam rem uenditam nomine dicti emptoris possidere, donec ipsius possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem omnimodam licentiam dedit, promictens stipulatione solemni ipsam ograddam cum omnibus suis pertinenciis excalumpniare et defendere in ratione dicto Nicolao ab omni persona atque collegio, et predictam vendicionem et omnia et singula in hoc contractu contenta rata habere et non contrauenire de iure uel de facto sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra quotiens fuerit contrafactum, et omnium suorum bonorum obligatione, et pena soluta uel non, nichilominus dictam ograddam cum suis pertinenciis excalumpniare secundum formam statuti Jadre de emctoribus(I), capitulo: Quicumque uendiderit, et omnia et singula supradicta facere teneatur. Acta sunt hec et firmata in dicta ciuitate Jadre in statione mei infrascripti notarii, coram Johanne condam Dragoy et Vito filio condam Radoslaui de dicta insula, testibus rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas de Senia notarius comunis et curie Jadre, de mandato curie predicte examinaui et me subscripsi.

*(Signum **not.)"***

Ego Alexander condam Vgolini de Stella, imperiali auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original -u gubemijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 202.

278.

1347, 18. maja. *U* Zadru.

Vid Radoslavov prodaje Nikoli de Carbono svo/ vinograd u Mečanima na Velikom otoku.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione quintadecima, die decimo octauo mensis maii, Jadre. Tempore illustrissimi domini nostri domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, et magnifici viri domini Thome Viatro honorabilis comitis et capitanei ciuitatis Jadre. Vitus condam Radoslaui habitator loci dicti Mecane insule Magne, vendidit, dedit et tradidit Nicolao condam Cerni de Carbono, ciui Jadre, pro se et suis heredibus et successoribus ementi vnam suam vineam, positam in dicta insula Magna in loco dicto Mecane, super terra monasterii sancti Nicolai de Jadra, quam conuenit de circa duos gognaios, et eiusdem dixit hos esse fines: De trauersa possidet Cosmas Plachichinich, de austro Marinus condam Johannis, de borea Martinus Gregouich et de quirina vinea monasterii supradicti, que fuit olim Marini Molnaseuich, pro precio librarum decem denariorum venetorum paruorum, quod precium dictus venditor confessus fuit se a dicto emptore habuisse, saluo semper iure emphiteotice condicionis et annue pensionis partis fructuum eiusdem vinee debende monasterio antedicto secundum formam instrumenti exinde confecti, ad quod monasterium pertinet proprietas et dominium dicte rei uendite. Quare dictus uenditor constituit se dictam vineam dicti emptoris nomine possidere, donec ipsius possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem omnimodam licentiam dedit, promictens stipulatione solemni dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti ipsam rem uenditam cum omnibus suis pertinenciis excalumpniare et defehdere in ratione dicto Nicolao ab omni persona et collegio, et predictam vendicionem et omnia et singula in hoc contractu contenta rata habere perpetuo et non contrauenire de iure uel de facto, sub pena quarti dicli precii et omnium expensarum litis et extra quotiens fuerit contrafactum, et omnium suorum bonorum obligatione, et pena soluta uel non, nichilominus dictam rem uenditam cum omnibus suis pertinenciis excalumpniare secundum formam statuti Jadre de emctoribus(f), capitulo: Ouicufnque uendiderit, et omnia et singula suprascripta facere teneatur. Acta sunt hec et firmata in dicta ciuitate Jadra in statione mei infrascripti notarii, coram Johanne condam Dragoy habitatore Jadre, et Cresio condam Nicolai de dicto loco Mecane insule Magne, testibus rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas de Senia notarius comunis et curie Jadre, de mandato curie predicte examinaui et me subscripsi.

(Signum not.)

Ego Alexander condam Vgolini de Stella, imperiaii auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u gubernijal. arkivti u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 203,

279.

1347, 18. maja. U Zadru.

Stasija Hranotina prodaje Nikoh de Carbono jednu svoju ogradu u Mečanima na Velikom otoku.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione quintadecima, die decimo octauo mensis maii, Jadre. Tempore iilustrissimi domini nostri domini Andree Dandulo dei gratia incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici viri domini Thome Viatro honorabilis comitis et capitanei ciuitatis Jadre. Stasia filia condam Chranotti de loco dicto Mecane insule Magne de licentia supradicti domini comitis et capitanei sueque curie vendidit, dedit et tradidit Nicolao condam Cerni de Carbono, pro se et suis heredibus et successoribus ementi, quandam suam ograddam terre partim vineatam et partim non vineatam, positam in dicto vocabulo Mecane. Quam conuenit de circa vnum gognaium; hoc inter eos acto, quod si est plus, etiam illud plus cedat in presentem vendicionem absque precii addicione, et eiusdem dixit hos esse fines: De trauersa possidet Cresius filius condam Nicolai de dicto loco, et de quirina, austro et borea sunt macerie dicte rei vendite, saluo semper iure emphiteotice condictionis et pensionis annue partis fructuum eiusdem rei uendite debende monasterio sancti Nicolai de Jadra, ad quod pertinet proprietas et dominium dicte rei uendite secundum formam instrumentorum exinde factorum, pro precio librarum quinque et soldorum ,qqindecim denariorum venetorum paruorum, quod precium dicta vendjtrix fuit confessa se a dicto emptore habuisse. Quare eadem venditrix ,con-

stituit se dictam rem uenditam nomine dicti emptoris possidere. donec ipsius possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem omnimodam licentiam dedit, promictens stipulatione solemni ipsam rem uenditam cum omnibus pertinenciis suis excalumpniare et defendere in ratione dicto Nicolao ab omni persona atque collegio, et predictam vendicionem et omnia et singula in hoc contractu contenta rata habere perpetuo et non contrauenire de iure uel de facto, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra quociens fuerit contrafactum, et omnium suorum bonorum obligatione, et pena predicta soluta uel non, nichilominus dictam rem uenditam excaiumpniare secundum formam statuti Jadre de emctoribus(f), capitulo: Quicumque uendiderit, et omnia et singula supradicta facere teneatur. Acta sunt hec et firmata in dicta ciuitate Jadre in statione mei infrascripti notarii, coram Johanne condam Dragoy et Cresio filio condam Nicolai supradicto de dicta insula, testibus rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas de Senia notarius comunis et curie Jadre, de mandato curie examinaui et me subscripsi.

(Signum not.)

Ego Aiexander condam Vgolini de Stella, imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original na perg. u gtibernijai. arkivu гc Zadru odio samostana sv. Nikole br. 204.

280.

1347, 19. maja. U Srijemu.

Pred kaptolom sv. Irineja ustanovljuju se prava i posjedi u Mitrovici.

Nos capitulum ecclesie sancti Irininey(I) martiris memorie commendantes significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod comes Beke filius Ladislay civis de Wylak et domina Elena filia eiusdem, relicta videlicet Benedicti filii quondam comitis Georgii civis de sancto Demetrio ex domina Bagy nunc consorte comitis Mathye procreati, suo et Elyzabeth filie sue nomine et vice ab una parte, ex altera vero prenotaius comes Mathyas filius Cosme de eodem sancto Demetrio, domina Bagy coniux sua et Demetrius filius eiusdem, iudex scilicet de eodem sancto Demetrio ad nostram personaliter accedentes presenciam propositum extitit per eosdem uniformiter et relatum ministerio vive

vocis, quod ipsi conposicione et ordinacione proborum virorum amicabili interveniente propter nexum et amorem proximitatis super porcionibus prenotate dornine Elene relicte ipsius Benedicti et filie sue ab eodem Benedicto procreate, in omnibus possessionibus et rebus ipsius Benedicti infra nominatis, iure ipsis provenientibus in talem pacis et concordie devenissent unipnem et devenerunt coram nobis, quod ipsa domina Elena relicta prenotati Benedicti, porcipnes suas et filie sue prenotate in pallacio et balneo in civitate sancti Demetrii situatis; item in equacia in vineis et in aliis omnibus bonis et rebus ipsius Benedicti filii Georgii mobilibus et immobilibus, iure ipsis provenientes et ad ipsarum porcionem cedentes et devolutas eisdem comiti Mathye, domine Bagy consorti sue et Demetrio iudici, filio suo pro septuaginta marcis computi Syrmiensis et duobus equis, vno videlicet zurdun coloris, quatrienno et uno poledro bienno, plene per ipsam, ut asseruit, ab eisdem habitis et receptis, omni evulso et extirpato obstacuio contradiccionis remisisset, resignasset et relaxasset, ac remisit, resignavit et relaxavit coram nobis in filios filiorum ipsorum et heredum per heredes possidendas, tenendas et pariter ac irrevocabiliter habendas, nullo penitus contradictore apparente et existente. Renunciando omni iuri et dominio quod in eisdem possessionibus, bonis et rebus prememorati Benedicti usque ad diem datarum presencium habuissent, sed in iurisdiccionem et proprietatem ipsorum comitis Mathye, domine Bagy consortis sue et Demetrii filii sui ac ipsorum posteritatum transferendo, appfopriando et applicando pleno iure. Tali vinculo obligaminis pena mediante, quod si prenotata domina Elena relicta prememorati Benedicti et Elyzabet filia sua, aut aliqui heredum, proximorum et posteritatum ipsarum, cuiuscunque temporis in processu, super prememoratis porcionibus ipsarum modo, ut supra relaxatis et resignatis, qualitercunque, quomodocunque quesito colore et in quocunque loco, aut coram quavis persona, eosdem comitem Mathyam, dominam Bagy conuigem suam et Demetrium filium suum, aut ipsorum successores et posteritates inquietare, molestare et inpedire vellent, aut pretextu earundem litem incitando inpetere attemptarent, extunc in acquisicione acquisitarum causarum pena sopitam causam et penitiis sedatam innovare et incitare volentis convincerentur eo facto, ad que omnia premissa et singula premissorum eadem domina Elena se, Ely^abet filiam suam et suos posteritates, sponte et ultronea coram nobis obligavit uoluntate. Datum in vigilia festi penthecostes> anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Original u arkivu obitelji baruna Revay-a. Na papiru; trag pečahi na naledju.

Cod. dipl. patrius. VII. p. 400. no 375. Priopćio bnre Nagy.

281.

1347, 11. juna. U Budimu.

Ljudeilit kralj ngarski i hrvatski dozvoljuj'e suglasno sa iupanij-skom skupštinom vukovske županije, da Lovro i Stjepan na svojim posjedima na potoku Vuki mogu graditi mlinove.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod Laurencius filius Laurencii filii Phile et Stephanus filius Petri filii eiusdem Phile exhibuerunt nobis literas . . capituli ecclesie Bachiensis et vicecomitis ac iudicum nobilium de comitatu de Wolkou inquisicionales, in quibus vidimus contineri, ut dum ipsi in propriis possessionibus eorum in fluvio Wolcouize molendina edificare voluissent, et de hoc certi non fuissent, utrum ipsos aliqui comprovinciales eorumdem ab edificacione dictorum molendinorum prohiberent nec ne, tandem ipsi sub testimonio dicti capituli Simonem filium Stephani de sancto Salvatore hominem nostrum ad premissa exequenda transduxissent, et feria quinta proxima ante festum sancti Martini confessoris anno proxime preterito in congregacione generali, quam comes et iudices nobilium de eodem comitatu de Wolkou in villa Wolkowar universis nobilibus et aliis quibuslibet hominibus in eodem comitatu existentibus celebrarunt, tam idem homo noster, quam predicti vicecomes et iudices nobilium in eadem congregacione publice interrogassent, si aliqui ipsis Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri in edificacione ipsorum molendinorum contradicerent et ab edificacione eorumdem molendinorum prohiberent nec ne, penitus nulli contradictores fuissent, et nullus ab edificacione ipsorum molendinorum eos prohibuisset, imo ad tocius ipsius comitatus utilitatem ipsa molendina per ipsos Laurencium et Stephanum edificanda fore asseruissent, et quia hoc modo de ipsis molendims exstitimus informati, ut nemini edificacio ipsorum molendinorum preiudicium generaret, ideo annuimus et commisimus, ut iidem Laurencius filius Laurencii et Stephanus filius Petri in propriis ipsorum possessionibus in eodem fluvio Wolkouuize molendina edificare et edificari facere liberam haberent facultatem. Quapropter vobis universis nobilibus et possessionatis hominibus ac aliis quibusiibet populis in vicinitate possessionum eorumdem Laurencii et Stephani existentibus precipimus . . quatenus sicut in predicta congregacione vosmet ipsi affirmastis et admisistis, ut ipsi Laurencius et Stephanus molendina edificare in propriis possessionibus ipsorum liberam haberent facultatem, eodem modo nunc ipsos nullus vestrum ab edificacione eorumdem molendinorum prohibere audeat vel

presummat quoquomodo, sed in quibusiibet locis, ubiin propriis ipsorum possessionibus in eodem fluvio Wolkouize molendina edificare voluerint, liberam super hoc ipsis permittatis voluntatem. Datum Bude, in festo sancti Barnabe apostoli, anno domini M°CCC°XL° septimo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. •3913. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 560. no. 31.

Ima i izvorna potvrdnica istoga kralja od god. 1358. 17. juna na pergameni u istom arkivu M. 0 D. L. no. 33.595. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 150S. no. 51.

Na°y Cod. dipl. Andeg. V., no. 90^-92.

282.

347, 14. juna. U Sopotnici.

Car Stjepan Duian potvrdjuje knezu dubrovačkomu Filipu Orifu da ga je namirio Orso Criević ш trgove držane u njegovoj' drtavi.

. . . . per Viadoe Coprenich de Draceuica pro parte domini imperatoris Rascie, reducta in latinum per Jacobum de Crosio, scribanum communis sclauonescum cuius quidem apouillie et Iictere(!) copia per omnia talis est. Et primo licterarum :

Scriue lo imperio al nobel homo misser Phylippo Horio, conte de Ragusa et iudici et consillieri. Vojsaue, como fo seruidori dello inperio Orso de Cereua collo so fio et colli soi fradelli in ogni facto dello imperio in facto de mercadi et in ogni altri bisogni. Et in tucto lo imperio H trouo essere justi et innocenti, cioe in facti dei mercati dell imperio et in altri fatti essere justi. Et di cio Γ imperio loro fa gracia et franca li perche li trouo essere justi in ogni cosa et i[n] neguna cosa li trouo auere macula cum prensione, Et pero scriuo secondd li uostri ordini, accio che anco uoi sappie, chelli sono innocenti, et pero li franca e libera l'imperio e uoi che abie di cio fede. Et pero mandaj questa pouillia e lectere per lo mio homo, secondo uestra usanca, et che maormente (?) li sia data plenariamente credenca e fede et altro non sia.

Scriue Γ imperio accio, che sappia ciascheduno, como mi serui Orso de Cerua con so fillio e con soi fradelli et in ogni seruigio et in ogni bisognio dello imperio elli mercadi et in ogni cosa,.che plasecte al imperio. Et pero vedendo Ioro atenti et pronti seruigi in ognio placere et

commandamento dell' imperio, coe de parte de Orso.de so filliolo et delli soi fradellj in tucti fuoro giusti, drecti et mondi, si in facti di mercadi, como in altri facti e seruigi et in ogni facto, che dire se podesse, trouassi essere giusti. Et pero vedendo l'imperio loro seruigi dacti et di pleno cuore e pJaceuille al imperio sanca lamo (?) scropolo o mormoratione, ma de drecta pede et di sincera volontade vollio, che niguno li possa ocasionare, ni fare calumpnia, no dimanda ni amare bocta(!) soura Orso e so fradelli et so fillio, per ch'elli trouo l'imperio justi, mundi et inmaculati et inreprensibili. Et pero l'imperio li franca et absolue in tucto, perche in tucto si trouaron justi et dretti in mercati, in seruigi et in debiti et in altri facti infin al di presente. Et questo fo fermado, roborato e scripto per ogni sua facultade et francheca a cio, che non sia calumpnia. Questa scriptura e pouillia per alcunj fo scripta in Sopotnica al collegio[1] a di XIIII. di cugno, MCCCXLVII.

Litera autem sclauonesca hic aposita est[2], apouillia autem remansit in manibus et potestate dicti Vrsi.

Početak je oštecen od vlage.
Diversa cancellariae knjiga 1347.—1348. u dubrovačkom arkvu.
Jfireček Spom. srp. br. 9. 20.—37.

283.

1347, 23. juna. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački daje Pavlinima remetskim neke zemlje, ali sebi pridriaje desetinu i patronat.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie universis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Excellentissimi principes clare memorie reges Hungarie et alii Christi fideles ideo nos et nostram ecclesiam diversis libertatibus et redditibus et possessionibus dotaverunt, ut racione horum specialius semper et pro eorum salute reddamur obligati et astricti Christi graciam inplorare. Cupientes igitur pro tantis beneficiis in reconpensacione condigna occurrere, deliberaviffius eosdem multiplicatis intercessoribus adiuvare, faciendo participes viros religiosos, deo devotos, in possessionibus et bonis nostre ecclesie et nobis collatis, ut est dictum, qui una nobiscum se obligatos senciant in suis oracionibus et aliis meritoriis operibus pro eisdem et pro nobis.

[1] Collegio ne može ovdje znaciti drugo nego сtбopт.
[2] Nije se sačuvala.

Hinc est, quod nos perpendentes indigenciam fratrum sancti Pauli primi heremite de heremo ordinis sancti Augustini in ecclesia beate virginis, in nqstro districtu Zagrabiensi militancium, quasdam terras cum vineis, nemoribus, silvis et aliis utilitatibus universis ad nos et nostram ecclesiam actenus(!) pertinentes, adiacentes circumquaque ecclesie beate virginis supradicte, metis infrascriptis inclusas, ad usum prioris et fratrum predictorum ob reverenciam dei et eiusdem matris virginis gloriose ac tocius celestis curie concedimus, conferimus et donamus de gracia speciali tenendas et perpetuo possidendas, salvis decimis nobis debitis de eisdem preter illas, quas predicti fratres excolerent suis propriis laboribus et expensis, iuxta continenciam concilii generalis. Hoc salvo et expresso, quod iidem fratres nds. perpetuis temporibus sicutactenus habebunt et recognoscent veros patronos šuos et tamquam fundatores eiusdem ecclesie et nobis nedum in oracionibus vel aliis meritoriis operibus, sed eciam in aliis licitis et honestis asistent toto pro posse, litterasque nostras emanatas šuper vineis infra metas infrasćriptas ihclusis pro quibuslibet possessoribus earurhdem vinearum firmas et ratas habebunt, salvis utilitatibus condignis de eisdem vineis, quas pro se iidem fratres habebunt annuatim percipere, prout fuerit racionis ita, quod si aliquis prior eiusdem ecclesie pro tempore constitutus aggravare indebite et iniuste aliquem de eisdem possessoribus vinearum forsitan, quod absit, voluerit, hoc iuxta nostrum arbitrium, iure communi suffragante, semper tenebitur emendare. Mete autem terrarum predictarum per nos donatarum, quas ex nostra commissione honorabiles et discreti viri domini Nicolaus de Kamarcha, Johannes de Guerehe, Anthonius de Vrbouch archidiaconi et Johannes custos ac magistri Georgius et Bartholomeus, nostri concanonici, distinxerant et de novo posuerant, prout iidem nobis eas in scriptis reportarunt, hoc ordine protenduntur: Prima incipit in quadam valle a septemtrione et procedit in parvo spacio et transit viarri pupplicam(l) ad silvam gay vocatam, ipsorum Heremitarum, versus meridiem et circa eandem silvam procedit iterum versus meridiem in bono spacio et venit ad arborem cerasi cruce signatam, meta terrea circumfušam in angulo cuiusdam vinee constitutam, abhinc reflectitur versus occidentem et transit vallem et venit ad arborem harazt cruce signatam et meta terrea circumfusam, abhinc procedit iterum versus occidentem directe et venit ad viam publicam, que procedit de ecclesia predicta fratrum versus Zagrabiam, per quam viam cadit in vallem, per quam vallem consvevit pluvialis aqua decurrere, abhinc reflectitur directe versus septemptriohem per dorsum cuiusdam montis inter duas vaks Globoki dol et tendit supfa per ipsum dorsum montis versus septemtrionem directe et venit ad arbofem cerasi cruće signa-

tam, abhinc per quasdam vineas procedit versus montes et venit ad quendam monticulum eminentem, ubi est vinea Iwanko Popouich vocata, in cuius medio sunt quedam parve arbores harazt, quam vineam ad metas eorumdem fratrum includit, abhinc in modico spacio versus septemtrionem cadit in pubiicam viam, que ab ecclesia dictorum fratrum procedit versus Grachan, ibique terminatur. Ita quod terre cum vineis versus montes ad ipsos Heremitas pertinebunt in quantum se eorum mete extendunt. In testimonium autem omnium premissorum et firmitatem circa nostrum sigillum, religiosus vir frater Nicolaus prior provincialis per Hungariam et Sclauoniam de consensu frat-rum suorum tunc presencium pie et humiliter predicta omnia recipiens, sigillum commutatis eorumdem fratrum fecet appendi. Datum in vigilia nativitatis beati Johannis baptiste, anno domini MCCCXLVII.

Lib. stat. capit. Zagrab. part. IV. cap. XXII.
Fe'jer Cod. dipl. Ilung. IX. 6, 29—30.
Tkaičić Mon. episcop. Zagr. I. 140.—142.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 187—189.

284.

1347, 28. **juna. U Čazmi.**

Kaptol ćazmanski uredjuje medje posjeda Benka Svilanova, Ivana i drugog Ivana, glede kojih bijaše pravda pred iupanom križevačkim.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Bene* dictus [et Bekej filii Zuilan a parte vna, item Johannes filius Petri dictus Thot cum sufficientibu s litteris procuratoriis venerabilis capituli ecclesie Zagrabiensis tam pro se, quam pro eodem patre suo et Johanne filio Stephani patr[uele eiusdemj parte ex altera ad nostram personaliter accedentes presenciam per litteras nobiiis viri magistri Jacobi comitis Crisiensis et castellani de maiori Kemluk a nobis cum instancia postularunt, ut ad uidendas distincciones a[c separaciones] metarum possessionariarum porcionum eorundem, pro quibus inter ipsos lis et questio in presencia iamdicti comitis Crisiensis diucius mota et exorta extitisset iuxta hominem eiusdem comitis Crisiensis, videlicet Nicolaum filium U[rbani vnum] ex nobis virum idoneum pro testimonio ad eosdem destinare curaremus, quorum peticionibus iustis et condignis annuentes, magistrum Johannem socium et concanonicum nostrum ad pre-

missa videnda duximus transmittendum, qui quidem socius noster -et homo comitis Crisiensis antedictus vnacum predictis partibus ad nos redeundo huiusmodi metas inter se, que separant et diuidunt possessionarias porciones eorundem coram vniuersis vicinis et commetaneis ipsorum absque contradiccione aliquali erexisse et ordinasse vnanimiter affirmassent, quas inuiolabiliter et inconcusse inter se et eorum heredes voluerunt et assumpserunt perpetuo obseruare. Si uero aliquis ex partibus predictis ordinacionem premissam infringere et rescindere niteretur, extunc ipsa pars pena calumpnie puniatur eo facto ante incoacionem cause litis vel ingressum. Mete autem possessionariarum porcionum eorundem, que separant et diuidunt possessiones ipsorum, prout easdem in scriptis predicte partes nobis demonstrarunt, sunt tales: Prima meta incipit a parte occidentali in portu iuxta fluuium Grobesa prope uiam, inde per ipsam viam supra ad orientem per metas terreas procedendo venit ad duas arbores, quarum yna est tul et alia pomi siluestris cruce sign?te, metis terreis circumfusas, abhinc iterum per ipsam uiam in longo spacio procedendo peruenit vsque metas filiorum Johannis Horuath dicti et procedit iuxta easdem ad metam terream, inde declinat versus meridiem per terram arabilem iuxta quoddam parum nemus venit directe ad uiam magnam, ab hinc ad partem meridionalem, et procedendo venit ad metam terream erectam iuxta eandem, deinde refflectitur versus occidentem infra ad arborem cerasi, de qua directe eundo cadit ad fluuium Kaneuicha, que est meta dictorum filiorum Sciuilan(l), et sic terminantur. Retulerunt eciam se predicte partes super omnibus causis et earum quibuslibet articulis et factis possessionariis seu metis earundem ad plene pacis et concordie vnionem deuenisse et coram nobis deuenerunt,; alter alteri plenam et omnimodam satisfaccionem, qua super premissis omnibus contenti sunt, inpendendo. In cuius rei memonam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum in uigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M°CCC°XL° septimo.

Original djelomice izjeden, u kr. ugar. državn. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.189. — Stara signatura: Acta monast. de Garig. fasc. I. no. 24.
Na hrptu bijaše pritisnut pečat.
Na hrptu notica: iMetales ad Beketyncz.«

285.

1347, 1. jula. U Budimu.

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski izuzimlj'e bana Nikolu za posjede njegove Lmdvu i Nemce izpod svačije sudbenosti osim kraljeve,

Nos Ludovicus dei gratia rex Hungariae memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit universis, quod nos fidelitatibus et fidelium servitiorum praeclaris meritis magnifiei-viri domini Nicolai filii Stephani quondam . bani totius Sclavoniae et Croatiae recensitis, quibus ipse primum inclyto ,principi domino Garolo quondam illustri regi Hungariae,, genitori ..nostro charissimo, et demum nostrae maiestati. in cunctis nostris et regni nostri expeditionibus diversis ,fprtunae casibus pro exaltatione .nostri regirninis et augmento reipublicae se submittemdp xebus nec.personae parcendo., studuit complacerq, et sic se efficere gratipsurri; in,,qui,bu§,pauca ad,rnemoriam,posterorum praesentibus duximus annotanda;., Nam jdem. dominus Nico]aus,,banus dum partes Croatiae, quae. per qjUpsdamiaemulos .nostros potentialiter olim in praeiudicium nostre, jriaiestatis .fuissent occupatae, -viriiiter se.opponens, per siiam industriarn et sagacitatem easdem,, partes laudabiliter restauravit, et.nostrp dominio, subiugavit; ubi npn, pauci proximi et famuli sui morte corruerunt, pt plures dimqmbrati,, Jethali, vulnere . extiterunt sauciati. Praeterea cum nos personaliter ante civitatem Jadrensem quoddam Castellero Strykach, dictum, quod per ;Venetenses detinebatur, obsidentes expugnare cum nostrp exercitu voluiss.emus, idem dominus Nicolaus banus audacter dirnicans duo lethalia, vulnera ,nobis .intuentibus, in se recipiens, plures exsuis ibjdem exstiterant interfecti. In aliqualem igitur recompensatipnem praedictarum fidelitatum suarum et aliarum multarumi quae, per singula Jpngurn .esset enarrare et scribere, taediosum,, hanc sibi gratiam specialem jn filips filiorum perpetuo duximus faciendam, ,ut nullus iudicum et iustitiariorum regni nostri ipsum, et suos: haeredesac universas possessiones et tenutas ad duo castra sua Lendua et Nympthi vocata pertinentes et spectantes, in aliquibus causis et causarum articulis quospiam -alias tam in cbngregatione, quam extra congregationem in provinciis et comitatibus extra curiam nostram habitis, praeterquam in nostra curia possit et valeat iudicare, praesentium auctoritate ipsum in filios filicrum, ac praedictas possessiones et tenutas ad dicta duo castra sua pertinentes, a iudicio et iurisdictione quorumlibet iudicum et iustitiariorum extraneorum perpetuo eximentes. Super quo vobis palatino, comitibus, castellanis, nobilibus et aliis quibusvis iudicibus et iustitiariis

regni nostri nunc pro tempore constitutis, edicto regio firmo firmius damus in praeceptis, quatenus praedictum dominum Nicolaum banum, ac tenutas, et possessiones eiusdem, ad dicta duo castra sua pertinentes, in nullis iuris et , causarum articulis iudicare, vel vero. astare iudicio vestro compellere extra nostram curiam, in congregatione vel extra congregationem praesumatis, et si qui aliquid actionis in praemissis. habuerint, in nostra curia iudiciarip ordine coram nobis, item palatino vel iudice curiae nostrae prosequantur, ut exigit ordo iuris; in qua videlicet nostra curia, nos vel idem palatinus aut iudex curiae nostrae.ex parte dicti domini Nicolai bani et successorum in praedictis possession.ibus ipsius, quibuslibet quaerulantibus iustitiae exhibebimus complemeritum. Secus, sicut nos graviter. offendere pertimescitis, facere nullatenus praesumatis. Datum Budae,. in dominica proxima post festum Petri et Pauli apostolorum, annodomini MCCCXLVII.

Po originahi iz komorskoga aj-kiva ima Collectio Kaprinai Tom. III. sub B. p. 76 i dalje,

Fejer Cod. dipl. Hung. IX. I. p. '4S0.—483.

286.

1347, 6. jula.

Lj'udevit kralj' ugarski г hrvatski potvrdjuj'e na molbu bana Nikole listinu kr'alj'a Karla Rolerta od 6. jula 1335.

[LJodouicus dei gracia Hungarie, Dalfflacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitarius[1] ac Montis sancti Angeli dominus omriibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Regie conuenit sublimitati, vt ea, que ab eo iuste petitur -fidelium suorum supplicaciones dignas non deneget, vt de fideiibus efficiat fideliores et ad fidelitatis opera eosdem incitet feruenciores. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magnificus vir dominus Nicolaus filius Stephani quondam bani tocius Croacie et Sclauonie ad nostfe sereriitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras priuilegialeš excellentis quondam principis domini Karoli illustris regis Hungarie, genitoris nostri karissimi felicis memorie sub tercio et ultimo sigillo suo confectas, tenoris infrascripti, petens humiliter nbstram excellenciam, vt easdem acceptare et nostro digiiaremur priuilegio vberiorem ad cautelam confirmare. Quarum tenor 'talis est:

[1] Manjka »et Honoris«.

(SUjedi listina kralja Karla Roberta od 6.jula 1335). Nos igitur supplicacionibus admittendis predicti domini Nicolai condam bani fideiis nostri inclinati, attendtntesque et in memoriam reuocantes fidelitates et fidelium obsequiorum multimoda merita eiusdem domini Nicolai bani, in quibus pauca ad memoriam posterorum presentibus duximus annotanda: Nam idem dominus Nicolaus banus partes Croacie, que per quosdam indebite detentores in nostri preiudicium detinebatur, viriiiter tempore banatus sui se opponens per suam industriam et sagacitatem easdem partes laudabiliter restaurauit et nostro dominio subiugauit, vbi non pauci famuli et proximi sui morte corruerunt et plures dimembrati letali vulnere extiterunt interempti; preterea cum nos personaliter ante ciuitatem Jadrensem quoddam castellum Stykach dictum, quod per Venetenses illicite detinebatur obsedentes expugnare voluissemus, idem dominus Nicolaus banus audacter prelians duo letalia vulnera nobis intuentibus in se recipiens plures ibidem de suis extiterunt interempti; ceterum uero in cunctis nostris et regni nostri expedicionibus diuersis fortune casibus se submittendo, non parcendo rebus nec persone pro exaltacione nostri regiminis et dilatacione reipublice solempnes iiobis exhibuit famulatus, que per singula longum esset enarrare et scribere tediosum, per que nobis nimium studuit complacere; pro tot et tantis suis fidelitatibus predictas litteras priuilegiales paternas nobis in specie presentatas in nulla sui parte viciatas de uerbo ad uerbum presentibus inssertas(f) cum omnibus continenciis eiusdem(l) acceptamus, ratificamus, approbamus ac de consensu et voluntate domine regine, genitricis nostre karissime ex certa sciencia prelatorum et baronum regni nostri in suo vigore presentis scripti patrocinio priuilegialiter perpetuo valere confirmamus. In cuius confirmacionis testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri domini Thathamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXL⁰ septimo, pridie nonas mensis iulii, tegni autem nostri anno sexto; venerabilibus in Christo patribus dominis Chanadino Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Stephano Colocensi, Nicolao Jadriensi, Dominico Spalatensi archiepiscopis, Nicolao Agriensi, Andrea Transsiluano, Demetrio Waradiensis, Jacobo Zagrabiensis, Nicolao Quinqueecclesiensis, Petro Syrimiensis, Gregorio Chanadiensis, Laurencio Boznensis, Colomano Jauriensis, Michaele Waciensis ecclesiarum episcopis, Johanne Wesprimiensis et Nicolao Nitriensis ecclesiarum electis confirmatis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino et iudice Cumanorum, Stephano wo}--voda Transsiluano, comite de Zolnuk, Oliuerio magistro thawarnicorum

nostrorum, comite Paulo iudice curie nostre, Paulo magistro thawarnicorum reginaiium, Dominico de Macho, Nicolao tocius Sclauonie et Croacie banis, Iv/anka dapiferorum, Nicolao pincernarum et Dyonisio agazonum nostrorum magistris, magistro Nicolao dicto Treutul comite Posoniensi, ac aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 497. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 581. no. 28. — Listina je 6. januara 1365. potvrdjena novim pečatom a potvrda se nalazi sitnim stovima napisana na donjoj desnoj strani pod uzvojem. Po tom vise na listini ob jednakim svilenim tizicama crvene t zelene boje dobro saeuvani oveći ulomci obijti pečata. — Na desnoj strani uzvoja bilješka rukom, kojom je pisana potvrda: » Octauo idus ianuarii«.

Na hrptu savremena bilješka: ^Super possessionibus Redych, Kwn, Wlkoy.t.

Fejer Cod. dipl. Hung. IX., vol. 1. p. 506.—509.

287.

1347, 24. jula. U Zagrebu.

Ban Nikola fotvrdjuje Ivanu sinu Petrovu selo falez u žuftaniji Moravče.

Nos Nicolaus tocius Sclavonie et Croacie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum quedam possessio Ivan filii Petri et Georgii filii Fabiani Jalez vocata in comitatu de Maroucha reambulacione et ereccionibus metarum indigebat, a nobis nostrum hominem postularunt, ut previe testimonio hominis capituli ecclesie Zagrabiensis et [nostrij reambulassent (!)... ries veras metas et antiquas etubi necesse foret novas erigeret, nos peticionibus eorum annuentes, predicto capitulo ecclesie Zagrabiensis scripsimus hominem eorum postulando destinare, quod capitulum nobis in hunc modum rescripserunt (!): *(Slijedi listina kaptola zagrebačkoga od 16. oktobra 1346.)* Nos igitur nemini iniuriam sed pocius cuilibet iusticiam facere cupientes dictam reambulacionem et statucionem predicte possessionis Jalez ratam habendo, sub eisdem terminis et signis superius nominatis, mediantibus iitteris patentibus cum maiori sigillo nostro consignatis, eisdem Ivan filio Petri et Georgio filio Fabiani et per eosdem heredibus eorum auctoritate nostra perpetue duximus stabilire. In cuius rei memoriam perpetuamque stabilitatem nostras litteras patentes eisdem duxi-

mus concedendas. Datum Zagrabie, tercio die festi post festum beate Marie Magdalene, anno domini millesimo CCC°XL. septimo. . ,.

Iz originalne potvrde kraija Sigismunda od 22. novembra 1407., koja se nalazila u pismohrani Tadije Ferića, prepisao Ivan Kukuljević.

288.

1347, 31. jula.

Ljudevit kralj ugars~ki i hrvalski prim.a Grgura Šubića sina bana Pavla i njegova sinovca Gjuru u svoju milost.

• Ludouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honbris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentium noticiam habituris, salutem in eo, qui regibus dat salutem. Opus nobile perficimus, si per delirafnenta culpe cadentibus celeri misericordie remedio subvenimus. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod, quia comes ^re^orius filius Pauli ^uondam bani et Georsyius fllius comitis Pauh fratris eusdem Gregorii, relicto tramite erroris et infidelitatis,.in. ,qno hactenus vacillauerant et a tempore serenissimi principis domini Karoli olym-inclyti regis Hungarie, genitoris nostri carissimi laudaride memqrie videbantur vacillasse, nunc inspirante gracia divine pietatis ab ipso errore infidelitatis conuersi ad uiam fidelitatis, devocionisque nobis et, sacre corone debite, exstiterunt, et etiam quia opus perfecte fidelitatis ex nunc aggresse in eo perficere curaverunt, quod castrum Oztrouicha vocatum ad manus nostras regias tradiderunt cum omni integritate suarum vtilitatum et pertinentiis suis quibushbet, qui et que ab antiquis temporibus ad ipsum castrum Oztrouicha dinoscuntur pertinuisse; ideo nos, qui ex innata nobis mansuetudine misereri pocius nouimus quam vlcisci, ad ipsorum comitis Gregorii et Georgii fratris sui humilem et instantissimam peticionem, per fratrem Gordus de ordine Heremitarum, ac Petrum servientem eorum nobis porrectam, ob fervorem etiam fidelitatis et devocionis sinceritatem, quam ad. presens ad nos habere videntur, ipsos benigne recepimus et recollegimus aggantes (I)[1] in sinum gracie nostre et favorem. Indulgentes, ac ignoscentes eisdem omnes offensas et excessus, quos in hac parte contra nostram maiestatem dinoscebantur incurrisse; insuper eosdem et ipsorum heredes ac eorum successores de

[1] Nema kratice. Fejer čita ili bolje dopunjuje: aggratulantes. Ima biti agregantes. .. . . . . : • - .

gracia speciali et de plenitudine regie potestatis super omnibus dampnis, nocumentis et quibuslibet iniuriarum generibus per ipsos et per suos priores cuicunque vel quibuscunque factis, datis et illatis, usque modo, reddidimus prorsus et per omnia expeditos pariterque excusatos. Ita videlicet, quod nullus iudex vel iusticiarius nunc et pro tempore in regno constitutus, cuiuscunque dignitatis, preeminencie aut officii existant, specialiter banus tocius Sclauonie et Croacie nunc constitutus et constituendis(l) in futurum, ipsos et suos heredes super premissis vel aliquo premissorum debeat iudicare, aut suo iudicio astare compellat; nec liceat eisdem iudicibus cuiuscunque actoris motam vel movendam contra eosdem exinde litem, questionem, sive accionem aliquam fieri admittere vel audire; ex nunc enim in irritum decernimus et inane quidquid čontra presentis gracie nostre formam fuerit contra eosdem per quempiam attemptatum. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC°XL° septimo, pridie kalendas augusti, regni autem nostri anno sexto; venerabilibus in Christo patribus, dominis Chanadino Strigoniensi, locique eusdem comite perpetuo, Stephano Colocensi, Nicolao Jadrensi, Dominico Spalatensi archiepiscopis; Nicolao Agriensi, Andrea Transylvano, Demetrio Varadiensi, Jacobo Zagrabiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Petro Syrmiensi, Gregorio Chanadiensi, Laurencio Boznensi, Colomano Jauriensi, Michaele Vaciensi ecclesiarum episcopis, Johanne Wesprimensi et Nicolao Nitriensi electis confirmatis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino, iudice Cumanorum, Stephano woywoda Transiluano, comite de Zonuk, Olyverio magistro thauernicorum nostrorum, comite Paulo iudice curie nostre, Paulo magistro thauernicorum reginalium, Dominico de Machou, Nicolao tocius Sclauonie et Croacie banis, Nicolao pincernarum, Iwanka dapiferorum, Dyonisio agasonum nostrum magistris ac magistro Nicolao dicto Trentul comite Posoniensi, aliisque quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.922. — IV. R. A. fasc. 1647. no. 5. — Na listini visi svilena vrvca crvene i žttte boje, pečata više nema.

*Bilješka na hrptu XVI. vijeka: *Littera, quod nemo potest iudicarc comiies Zrinyi nisi rex.«*

Po istom izvoru dosta dobro: Dipl. Szechenyi T. V. no. 23.

Fejer Cod. dipl. Hung. IX. 1. p. 472.-475.

289.

1347, 31. jula.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski daruje Grguru Šubiću sinu Pavla bana i njegovu sinovcu Gjuri grad Zrin za Ostrovicu.

Ludovicus. dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in eo, qui dat regibus regnare feliciter, et victoriose triumphare. Cum opera fidelitatis subsequi debeant premia meritorum, necessarium quippe exstitit, ut fidelitate imbutos sumpma regie benignitatis providencia remuneracionis et gratie antidoto prosequatur. Ea propter ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod, quia comes Gregorius filius Pauli condam bani, et Georgius filius comitis Pauli, fratris eusdem Gregorii, relicto omni tramite erroris et infidelitatis, in quo hactenus vacillaverant, et a tempore serenissimi principis domini Karoli, olim inclyti regis Hungarie, genitoris nostri charissimi, laudande memorie, videbantur vacillasse, nunc inspirante gracia divine pietatis, ab ipso errore infidelitatis reversi ad viam fidelitatis et devotionis, nobis et sacre corone debite, extiterunt. Et etiam, quia opus perfecte fidelitatis, ex nunc aggressi, in eo proficere curaverunt, quod castrum Oztrovicha vocatum, ad manus nostras regias tradiderunt, cum omni integritate suarum utilitatum et pertinenciis suis universis, qui et que ab antiquis temporibus ad ipsum castrum Oztrovicha dinoscuntur pertinuisse; ideo nos huiusmodi votum fidelitatis ipsorum irremuneratum, et absque dono favoris regii nolentes pertransire, ut ceteri eo viso ad graciam regie benignitatis recurrant devocius, et ardencius, castrum Zryn nominatum, in terra Sclavonle habitum, cum pertinenciis suis universis, ac quarumlibet utilitatum intsgritatibus et specialiter cum libertate relaxationis collecte marturinarum, scilicet possessionibus et villis ac oppidis ad ipsum castrum spectantibus, facta prout ipsum castrum nos magistro Laurencio comiti Castriferrei et Supruniensis, et filiis suis contulisse dinoscitur, ipsis comiti Gregorio et Georgio, et eorum heredibus ac heredum ipsorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter duximus conferendum. Quod quidem castrum Zryn nuncupatum a magistro Laurencio predicto, cum nostra dileccione regia duximus in concambium recipiendum. Preterea terram Stupnicha vocatam, prope ipsum castrum habitam, ab Oliverio magistro tavarnicorum nostrorum, cum nostro regio favore similiter in concambium receptam, eisdem duximus perpetuo

conferendam, de consensu domine regine, genitricis nostri, et domini Stephani ducis, fratris nostri charissimorum, et de consilio omnium prelatorum et baronum nostrorum prematuro; promittentes eosdem in ipsis castro et terris, in quibus contentati exstiterunt, in partibus predictis pacifice contra quoslibet conservare. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri authentici munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Thatamery Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXL. septimo, pridie kalendas augusti, regni autem nostri anno sexto. Venerabilibus in Christo patribus, dominis Chanadino Strigoniensi, locique eusdem comite perpetuo, Stephano Calocensi, Nicolao Jadriensi, Dominico Spalatensi archiepiscopis, Nicolao Agriensi, Andrea Transilvano, Demetrio Varadinensi, Jacobo Zagrabiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Petro Syrmiensi, Gregorio Chanadiensi, Laurencio Boznensi, Colomanno Jauriensi, Michaele Vachiensi, ecclesiarum episcopis, Johanne Vesprimiensi, et Nicolao Nitriensi electis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino, iudice Cumanorum, Stephano vayvoda Transylvano, comite de Zonuk, Oliverio magistro thavarnicorum nostrorum, comite Paulo iudice curie nostre, Paulo magistro tavernicorum regina-Hum, Dominico de Machow, Nicolao totius Sclavonie et Croatie banis, Nicolao pincernarum, Ivanka dapiferorum, Dionisio agazonum nostrorum magistris, ac magistro Nicolao dicto Treutul comite Posoniensi, aliisque quam pluribus comitatus regni tenentibus et honores.

Ex originali charta camerae Posoniensis, confirmata ab eodem Ludovico A. 1368. priopćio:
Dipl. Szechenvi T. V. n. 22.
Fejer Codex Dipl. Hung. IX. 1. p. 475.—477.

290.

1347, 1. i 28. augusta. U Prizrenu.

S'tjepan Dušan car srfiski javlja knezu i općini dubrovačkoj, da su duirovački trgovci Nikola Lukarevič i Marin Gućetić sve svoje račune za trgove namirili.

A. D. MCCCXLVIL, indictione XVa., die XXVIII. mensis augusti.
Hec est copia unius appouellie presentate per Pulco Bolch [aceuich] de Draceuica coram domino comite et suo minori consilio, sono cam-

pane ut moris est congregato, cum quadam littera scripta in slauonesco reducta littera et appouellia de" slauonesco in latino; tenor eius littere et apouellie per Jache de Crosio, notarium communis in slauonescho, talis est.

Tenor littere talis est. Allo dilleteuole parente dello imperio Phylippo Orio, conte de Ragusa, a cudesi et consellieri et al comune. Sappie che Nicola de Lucari et Marin fillio de ser Climento de Goce per se et per suo pare et per suoi fratelli si me ae fatto rasion de tutte li mercadi, chelli teni nello reame et nello imperio, coe lo mercado de Rudenicho et ii merchadi de £enta et delli mercadi de Presarin[1] et de quelli della Vallona et de tutte le rasion, chelli aue affare con reame et con lo imperio dal tempo passado infino al di presente, de tutto m'anno fatto rasion plenariamente et pagado in conplimento et de tutto se trouo essere dretti et no me de dare niente. Et pero Timperio scriue pouellia segondo la uostra vsanca et segondo lo uostro modo et la mandie vno nostro gentilhomo Pulco, aco chella se metta nello uostro libro segondo lo uostro modo.

Eo(!) Jache de Crosfio] noder sclauonescho, translatai questa carta di soto in sclauonescho.

† Царьства ми любовномꙋ сꙋродникꙋ, кнезꙋ дꙋбровꙋкомꙋ Филипꙋ Ѡрию и сꙋдиамь, властелѡмь, вѣкникѡмь и ѡпькинѣ дꙋбровьꙋкои. Да знате, разложише ми се Никола Лꙋкаревикь и Маринь, Климете Гѡꙋетикѣ синь, за себѣ и за свѡга ѡца и за своꙗ братю ꙋ всѣхь трьзѣхь, що сꙋ дрьжали ꙋ кралевьства ми и ꙋ царьства ми, трьгь Рꙋдникь и за тргове зетьске и ꙋ Призрѣнѣ и Вавлони и ꙋ инихь, ꙋ всѣхь трзѣхь и ꙋ потрѣбахь, що сꙋ (сь) царствомь ми[2] имали и ꙋ всѣхь разлозѣхь, и ꙋ то(мь) ми се ꙋ всемь разложише и исплатише ми се ꙋ всѣхь трьзѣхь, що сꙋ држали и ꙋ все(мь) ми бише прави дѡ дьньшнега дьне. Да за то имь царство ми записа повелю, како ѥ по законꙋ и ꙋговоре вашимь. И тамо послахь сь книгомь властеличикѣ Пꙋлька, да и ви запишете ꙋ вашь тетрагь, како ѥсть по законь вашь.

. . . . die XXVIII. augusti.

. . . . pouellia dello imperio, anno se milliasiecento (cinquantaj cihque, ind. XVa., di primo d'agosto, quando la segnoria imperial venie

[1] Pisano svuda p sa kraticem za prae, pre.

[2] Ovdje je Knisić u prijepisu nešto propustio; da je u izvorniku bilo napisano „сБ кралевБствомБ и СБ дарБствомБ ми**, vidi se iz prijevoda.

a Presarin ad incharar[1] la sua ecclesia de Santo Archangelo, fe rasion alla imperial signoria Nicola de Lucari et Marin, fillio de Climento de Goce per se et per suo[2] Climento et per sui fradelli dello dicto Marin de tuti li mercadi, cheli anno tegnudo nello reame et nello imperio, coe lo mercado de Rudenicho, dello mercado de C,enta et delli merchadi de Presarin et dello merchado della Vallona et de tutti li altri mercadi et de tutte altre mercatantie, chelli aueno che fare con le reame et con Io imperio et de tutte altre rasion, de tutto m'a fatto plena rasion, et son pagado; de tutti questi mercadi, chelli tenne dal tempo passado in fino al di presepte, se trouo dretti et custi et pero lo imperio li ae fatto grafcia] et fine et remission de no poder a domanđare lo imperio et lo fillio dello imperio rex Vros, ne algun homo picolo uel grando dello imperio, ma siano franchi de tutte le sopraditte cose. E questa pouellia li ae fatto Io imperio segondo lo vsance, che ae lo imperio con la citade de Ragusa.

Diversa cancellariae knjiga g. 1347.—1348. u dubrovačkoui arkivu. jfireček Spom. srp. br. 10, pag. 27.—28.

291.

1347, 1. augusta. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaie banu Nikoli^ da utjera desetinu za biskupa zagrebaćkog u svojoj banovini.

Lodouicus dei gracia rex Vngarie fideli suo magnifico viro Nicolao bano Sclauonie salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter et districce precipiendo mandamus, quatenus decimas venerabilis in Christo patris domini Jacobi episcopi Zagrabiensis de iure sibi prouenire debitas, eo modo ubique sub banatu uestro persoluere faciatis, prout solucio ipsarum decimarum tempore Mykch bani condam extitit ordinata et eadem ordinacio litteris domini regis, genitoris nostri pie memorie est confirmata; aliud nullo modo facere presumatis. Datum Bude, in octauis festi sancti Jacobi apostoli, anno domini MCCCXLVII^0.

2z prijepisa bana Nikole od g. 1347.
Prijepis kao i listina iz kodeksa: Liber privil. ep. Zagrab. list. 21.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

[1] Izvornik ove druge povelje nije upisan u knjigu. Krustić je ovdje razumio осв^тлити illustrare, talijanski inchiarare посветити conseerare.

[2] Scilicet: >padre«.

292.

1347, 6. augusta.

Stfepan Dusan car javlja knezu i općini dubrovaćkoj, da su dubrovački trgovci Nikola Lukarić, Marin Držić i Dumonja Goljebić namirih svu dvogodišnju carinu u Avloni.

. . . . .la copia della pouellia presentada per Pulco Bolchaceuich de Draceuicga davanti messer lo conte et lo suo menor consellio a, spn de campana, segondamente ch'e vsanca, congregato, con una lettera scritta in slauonesco, mandada a messer lo conte et allo suo consellio per messer lo imperador, redutto de slauonesco in latino, lo tenor delle qual e questo:

Tenor littere: Allo dilecto parente dello imperio Phylippo Horio conte de Ragusa, cudesi et consell[er]i della dicta terra. Sapie che me .fera rasion Nicola de Lucari et Marin de Dersa et Domagna de Golliebo dello mercado della Vallona, lo qual me tenne doue anni et de tutto me pago e no me resto andare[1] niente.

E per lo imperio H ae fatto pouellia, segondo lo ordene, che ae con la citade de Ragusa. E pero questa carta si manda da lo imperio per uno suo gentilhomo Pulco, aeo che voi la mette nel stattuto segondo Io vestro ordene.

Ego Jache de Crossfio] notfario] sclauecho (!) translatai questa'litera de sclauonescho in latino.

† Царьства ми любовномꙋ сꙋродникꙋ, кнезꙋ дꙋбровꙋкомꙋ Филипꙋ Ѡрꙋ (!) и сꙋдцамь и вѣкникомь дꙋбровꙋкнмь. Да знате, разложише Никола Лꙋкарѣвикь, Маринь Држикь и Дꙋмонѣ Голѣвикь ѡдь трьга Вавлоньскѡга, що ми држаше за ·В· годище, и все ми исплатише и неѡсташе ми нища дажни царствꙋ ми. И за то нꙑ царство ми записа повелю, како ѥ по законꙋ с вами. И сию книгꙋ посла царство ми по властелина царства ми Пꙋлька, да ю прѣпишете ꙋ вашь статꙋть, како ѥ по законꙋ вашемꙋ.

Anno domini MCCCXLVIL, die XXVIII. augusti.

Tenor apouellie.. Scriue ,lo imperio a sie milla siecento cinquanta sie[2], ale VI. die di agosto. Fe rasion Nicola de Lucari, Marin de Dersa et Domagna de Golliebo dello mercado della Vallona, lo qual tenne due anni, et de tutto m'a pagado et no me resto a dare niente. E pero lo imperio li ae fatto pouellia de no adomandarli niente, ne Ho imperio ne Ilo fillio dello imperio rex Vros, ne algun altra persona, Et questo fo facto segondo Γ ordene et segondo lo statutto de Ragusa, aco che sia fermo.

Dlversa cancellariae g. 1347. —1348. u dubrovačkom arklvu. — Početak listine oštećen od vlage.

Jlreček Spom. ep. br. 11, pag. L>U.

[1] Mjesto: »a dafe.«

[2] Pogrješka: Ć656 mjesto 6S55. (1. septembra 1346.—i. septembra 1347.)

293.

1347, 9. augusta. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački daje za osnutak žu-pe u Novoj vesi neku zemlju sa svom desehnom onoga zemljišta.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie universis Christi fidelibus presencium noticiam habituris, salutem in domino Jhesu Christo. Quamvis sancti dei laude digna a christiano populo sint extollendi in terris, qui pro ipso intercessores efficacissimi existunt in celis; decet tamen illorum sanctorum specialius patrocinia invocare, qui in celesti patria pre ceteris ampliori prerogativa choruscant. Et quoniam beatissimus baptista Christi, Johannes, sanctificatus matris in utero, predicatur et creditur, ac iuxta Salvatoris vocem: Inter natos mulierum non surrexit maior eo, dubium non existit, ipsius meritis et precibus plebem domini parare perfeccius, que toto corde poscit illum. Hac igitur consideracione, honorabilis vir dcminus Johannes, [archidiaconus] de Guerche, noster concanonicus, ad ampliandam gloriam eiusdem. domini precursoris in terris et profectum salutis Christi fidelium, supra vicum nostrum, versus montes, in territorio nove ville nostre, ibidem decrevit et voluit in honore eiusdem beatissimi Johannis hedificare et consumpmare ecclesiam propriis sumptibus et expensis. Cuius nos devocionem in hac parte racioni consonam advertentes et nostre ecclesie ac nobis nedum spiritualiter sed et temporaliter utilem et multipliciter fructuosam, pro loco ipsius ecclesie, sub signis infrascriptis, terram in dotem et pro usu plebani eiusdem ecclesie pro tempore constituti, cum decimis omnibus in blado quocumque vel grano tocius territorii nove ville predicte deputavimus in perpetuum et donamus. Quequidem terra incipit a parte occidentis a fluvio Cirkuenische vocato et protenditur ultra magnam viam versus orientem usque ad terras domini

*

nostri episcopi ad vicum Latinorum pertinentes, cuius latitudo occupat et debet continere ubique ducenta brachia ad mensuram pannorum. In quorum testimonium et perpetuam firmitatem presentes concessimus pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia beati Laurencii, anno domini MCCCXL septimo.

Lib. stat. capit. Zagrab. part. IV. cap. XXIV.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 143.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 189.— 790.

294.

1347, 11. augusta. U Požegi.

Pred požešktm kaptolovi izjavljuju Koprena i Vinka, da im je Leukus sin Petra isplatio miraz i četvrtinu dj'evojačku.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posoga roemorie commendamus per presentes, quod nobilis domina Koprena vocata filia Rade relicta videlicet Byharyn filiii Wzerad de Predysynch et domina Wynka nuncupata filia eiusdem ab vna parte, magister Leukus filius Petri fili Kupse de Orboa ex altera coram nobis personaliter constituti, eedem nobiles domine confesse sunt oraculo viue vocis, quod super facto iurium suarum(l) de possessionibus condam predicti Byharyn nunc apud prefatum magistrum Leukus habitis ipsis de iure proueniencium, ita, quod dicta domina Koprena super facto dotis et rerum parafarnalium suarum et prefata domina Wynka nuncupata super facto quarte sue puellaris habita, sufficienti satisfaccione ex. parte dicti magistri Leukus eundem ..nagistrum Leukus reddidissent et nichilominus coram nobis reddideriint expeditum, absolutum et per omnia satisfactum. Datum sabbato proximo post festum beati Laurencii martiris, anno domini millesimo CCCmoXLmo septimo.

Original s desne strane s dola nešto dštećen u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpe'šti: M. O. D. L. no. 33.957. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1598. no. 3.У.: '.':'•:.
Na hrptu listine bijaše priiisniii pečat. '•. • •-,

295.

1347, 13. augusta. U Dubici.

llija preceptor dubioki objavlja o prodaji zemlje uči^rjene pred njivi i pred svim plemstvom onoga kraja.

Nos frater Elias preceptor Dubicensis ac Petrus supanus terrestris de eadem significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod Stephanus filius Georgii de Bruchina ab una parte, Endrei comes filius Endrei de Vodicha ab altera coram nobis et totius provincie nobilium presentiam personaliter constituti, idem predictus Stephanus quandam medietatem terre sue Scennapolana vocate, que terra iacet inter duos rivulos Olmicha et Jaztrepna, ubi est puteus sub quadam arbore bikfa vocata, ac etiam tam medietatem silve Gay dicte, quam etiam medietatem molendinorum predicto Endrei comiti dixit et confessus est se spontanea voluntate vendidisse, tradidisse et assignasse pro triginta marcis bonorum denariorum banalium ab eodem receptis plene et integre, prout dixit et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo iure possidendam, tenendam et habendam irrevocabiliter. In alio vero loco ultra predictam Olmicham, in districtu metarum comitis Johannis filii Dionysii, similiter quandam particulam terre sue eidem prescripto comiti Endrei sub eadem emptione assignavit. Cuius quidem terre prima meta incipit inter duas salices, deinde tendit recte per montem ad partem septemtrionalem inter duas metas terreas, deinde recte per eundem montem supra ad cacumen montis pervenit ad duas metas terreas, deir.de reflectitur ad orientem infra per montem ad unam metam terream, postea vadit ad eandem aquam Olmicham. Item in tertio loco idem predictus Stephanus similiter sub eadem emptione predicto comiti Endrei predium suum Obrou vocatum dimisit seu assignavit. Cuius quidem predii mete sic incipiuntur: Prima meta Zemelnaglaua vocata, ab eadem directe tendit ad Olmicham et supra per aquam Olmicbam exit recte in circuitu ad superiorem partem silve, deinde vadit in circuitu et pervenit ad priorem metam et sic mete terminantur. Item in quarto loco in Bruchina similiter contulit duas negore(!) vocatas, que de illis una fuit Gerdech, alia vero sua. Et super hoc deputati probi viri, pristaidi videlicet Fabianus filius Jacov, Philippus filius Marci villicus; iobagiones vero comes Nicolaus filius Odoleni, Mathei filius Vlkse, Dionysius filius Rate. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam literas nostras privilegiales duximus [sigilli nostri] muni-

mine roboratas. Datum in Dubicha, secunda feria ante assumptionem virginis gloriose, anno domini M. CCC. XL. septimo.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 123—124.

296.

1347, 14. augusta. U Baču.

Pred kaptolom bačkim priznaje se maloljetnim sinovima Stjepana ALorovića pravo na posjede Madjarmezeu i Konjska.

Nos capitulum ecclesie Bachyensis memorie commendamus per presentes, quibus expedit vniuersis, quod Nicolaus, [Michael et] Johannes filii Michaelis filii Stephani de Moroth in etate tenera exisstendo ab una, item magister Stephanus [filius] Alexandri et Thomas filius Mortunus de Wolkow parte ab altera in nostri presencia personaliter constituty(!), dixerunt nobis concor[diter] uiua voce, quod cum prenominati filii Michaelis eosdem Stephanum et Thomam racione reacquisicionis possessionum Magyarmezew et Konizka vocatarum ad presenciam ma-
yiHli^l Шl1 QOmmi iNli^Ulcti lUgin iiUiig4iic JJaiciLiiii in i-adbaui aiua^ii^.il,
et licet huiusmodi causa inter ipsos aliquamdiu ventilata et postmodum adiudicata exstitissent (!), tamen postmodum in facie earumdem ad perennihis (!) pacis plenitudinem, mediantibus nobilibus et probis viris eosdem reformantibus deuenissent et coram nobis deuenerunt ac concordarunt isto modo, quod idem Nicolaus, Michael et Johannes filii Ompud exstitissent, et postmodum pro.eiusdem facto, Stephano quondam de Moroth avo ipsorum fuissent devolute, exceptis aliis possessionibus dicti Johannis filii Ompud aliis nominibus vocitatis, cum universis et singulis eorum iuribus, proprietatibus et vtilitatibus suis ac dominio pleno eisdem Stephano et Thome predictis heredum per heredes ipsorum resignarunt et remiserunt coram nobis, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas et habendas, nichil iuris, nichil vtilitatis et dominii in eisdem pro se ipsis deinceps aliqualiter reseruando, presentes autem, dum nostrum priuilegium voluerint(!) reportauerint, emanari faciemus. Datum in vigilia festi assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Original na desnqm rtibu nešto nštećen u kr. ugar. drž. arkivu M. D. 0. L. no. 3928. N. R. A. fasc. 1508. no. 52.
Na hrphi se vidi trag malena, pritisnuta, šiljato-ovalna pečata.
Savremena bilješka : »Super Magyarmezew et Konfizka«/.
Nagy Cbd. dipl. Andeg. V., 116.

297

1347, 15. augusta. U **Budimu.**

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaie banu Nikoli, da utjera desetmu u Koprivnici, ako bi se gradjani opirali platiti desetnicima biskupije zagrebačke.

Lodouicus dei gracia rex Vngarie fideii suo magnifico viro Nicolao bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Fidelitati uestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, si populi de Kapruncha decimas ex parte eorum domino episcopo Zagrabiensi prouenientes extradare et persoluere non curauerint, tunc uos eo modo ipsas decimas extradare per ipsos populos de Kapruncha faciatis, prout in aliis nostris eis missis videbitis contineri ; aliud non facturi. Datum Bude, in festo assumpcionis virginis gloriose, anno domini MCCCXLVIP. •

Iz kodeksa: I^iber privit,. ep. Zag. list. 20
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebti I. B. IX. 167.

298.

1347, 16. augusta. U Budimu.

Ljudevii kralj ugarski i hrvatski nalaže gradjanima Koprivnice, da plate desetinu biskupu zagrebačkom.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis iudici, iuratis, ciuibus et vniuersis hospitibus de Kapruncha salutem et graciam. Fidelitati uestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus iustas et legittimas decimas venerabilis in Christo patris domini Jacobi episcopi Zagrabiensis exsoluere debeatis eo modo, prout conuencio litteris nostris mediantibus tercia yeme(!) preterita, ut recolimus, datis, inter ipsum dominum episcopum et uos est ordinata, eidem domino episcopo et vice eius decimatoribus suis exsoluere debeatis plene et integre, dilacione et occasione non obstante. Et volurnus, quod easdem[1] decimas domini episcopi reponi in eadem ciuitate uel prouincia apud laicum vel clericum permittatis, sicut ipse dominus episcopus uel suus decimator voluit et faciet et uos contradictores esse in deposicione ipsarum decimarum non audeatis; cum

[1] Pisano: »eadem«.

illo uero homine uel iliis hominibus apud quem uel quos ipse decime deponentur, ipse dominus episcopus vel sui decimatores conuenient et precium quod debebunt illis, in quorum domibus ipse decime deponentur, persoluent. Scientes, ut si secus in premissis facere attemptaueritis, tunc comisimus Nicolao bano tocius Sclauonie, ut uos compellat ad id Faciendum. Datum Bude, in crastino festi assumpcionis beate virginis, anno domini MCCCXLVIP. Presentes autem reddi uolumus presentanti. Datum ut supra.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. hst. 20.
Kodeks ti arkivu nadbiskupije %i Zagrebu: I. B. IX. 167.

299.

1347, 18. augusta. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaže iupanu kriievačkom, zagrebačkom kao i kastelanima, sucima t t. d-, da utjeraju desetinu za biskupa zagrebačkog jednako kao nekoč za Mikića bana.

Nicolaus tqcius Sclauonie et Croacie banus dilectis sibi comitibus suis Crisiensi et Zagrabiensi nec non castellanis, iudicibus, officialibus vel vices eorum gerentibus vbique in nostro banatu existentibus salutem cum dilectione. Noueritis nos litteras excellentissimi principis domini Lodouici dei gracia regis Vngarie, domini nostri honore quo decuit recepisse in hec uerba; *(Slij'edi listina kralja Ljudevita od 1. augusta 1347.).* Volentes igitur et. summe optantes mandatis eiusdem domini nostri regis parere omnimode, maxime in hiis, que saluti sue proficiunt et nostre, vobis vniuersis et vestrum cuilibet damus firmiter in mandatis, quatenus decimas eiusdem domini episcopi et ecclesie sue ubique in tenutis uestris per uestros subditos et alios eo modo sicut in tenore litterarum predicti Mykch condam bani eorum solucio continetur, plene et integre tempestiue persolui faciatis et in hoc aliud facere non presumatis. Datum Zagrabie, sabbato proximo ante festum sancti regis Stephani, anno supradicto.

Iz kodeksa: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 21.
Kodeks u ark. nadbisk. zagr. I. B. IX. 167.

300.

1347, 14. septembra. U Varaždinu.

Stjepan sin Ivana podžupana varaždinskog i kastelan vinički poziva kaptol zagrebacki na molbu Dominika sina iupana Jakoba, da obadje medje posjeda Zelnice u Zagorju.

Viris discretis et honestis capitulo Zagrabiensis ecclesie amicis suis reuerendis magister Stephanus filius Johannis vicecomitis magistri Laurencii comitis Warosdiensis (!) et castellanus de Vynniche amicicie debitum cum honore. Dominicus filius comitis Jacobi parui nobis dicit, quod possessio eius hereditaria Zelnyche vocata in Zagoria in comitatu Warosdiensi existens metarum renouacionibus et ereccionibus indigereb quapropter amiciciam vestram requirimus presentibus reuerenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laurencius filius Johannis vel Martinus filius Georgii altero absente homo noster ad faciem dicte possessionis personaliter accedendo, conuocatis suis vicinis et commetaneis vniuersis dictam possessionem reambulet iuxta veteres nouas metas erigendo, si non fuerit contradictum; contradiciores autem si qui fuerint, ad nostram euocet presenciam ad terminum competentem et propter hec, prout idem homo vester et noster vobis dicent, tocius facti seriem cum cursibus metarum nobis in litteris vestris rescribere velitis. Datum in Warosd, feria sexta, videlicet in festo exaltacionis sancte crucis, secundo die congregacionis nostre, anno domini MCCCXL° septimo.

Iz pisma kaptola zagreb. oa 18. oktobra 1347. Ovo iz prijepisa istoga kap. od 19. oktobra 1347. prepisana ponovno 8. novembra 1372. u Zagrebu.

Original polonje listine u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1347.

301.

1347, 18. septembra. U Cazmi.

Pred kaptolom čazmanskim dij'ele Korardo Petrov i Ivan Nikolin svoj'e posjede.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie 'memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod nobiles

et honesti viri Corardus fHius Petri et Johannes filius Nicolai fiiii Juan ad nostram personaliter accedendo presenciam a nobis cum instancia postularunt, ut ad videndam et inspiciendam divisionem omnium possessionum ipsorum hereditariarum, empticiarum et acquisitarum Prenegniczqu et Cheresneuicha ac Chresneuch vocatarum seu nuncupatarum, ad ipsos iusto titulo devolutarum, quam ratione fraternali iuxta regni consuetudinem inter se coram generacione et vicinis eorundem presente nostro testimonio, ut in talibus ordo iuris requirit et expostulat, facere debebant, duos ex nobis viros ydoneos et discretos ad eosdem destinare curaremus. Quorum peticionibus iustis et honestis annuentes, maxime quia ipsa peticio iusta et legitima fore nobis videbatur, magistrum Thomam decanum nostrum, et Johannem notarium ac prebendarium ecclesie nostre, viros utique providos, ad premissa videnda et exequenda seu peragenda in medium ipsorum pro testimonio duximus trasmittendos. Quicquidem (!) pariter ad nos reversi cum partibus predictis concorditer nobis voce consona retulerunt, quod Corardus et Johannes nobiles supradicti pari voluntate et communi eonsensu, ut ipsi et eorum heredes pace perpetua perseuerent, in eorum presencia et aliorum quam plurimorum nobilium inibi specialiter vocatorum seu adductorum pro maioris rei evidencia, de ipsorum possessionibus supradiclis et earum utilitatibus vniuersis huiusmodi diuisionem inter se fecissent ac ordinassent, quam inviolabiliter et inconcusse voluerunt et assumpserunt observare tali modo, quod pars a parte orientali cum vineis, siluis, agris fenetis, sessionibus, molendinis,. ceterisque vtilitatibus in eadem parte existentibus vniuersis, simul.cum medietate ecclesie beati Nicolai a parte meridionali cum cimiterio eiusdem nec non cum vineys(!) aliquibus in porcione ipsius Corardi adiacentibus, sub metis infrascriptis distinctas seu inclusas, cescit Johanni supradicto in filios filiorum iure perpetuo possidenda et habenda. Econuerso vero parte alia a parte occidentali existenti similiter cum medietate ecclesie et aliis vtilitatibus quouis nomine vocitatis seu nuncupatis vniuersis, Corardo filio Petri antedicto modo premisso in filios filiorum iure perpetuo pacifice et inreuocabiliter remanente. Mete vero, que separant et dividunt porciones supradictas, prout discreti viri antedicti presentibus vniuersis vicinis et commetaneis eorundem pacifice et absque contradiccione aliquali in scriptis nobis demonstrarunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte septemtrionali circa metas possessionis filiorum Jacobi Laztesin vocate, deinde per viam versus meridiem ad arborem gertan et cerasi ex utraque parte vie situatas cruce signatas et metis terreis circummsas, inde descendit et pervenit ad arborem harazth cruce signata(!) meta terrea circumfusr.m, ab hinc per siluam eundo pervenit ad duas arbores harastn

cruce signatas metis terreis circumfusas, deinde cadit ad vallem et per ipsam vallem descendendo pervenit ad arborem piri silvesiris cruce signatam meta terrea circumfusam, inde ascendit montem versus meridiem ad arborem cherasi, deinde in modico ad arborem eger cruce signatam, abhinc ad duas metas terreas exitumque vie situatis, inde per viam versus ecclesiam memoratam et per medium ipsius ecclesie exit ad viam et vadit ad arborem nucis cruce signatam meta terrea circumfusam, inde declinat versus orientem et pertransit vallem directe et uenit ad metam terream circa viam, et in ipsa. via reflectitur versus meridiem et peruenit infra ad metam terream circa vnum fenile et fossatum, deinde in ipso fossato venit ad [put]eum vbi est arbor silicis de nouo plantata, deinde ad metam terream versus orientem directe per sulcum procedendo reflectitur in quadam valle versus meridiem et pervenit ad dumos spinarum et metam terream, deinde circa quandam semitam ad metam terream, inde directe ad arborem scil meta terrea circumfusam, abhinc directe vadit et cadit in vnum paruum riuulum, per quem in longo spacio eundo peruenit et exit ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde tendit versus occidentem et cadit in aquam Mosanicha circa metas predictorum filiorum Jacobi, ibique terminantur. Item prima meta vinearum Johannis supradicti incipit in porcione Corardi predicti circa viam et meta(!) terrea(F), deinde versus septemtrionem venit ad metam terream, inde per duas arbores harast venit infra ad arborem haas circa viam cruce signatam, et per ipsam viam supra peruenit ad priorem metam. Item in alio loco vinearum similiter Johannis supradicti prima meta incipit a parte septemtrionali in meta terrea, deinde infra descendit per metas terreas et reflectitur circa vineam versus meridiem ad metam terream, abhinc versus occidentem desubtus ipsas vineas in latere per metas terreas eundo in via venit ad arborem haas cruce signatam et exit ad metam terream, deinde supra circa vineam sacerdotalem ad arborem gertan, ibique ad viam et per ipsam viam supra eundo peruenit ad metam superius nominatam. Ad hec etiam predicte partes in nostri presencia personaliter astando super omnibus causis et earum quibuslibet articuiis factis possessionariis seu metis eorundem, pro quibus in invicem usque ad hec tempora altercabantur, vel mouere in futurum sperarent in premissis questionem, retulerunt se ad plene pacis et concordie vnionem, quod vinculum extat caritatis, devenissent, alter alteri plenam et omnimodam satisfaccionem, qua super premissis omnibus contenti sunt, inpendendo liti, accioni et questioni, que eis vel eorum heredibus super causis iam sopitis competerent vel competere possent in futurum renonciando(!). In cuius gesti et rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad

instanciam et peticionem parcium concessimus litteras sub appensione nostri sigilli autentici communitas. Datum et actum feria tercia proxima ante festum beati Mathei apostoli et ewangeiiste, anno domini M°CCC°XL° septimo.

Original na pergameni. — Pečat i vrvca manjka. — Kod Stjep. pl. Bomemisse-Stolnikovića de Mikulic, c. kr. komomika i ritmajstora dvor. garde u Beču.

302.

1347, 24. septembra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim izmiruju se arcidjakon gorički Ivan i Petar zvan Kastelan glede medja posjeda u Topiici, kako su naznačene u listini kaptola čazmanskog od g. 1329.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod honorabilis vir dominus Jacobus prepositus ecclesie nostre nobis retulit, quod dominus Johannes archidiaconus de Guerche Super facto metarum possessionum suarum [in] Thoplica sancti Georgii taliter coram ipso preposito concordasset cum magistro Petro dicto Castellan piocuratore Ladizlai filii sui, quod videlicet metas . . . . terreas in litteris Chasmensis capituli vterque ipsorum acceptaret que littere Chasmensis capituli inueniuntur emanate in festo beate Margarete virginis, anno domini MCCCXX° nono; quare ipse prepositus peciit, quatenus ipsas metas de litteris priuilegii dicti Chasmensis capituli faceremus transcribi et nostro sigillo consignan. Quarum tenor de uerbo ad uerbum talis erat: Incipit prima meta possessionis Demeskfewldy vocate de aqua Toplicha per quendam dumum salicis et currit alte ad partem meridionalem ad arborem pomi, deinde ad arborem naarfa per quemdam valliculum, deinde ad arborem piri et ab hinc per quasdam dumos yua vocatas ascendit ad montem et intrat ad dumos auellanarum, inde exit ad dumos gyumelchen et ibi transit montem per longam metam terream et cadit per arborem pomi ad quandam vallem et inde cadit ad aquam Dobouch et transit illam et cadit ad aliam vallem, per quam ascendit ad montem et intrat ad quasdem dumos auellanarum et gyrtan vbi sunt mete terree, inde descendit ad arborem cherasi et cadit ad riuum similiter Dobouch vocatum et transit riuum per arborem byk et tendit ad arborem gertan, inde per valliculum ascendit.ad montem vbi est arbor gertan et vadit per planiciem ad dumos nemorum et cadit

in viam que est meta angularis ubi declinat ad occasum et ibi separat metas Ladizlai filii Jacobi, per quam viam vadit ad arborem haas, inde tendit alte ad metas terreas que iuxta ipsas vias sunt elate, et ibi separat a terra Gyulad, et inde vadit ad aliam metam terream exiens de ipsa via, inde vadit ad arborem gertan meta terrea circumfusam et tendit per planiciem ad vallem, que Poduzna vocatur, inde exit ad quatuor arbores naar et ascendit quemdam monticulum ad metas terreas, inde declinat per arbores cerasi ad vnam calistam, inde ad quandam valiem [vbi est] riuus qui cadit ad aquam Dobouch, per quam descendit in aquam Toplicha que separat metas a generacione Tholineg et inde tendit ad priorem metam ibique terminatur. Datum presencium litterarum feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini MCCCXL° septimo.

Original na papiru u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebti: Diplomata a. 1347.

JVa hrptu se vidi trag pritisnuta ovatna pečata.

303.

1347, 7. oktobra. — 1370, 21. maja. U Zadru.

Ivana udovd Kose de Begna kupuje za namirenje svoga miraza na dražbi posj'ed svoga pokojnoga muža u Cernom.

Hoc est exemplum cuiusdam publici instrumenti incantus cuius tenor talis est:

In Christi nomine amen. Anno eiusdem incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indicione prima, die septimo mensis octubris. Tempore serenissimi domini Andree Dandullo dei gracia Venecie, Dalmacie atque Croacie duce(J), ac reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi [adrensis, et egregii et nobilis viri domini Tome Viadro comitis et capitanei Jadre. Testificor ego Gresouinus gastaldio preconum iuratus et ministerialis curie Jadre, quoniam cum presentata fuisset domino Tome Viadro comiti et capitaneo Jadre ac consiliariis vna cedulla incantus pro parte done Johanne relicte Cosse de Begna ciuis Jadre, quedam cedula incantus infrascripti tenoris: Cum per magnificum et potentem virum dominum Marcum Justiniano honorabilem comitem et capitaneum Jadre eiusque consiliarios sit senterciatum, quod domina Johanna relicta Cossi de Begna ciuis Jadrehabere debeat pro restitucione docium suarum de bonis dicti

condam Cosse viri sui libras mille ducentas paruorum et expensas, prout continetur in quodam publico instrumento scripto manu Andree de Senis imperiali auctoritate notarii sub anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indicione quinta decima, die uigesimo tercio mensis marcii; propterea de mandato domini comitis [et consiliariorum] pro executione dicte sententie ad peticionem suprascripte domine Johanne incantafnjtur et plus offerenti per incantum secundum ordinamenta dicte curie Jadre dabuntur et deliurabuntur decem sortes cuiusdam ville hereditarie dicti olim Cosse cum suis cortiuis, cardinis, vineis, pascuis et aquis pertinentibus ad ipsas decem sortes, et cum omnibus iuribus et rebus aliis spectantibus ad ipsas, positas in uocabulo dicto Cerne. Cui ville hii sunt confines: De austro est villa heredum olim Francisci Barti de Grisogonis, de trauersa est villa heredum condam Andree de Grubogna, de quirina vinee Johannis de Varicassis et de borea residuum eiusdem ville; ad habendum, tenendum et quicquid emptori ad incantum placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis, que intra predictos continentur confines et ecciam cum omnibus et singulis que extra predictos confines sunt pertinentes ad decem sortes predictas. Prefati tunc domini comes et consiliarii dictam cedulam ex predicta causa legitima admittentes comisserunt(I). ut inquiretur, utrum dicta possessio foret, ut predicitur, confinata; et cum inuentum fuisset, ut predicitur, confinatam. prenominati tunc domini comes et consiliarii comisserunt michi ministeriali predicto die uigesimo tercio mensis augusti elapsi, quod predictam possessionem secundum consuetudinem incantare et deliurare deberem. Quorum mandata fideliter exequens predictam possessionem de eorum mandato die premisso incantare incipiens usque ad diem predictum octauum octubris incantaui solempniter per plateam et alia Ioca solita, predictam cedulam semper, dum incantabam ferrens(!) in manibus et dicens voce preconia, quod quedam possessio, que supra describitur, deliueraretur per incantum plus danti dicta die. Et cum nullus deliurationi predicte se opponeret nec appareret, qiii de supradicta possessione se tantum daturum offeret, quantum Crescius condam Domaldi de Cadulinis de Jadra, qui vice et nomine dicte domine Johanne relicte dicti Cosse de Begna obtulit se dictas sortes accipere pro precio et solutione et satisfatione sua dictarum librarum mille ducentarum paruorum; denunciato primitus per me de mandato curie, quod predicte decem sortes die premissa deliurare debeba[n]t. Tandem eo die predictas decem sortes cum suis iuribus, ut supra describitiir confinatas, premissis tribus motis secundum consuetudinem in presencia dictorum dominorum comitis et consciliatorum(l) dedi, vendidi et deliberaui predicto Cresio de C[a]dulinis recipienti uice et nomine dicte domine

Johanne pro predictis libris mille et ducentis, quas dicta domina Johanna computauit et recepit in solutionem et satisfacionem dictarum mille librarum ducentarum paruorura sibi pro docte(!) sua debitarum de bonis dicti condam Cosse secundum tenorem sentencie supradicte; ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum et quicquid ei et suis successoribus perpetuo placuerit faciendum nemine contradicente sub lobia magna Jadre, astante ibidem multitudine personarum, nemine ultra ipsam quantitatem dare uolente; dicto domino comite inuestiente cum baculo, ut est moris, ipsum Cresium nomine quo supra de sortibus seu possessionibus antedictis. Quare cum prefacti(f) domini comes et consiliarii inuenerint heredes dicti condam Cosse de Begna fuisse in possessione dictarum decem sorcium tempore principii incantus et tempore deliurationis incantus nec non interuenisse et concurisse in eodem incantu et eius deliuratione, omnia, que iu incantibus huiusmodi concurere debent, mandauerunt de predictis ad dicti emptoris cautellam fieri publicum instrumentum. Actum Jadre sub lobia comunis, presentibus prouidis viris Toma de Varicassis, Canino Cosse de Prode auocati maioris curie, et aliis testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis.

f Ego Thomas Viadro comes et capitaneus Jadre manu mea scripsi.

f Ego Marcus Paullo consiliarius manu mea scripsi.

f Ego Franciscus Bon consiliarius manu mea scripsi.

f Ego Franciscus Simeonis de Mestre notarius comunis Jadre hiis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi.

(Drugi rukopis).

f Ego Johannes de Chalcina iudex examinator anch(!) chopiam(!) cum suo autenticho conchordare (!) inueni, ideo me subscripsi.

(Drugi rukopis.)

f Ego Grisogonus condam Raynerii de Varicassis iudex examinator quia dictam copiam cum suo autenticho conchordare inveni, ideo manum misi.

(Signum not.)

(Drugi rukopis).

Ego Laurencius de Alesandrinis de Regio publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, quia supradictum transumptum cum suo auriginali(f) autenticho vnamet cum supradictis examinatoribus et notariis infrascriptis concordare ihueni, ideo me subscripsi meumque nomen et signum appossui consueta.

(Sisrnum not.)

(Drugi rukopis).

Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bononia olim cancelarii Jadre, publicus imperialli auctoritate notarius et Jadre iuratus predictum transutum(f) cum supradictis dominis examinatoribus et nctariis cum suo actentico(f) concordare inueni, ideo me subscripsi.

(Mon. not.)

Ego Petrus dictus Perencanus condam domini Aconio de Lemicetis de Padua imperiali auctoritate et comunis Jadre notarius supradictum exemplum per me exemplatum et a suo auctentico(I) absumptum ac per me vnaa(!) cum antedictis duobus iudicibus examinatoribus et prefactis(!) duobus notariis excultatum, quod inuentum fuit simul cum ipso suo auctentico, de verbo ad verbum bene concordare, bona fide scripsi et exemplaui nichil in eo addens uel minuens, quod sensum variet uel sentenciam mutet, nisi forte in pontis(!), litteris, silabis uel compositionibus litterarum; curente anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo septuagesimo, indicione octaua, die uigesimo primo mensis maii, Jadre, iuxta logiam magnam comunis, regnante serenissimo principe et domino nostro naturale Lodouico dei gratia inclito rege Hungarie, temporeque reuerendi patris et domini domini fratris Dominici dei et sancte sedis apostolice gratia archiepiscopi Jadrensis, ac magniffici et potentis domini domini Simonis Morseuich regnorum Dalmacie et Croacie bani generalis et ciuitatis Jadre comitis.

Original u arkivu grof. Begna u Posedarju: P. no. 8 7.

304.

1347, 7. oktobr-a. Na Pagu.

Krievan svećenik sv. Anastazije u Zadru prodaje Mihajlu de Rosa gradjaninu zadarskome vinograd u Petrićanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo septimo, indicione prima, die septimo mensis octobris, Pagi. Tempore domini Andree Danduli incliti ducis Venecie, et egregii et sapientis viri domini Maphey Bembo honorabilis comitis Pagi. Ego presbiter Grisogonus sancte Anastasie de Jadra, filius condam Gregorii uendo tibi Michaeli condam Mathei de Rosa ciui Jadre unam meam terram vineatam cum omnibus suis pertinenciis et iuribus positam ad Diclum seu Petricanum in districtu -Jadre, que reddit quartum pro terratico conductum Jadram ad domum tuam expensis uites habentis, vt

deinceps de dicta possessione cum omnibus suis pertinenciis et iuribus possis facere tuum uelle sicut de tuo proprio; de qua possessione sunt gognai quinque et si plus est, tuum sit absque precii addicione. Promittens tibi dictam possessionem cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Quam possessionem uendo pro ducatis octo auri, de quibus recepi a te ducatos sex, residuum uero duos ducatos debes mihi dare facto tibi per me Jadre instrumento de predicta uendicione, prout contentus eris pro tui cautella; quod instrumentum uendicionis tibi facere teneor ad omnem tuam peticionem et requisicionem super me et bonis meis omnibus, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Cui possessioni de trauersa est vinea heredum Francisci Nicolai de Varicassis, de borea derrum illorum de Bolesso, de quirina terra Zaparini piscatoris et de austro terra vineata Mauri de Cossiga. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono Andree Frederici de Grisogonis de Jadra et Dominico Subich de Pago, et aliis.

(Drugi rukopisj.

f Ego Plauac Meduanig iudex examinator manum missi.

(Sisrnum. vnt 1

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali et terre Pagi auctoritate notarius rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u ark. samosiana sv. Marije u Zadru. a. 1347.

305.

1347. 8. oktobra. U Djakovu.

Kafitol bosanski diže na molbu Dominika bana mačvanskog i Denka sina Demetrija de Radovan medje izmedju njihovih posjeda Radovan i Koroča.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus per presentes, quod cum nos ad [injstanciam et peticionem magnifici viri Dominici bani de Macho et magistri Denk filii Demetrii de Radouan coram nobis personaliter astancium [ad] erecciones metarum inter possessiones ipsorum Radouan et Korocha uocatas discretum virum magistrum Stephanum cantorem, socium et concanonicum nostrum transmisissemus; qui demum ad nos rediens nobis retulit tali modo, quod ipse presentibus Dominico filio Nicolai de Myhaly et Stephano filio

josyp, hominibus predicti domini Dominici bani per eundem dominum Dominicum banum ad hoc deputatis et presente ipso magistro Denk inter predictas possessiones tales metas erexisset et easdem ab inuicem separasset, quod prima meta incipit a parte septemtrionis circa quoddam fossatum aque Korocha uocatum, ubi sunt arbores harazt, inter quas est meta terrea, deinde ad metam terream que est iuxta viam communeni et transit ipsam viam et flectitur uersus meridiem et uadit circa latus cuiusdam nemoris et peruenit ad vnam metam terream in cuius medio est[1] arbor naar, deinde similiter eundo ad latus eiusdem nemoris et peruenit ad vnam metam terream et de hinc eundo [adj latus eiusdem silue peruenit ad metam terream, et'de hinc eundo peruenit ad vnam viam iuxta quam est meta terrea, et eundo in ipsam ad parum spacium peruenit ad aliam viam iuxta quam est meta terrea et transit ipsam viam et fiectitur uersus meridiem et peruenit ad metam terream, et deinde reflectitur uersus occidentem et peruenit ad metam terream, et de hinc peruenit ad finem ville Korocha ad duas arbores piri inter quas est meta terrea, et ab hinc tendit similiter uersus occidentem et peruenit ad metam terream, et deinde peruenit ad quandam arborem harazt sub qua est meta terrea et ab hinc peruenit ad metam terream, et deinde peruenit ad vnam viam et transit ipsam ad latus vnius silue, circa quam est meta terrea et de hinc tendit similiter uersus occidentem et peruenit ad finem ipsius silue, deinde ad arborem harazt cruce signatam circa quam est meta terrea a parte ville Gyurkfolua uocate existentem ibique terminatur; quas quidem metas predicti Dominicus filius Nicolai et Stephanus filius Josyp, homines eiusdem domini Dominici bani per eundem ad hoc deputati et idem magister Denk veras esse dixissent et asseruissent. Datum feria secunda proxima post octauas festi beati Mychaelis archangeli, anno domini MCCCXL^{0} septimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1347.

Na krptu vidi se nejasan trag okruglog pritstnutog bečata.

[1] Iza »est« precrtano: »meta terrea«.

306.

1347, 8. oktobra. U Pagu.

Kuzma Zopčić prodaje Vukši Kushću zemljište kod crkve sv. Kuzme i Damijana.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indicione prima, die octauo mensis octobris, Pagi. Tempore domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et egregii et sapientis viri domini Maphey Bembo honorabilis comitis Pagi. Ego Cosmos C°P c'cri ^e Pago uendo tibi V[ulcoso] Chustich de Pago quinque partes meas pro indiuiso unius [loci] positi Pagi in confinio ecclesie sancti Cosme et Damiani cum omnibus [suis] pertinenciis et iuribus ad habendum et quidquid tibi deinceps placuerit [perpetuo] faciendum sicut de tuo proprio. Precio cuius vendicionis ego predictus uenditor recepi a te predicto emptore libras quatuor denariorum paruorum. Promittens ego predictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictas quinque partes meas dicti loci cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus, omni excepcione [remotal nulloque pretermisso obstante. Cuius loci reliqua sexta p[ars] pro indiuiso est Marie Blisnaue sororis mee; cui [toto loco] de trauersa est via publica, de austro domus heredum Petri Dra[cilich] [de] quirina domus heredum Vulcigne Cerlenae et de borea l[ocus Hurosa] Souistich. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis [et rogatis] testibus, scilicet Philippo Dedouich et Damiano Ha[s gogichia] (!) Pagensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Plauac Meduanig iudfex] examinator manum missi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michealis Leonardi imperiali et terre Pagi auctoritate notarius rogatus scripsi, publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernlj. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Domtnika no. 720.

Krnja mjesta nadopunjena su iz kopije 18. vj.

*

307.

1347, 12. oktobra. U Ninu.

Samosian sv. Marije u Ninu moli Nikolu od Jakina, vikara meštra dominikanskoga reda, da uvede red u njega.

In nomine domini dei eterni amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo t[recente]ssimo quadragessimo septimo, indictione prima, die duodecimo mensis octubris, None. Tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis pape sexti anno sexto. Cunctis hoc publico instrumento pateat euidenter, quod constitute coram venerabili et religiosc viro domino fratre Nicolao de Ancona reuerendi in Christo patris domini fratris Garcini magistri ordinis fratrum Predicatorum vicarii in Dalmacia eiusdem ordinis: sorores Lipa que dixit se perseuerasse in monasterio annos sexaginta, Fumia que dixit perseuerasse in monasterio annos sexaginta, Benedicta que dixit perseuerasse in monasterio annos quinquaginta, Catica que dixit perseuerasse in monasterio annos quadraginta, Stosia que dixit perseuerasse in monasterio annos quadraginta,. Maria que dixit perseurasse in monasterio annos triginta quinque, Franica que dixit perseuerasse in monasterio annos viginti quatuor, Elisabet que dixit perseuerasse in monasterio annos viginti quatuor, FraniQa iunior de Jadra que dixit perseuerasse in monasterio annos viginti vnum, Gracia que dixit perseuerasse in monasterio annos decem septem, Marina que dixit perseuerasse in monasterio annos decem et septem, Caterina que perseuerauit in monasterio annos quindecim, Margarita que perseuerauit in monasterio annos quindecim, ClariQa que perseuerauit in monasterio annos tresdecim, Lucia que perseuerauit in monasterio annos decem, Cecilia que perseuerasse dixit in monasterio annos decem, Goislaua que dixit perseuerasse in monasterio annos tres, que representant et sunt collegium totum monasterii sancte Marie de ciuitate None, deficientibus et interesse nolentibus sorore Marta, que se gerit et aseruit hactenus abbatissam et pro abbatissa eiusdem monasterii se gessit et Catelina et Delica eius complicibus eidem adherentibus, ac in presencia mei notarii publici et testium subscriptorum ex certa sciencia sponte, deliberate atque consulto confesse fuerunt ibidem omnia et singula infrascripta: In primis, quod, cum ipse ab eo tempore, quo supradicta soror Marta fuit per inpreskmem(!) in dicto monasterio intrusa seque pro abbatissa dicti monasterii gessit, rebellare et in rebeliione persistere supradicti ordinis fratrum Predicatorum in suarum animarum periculum atque dispendium coacte fuerunt per eandem sororem Martam fauentibus eidem et pre-

bentibus consiiium, auxilium, fauorem multis viris potentibus, prelatis, clericis et secularibus usque in diem presentem, nunc ipse prenominate sorores, ut asseruerant, existentes in libertate sua dixerunt se iuisse et cum instantia rogari fecisse prenominatum dictum vicarium qui nunc presens est, quod ad eas et dictum monasterium regularibus obseruanciis dissiplina penitus destitutas se dignaretur conferre visitandum et reformandum tam in capite quam in membris, tam in spiritualibus quam temporalibus, que reformanda uiderit ac etiam corrigenda, prout secundum deum et de iure visitari, reformari et corrigi debet atque prout ipsum a prima sui orrigine monasterium per fratres prenominati Predicatorum ordinis visitatum, reformatum extitit et correctum, ne relictis orriginalibus dicti ordinis institutis viderentur ad communia aliorum monasteriorum iura diuertere et ob hoc earum et dicti monasterii exemptionis priuilegium renunctiare. Nam in rescripto siue priuilegio felicis recordationis domini Johannis pape XXII. dicto monasterio super exemptione concesso, idem dominus papa appellat eas esse ordinis sancti Augustini et secundum instituta et sub cura fratrum ordinis Predicatorum uiuentes, prout in eodem priuilegio dato Avinione IIII^{0},' idus iunii, pontificatus ipsius anno XV., a me infrascripto memorato notario viso et lecto hec et alia nlenjnc *^₤ corinciiic OAnfinonfnr Tf otn rlixpcn-п tif of ncornQi-nnf nrnnt -3 \-\ pivinuo »-L owivoiuo wiiuuCliiui. iivin uiALiuui i—L aov.iuviuiitj L*Ivui au antiquioribus sororibus dicti monasterii intellexerunt, dictum earum monasterium fuisse fundatum hoc modo: Quia silicet uenientes de partibus Vngarie ac fugientes quinque sorores cuiusdam monasterii siti in partibus Vngarie uocati Vesprimium ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum dicti Predicatorum ordinis constituti a persecutione Tartarorum, in quarum quinque sororum comitiua erant fratres Predicatores; nomina quarum quinque sororum dixerunt hec esse: Soror Egipcia filia Symonis bani, soror Cristina, soror Elena, soror Margarita et soror Maristella; ouarum quatuor remanentes in ciuitate None ordinauerunt dictum monasterium in dicta ecclesia sancte Marie, quinta uero soror nomine Elena iuit Jadram et ibidem ordinauit monasterium uocatum sancte Marie de Alta ripa siue de Melta. Item dixerunt et asseruerunt, quod ante dicte sororis Marte inpressionem, electionem et intrussionem(l) semper tam que nunc sunt, quam earum predecestrices seruasse regulam beati Augustini et instituta fratrum Predicatorum, et quod .fuerunt semper sub cura eorundem fratrum, uixerunt(!) et a singulis sororibus eiusdem monasterii semper fuisse consuetum facere professionem in hac forma: Ego talis soror promitto obedienciam deo et beato Dominico et tibi priorisse N. monasterii sancte Marie de- Nona vice magistri ordinis fratrum Predicatorum et succestricibus tuis secundum regulam et constitutiones fratrum ordinis Predicatorum, quod ero

obediens tibi tuisque successoribus usque ad raortem. Item asseruerunt semper omnes et singule presidentes eiusdem monasterii que fuerunt ante mtrusionem dicte sororis Marte appellatas fuisse et se ipsas appeliasse priorissas, quamuis moniales et sorores iusta (!) croaticum ydioma uocentur opatice et abbatisse et quod per prouinciales fratrum dicti ordinis et v[icario]s magistri ordinis et prouincialium ordinis Predicatorum fuisse prefectas et confirmatas absque benedictione, consecratione et in signis anulorum, prout preficiuntur et confirmantur in ceteris monasteriis secundum instituta et sub cura fratrum sepedicti ordinis Predicatorum existentibus. Item asseruerunt se diuinum officium dicere ac celebrare, quod et prout celebrat ordo fratrum Predicatorum. Item asseruerunt, quod prout audierunt ab antiquioribus et ipse uiderunt semper ante dicte sororis Marthe intrusionem sorores et ipsum monasterium visitatum fuit tam in capite quam in membris, tam in spiritualibus quam in temporalibus et correctum per prouinciales et vicarios magistri ordinis et prouincialis Vngarie ordinis Predicatorum; quorum dixerunt se habere infrascriptam memoriam, qui dictum monasterium uisitauerunt: In primis fratris Dominici prioris prouincialis Vngarie dicti ordinis Predicatorum, item fratris Marcelli vicarii, item fratris Petri Mansueti vicarii, item fratris Tohannis Colos vicarii, item fratris Andree Veglensis vicarii, item fratris Thome Coccho vicarii, item fratris Mathie eiusdem ordinis Predicatorum inquisitoris heretice prauitatis et visitatoris; ad quorum aduentum ad dictum monasterium sorores omnes ipsius monasterii ad sonum campanelle congregabantur sollempniter in capitulo uel in ecclesia supradicta; quibus congregatis ipsi visitatores, silicet prouinciales et vicarii magistri et prouincialium predictorum inquirebant tam de uita et honestate priorisse quam ceterarum aliarum sororum, reformantes et corrigentes, si qua essent reformanda ac etiam corrigenda. Item asseruerunt, quod tempore regiminis dicte sororis Marthe dominus Balianus tunc archiepiscopus Spallatensis voluit dictum monasterium uisitare, qui a sororibus dicti monasterii non admissus recessit, visitationis officio minime intemptato; item asseruerunt, quod frater Johannes tunc abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra insiitutus visitator monasteriorum Dalmacie ordinis sancti:"Benedicti, uolens ire Nonam ad visitandum monasterium ipsum tamquam monasterium ordinis sancti Benedicti, presens Nonensis episcopus, silicet dominus Johannes nunctiari fecit fratri Nicolino priori Jadrensi et aliis fratribus conuentus Jadrensis, quod uenirent et prohiberent predicturr. abbatem, ne dictum monasterium uisitaret cure eorundem fratrum commissum, et fratres Nonensis conuentus hoc audito miserunt Jadram ad hec fratrem Bogdanum Nonensem ordinis Predicatorum. Item asseruerunt et dixerunt predicte sorores, quod dum dicta

soror Marta faciebat se in abbatissam consecrari, quod sorores ipsius monasterii contradicebant constanter et fratres Predicatores; qui ibi aderant similiter dicentes eidem: »Tu cuni sis ordinis fratrum Predicatorum non debes consecrari in abbatissam nec uocari abbatissa set priorissa. quia nunquam fuit consuetum in ordine nostro, quod priorisse uocentur abbatisse nec quod faciant se in abbatissas consecrari«; et quod protestatum fuit ex parte sororum per sororem Mariam Signiensem et ex parte fratrum per fratrem Stephanum Tragurinum, et quod non debebat nec poterat de iure in abbatissam consecrari. Item asseruerunt, quod semper tempore priorissarum predecestricum et etiam aliquibus annis tempore sepedicte sororis Marthe fratres Predicatores qui successiue deputati fuerunt per priores prouinciales et vicarios magistri et prouincialium ordinis Predicatorum et generale capitulum creatos audiuerunt confessiones ipfarum sororum eisque ministrabant omnia alia ecclesiastica sacramenta, quorum confessorum predictorum dixerunt de ceteris recordari nominum fratruum(l) infrascriptorum silicet: Fratris Marcelli, fratris Thome Jadrensis, fratris Andree Veglensis, fratris Bernardi, fratris Anbrosii Sibinicensis, fratris Stephani Tragurini, fratris Andree Jadrensis, fratris Johannis de Brachia, fratris Virici Teotonici, fratris Petri Sassabassa de Nona, fratris Michaelis Ragusini, fratris Petri Sadarini Nonensis. Recognoscentes ex certa scientia dicto ordini dictorum fratrum a prima dicti origine monasterii tam ex forma suorum priuilegiorum apostolicorum, quam ex iure consuetudinis iam prescripte se esse subiectas et se vixisse secundum regulam beati Augustini et secundum instituta et sub cura fratrum ordinis Predicatorum predicti, ipsumque monasterium et sorores eius ad gubernationem et curam fratrum sepedicti ordinis de iure plenissime pertinere seque nictiilominus ex habundanti suorum priuilegiorum uigore et omni modo et forma et iure, quibus melius et firmius potuerunt et debuerunt de nouo supradicto fratri Nicolao vicario magistri eiusdem ordinis, recipienti vice et noinine ipsius magistri et ipsius ordinis se subdere, promictentes et iurantes[1] in animabus earum predictam regulam beati Augustini tam ipse quam subcestrices earum seruare ac uiuere secundum instituta et sub cura fratrum ordinis sepedicti. Quo circa prenominatum dominum fratrem Nicolaum vicarium instantissimis precibus rogauerunt, quatenus per asperssionem sanquinis Yesu Christi dignaretur dictum earum monasterium visitare, reformare ac corrigere tam in eapite quam in membris, tam in temporalibus quam in spiritualibus, ipsasque sorores de perditionis inuio ad uiam salutis dirigere prout decet, ne in extrema tremendi iudicii die ipsarum anime

[1] Umetnuto na koncu listine.

de eius matribus requirantur. Quibus dictis et per ipsum dominum vicarium intellectis, idem dominus vicarius respondit dicens, quod diuini numinis et caritatis intuitu et pro conseruatione iurium et iurisdictionis ordinis dictorum fratrum Predicatorum, que idem ordo habet in dicto monasterio, ut clare constat tam ex priuilegiis sedis apostolice ipsi monasterio indultis quam ex supradictis aliis per dictas sorores narratis et dictis erat et est paratus petitionibus dictorum sororum annuere ac facere que postulant cum effectu ex nunc cotidie, donec dictum monasterium fuerit reformatum in capite et in membris. Rogantes me notarium infrascriptum coram testibus infrascriptis, vt de predictis ad cautelam et • ad perpetuam rei memoriam publicum conficerem instrumentum. Actum est hoc et firmatum None in ecclesia monasterii sancte Marie predicti, presentibus discreto et conspicuo viro magistro Johanne phisico salariato pro comune None filio condam Giricardi de Qtadella, ac nobilibus viris Milgosto condam Stephani, Borssa condam Stoiani et Jacobo condam Thomxe, ciuibus None, testibus uocatis ad hoc specialiter et rogatis et aliis pluribus.

(Signum not.J

Et ego Egidius condam Simonis de Ripatransonis ex apostolica et lmperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius publicus et nunc iuratus cancellarius ciuitatis None predictis omnibus interfui et rogatus scrjpsi et publicaui et meum signum apposui consuetum. Suplens proprium defectum huius clausule silicet: »et iurantes«, que debuit scribi in fine LXXXV. et in principio linee LXXXVI.

Original na perg. u gubern. arkivu u Zadra; odio samoslana sv. Dominika. no. 1046.
*Farlati III. sacr. V. p. 77—*S *donosi fragmenat.*

308.

1347, 12. oktobra. U Ninu.

Pred Nikolom od Jakina, vikarom meštra reda dominikanskog izjavljuju koludrice samostana sv. Marije u Ninu, da. su vidjele privilegij fiafiin, kojim one potpadaju redu dominikanskom; i pripovijedaju način, kako je ovaj ukraden.

In nomine domini dei eterni amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo septimo, indictione prima, die duodecimo octubris, None. Temporibus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Qementis pape sexti anno sexto pontificatus. Ad perpetuam rei memoriam per hoc publicum instrumentnm pateat euidenter, quod coram venerabili et religioso viro domino fratre Nicolao Anconitano venerabilis patris domini fratris Garrini magistri ordinis Predicatorum vicarii in Dalmacia constitute personaliter infrascripte sorores monasterii sancte Marie de Nona, asseruerunt et dixerunt se habuisse et uidisse -quoddam apostolicum pnuilegium, cuius uirtute et uigore erant incorporate et vnite tam ipse quam ipsarum monasterium ordini Predicatorum et eorum cure commisse et auctoritati et iurisdictione subiecte; et quia soror Marta postquam per inpressionem fuit in abbatissam ipsius monasterii intrusa, uolens modis quibus poterat eximere se a iugo dicti ordinis, molliebatur et omnem dabat quam poterat operam ipsum priuilegium destruendi, quo ab obedientia ipsius ordinis posset facilius resilire; et cum hoc ad notitiam ipsarum sororum peruenisset indiciis manifestis, ipsum priuilegium fratri Petro Richaboni priori conuentus Nonensis ordinis Predicatorum in custodiam tradiderunt. Dicta autem soror Marta nolens a suo prauitatis proposito declinare, quemdam sacerdotem nomine Quirinum de Nona aduocauit et quibus potuit petitionibus et promissionibus instigauit, ut ipsum priuilegium de loco Fratrum Predicatorum prefato subriperet quoquo modo: Qui presbiter Quirinus dicte Marte malicionibus condescendens, contracta cum dicto fratre Petrq maiori familiaritate so-,lita et cum eodem frequentissime conuersando, scitoque dictum priuilegium fore repositum in cassella dicti fratris Petri prioris prefati, dum frater Petrus predictus Jadram iuisset, idem presbiter Quirinus captata oportunitate temporis de nocte intrauit conuentum fratrum Predicatorum predictum et cassellam, in qua dictum priuilegium erat repositum furtiue substulit et exportauit et fracta ipsa cassella recepit ipsum priuilegium et dicte sorori Marte tradidit et assignauit. Cuius rei postmodum per manifesta indicia et signa euidencia inuenta ueritate, dictus frater Petrus primo porrexit domino Johanni Nonensi episcopo querimoniam de predictis et postmodum domino Dominico archiepiscopo Spalatensi, qui tunc Nonensem ciuitatem et eius diocesim presentialiter uisitabat, sua auctoritate metropoliticha petiuit sibi fieri iustitiam de predicto Quirino presbitero, qui se malitiose et furtim cassellam ipsam et priuilegium substulit fraudulenter. Dictus uero dominus archiepiscopus uolens iustitiam facere de predictis, dum esset in ecclesia sancte Marie de Nona coram cleri, populi multitudine numerosa fecit sibi presentari dictum presbiterum Quirinum ligatis a tergo manibus et quesiuit ab eo, si priuilegium ipsum, de quo nunc mentio est, maiiciose et furtim recepisset. Idem autem presbiter Quirinus post plurimas amonitiones, corectiones et alter-

cationes finaliter sic respondit: »Domine archiepiscope, anima mea est in manibus dei et caput et corpus meum est in manibus uestris, faciatis de me quicquid placet uobis. Ego recepi dictum priuilegium furtiue et maliciose cum tota casseila fratris Petri prioris fratrum Predicatorum de Nona predicti, et ipsum priuilegium dedi sorori Marte, ad cuius instigationem feci maliciose omnia supradicta«. Et cum dictus dominus archiepiscopus ibidem coram prefata multitudine exigeret a predicta Marta quid fecisset de dicto priuilegio aut ubi est, quamuis requisita multotiens procerue teneret negatiuam; finaliter tamen dixit, se ipsumpriuilegium a predicto presbitero Quirino habuisse et ipsum per plura frusta et minime incidisse. Nomina autem sororum que ipsum priuilegium uiderunt pluries et postea quando datum fuit in custodiam fratri Petro antedicto sunt hec: Sorores Lipa, Fumia, Chatija, Benedicta, Stosia, Maria, Franica, Elisabet, Franiga iunior de Jadra; omnes autem alie sorores ipsius monasterii sancte Marie de Nona dixerunt et asseruerunt, se audiuisse premissa omnia distincte et ordinate ab antiquioribus sororibus ipsius monasterii prout est suprascriptum; rogantes me notarium infrascriptum coram testibus infrascriptis, ut de predictis onmibus ad cautelam et certitudinem plenariam conficerem publicum instrumentum, exceptis sororibus Catelina et Delica complicibus dicte Marte. Actum est hoc et firmatum None in ecclesia sancte Marie predicta, presentibus discreto et sapienti viro magistro Johanne phissico(i) salariato pro comune Nonense filio condam Giricardi de Cittadella, Milgosto condam Stephani, Borssa condam Stoianni et Jacobo Thomse, nobilibus viris, ciuibus None, testibus uocatis ad hec specialiter et rogatis et aliis.

(Sign. not.)

Et ego Egidius condam Simonibus(l) de Ripatranssi (!) ex apostolica et imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius publicus et nunc iuratus cancellarius ciuitatis None predictis relationibus et dictis predictarum sororum interfui et rogatus de predictis omnibus scripsi et publicaui et meum signum aposui consuetum.

Original na pergam. u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Domlnika no. 1049).

309.

1347, 14. oktobra. U Trogiru.

Trogirani izabiru dvadeset Ijudi, koji te rasfiravljati s knezom Mladenom.

Eligantur per consilium et curiam XII sapientes ad tractandum cum comite Mladino de auxilio ei dando, et cum Spalato et Sibenico paciscendo. Estimatus valor ducati. Electi duodecim: Daniel Jacobi, Caxotus Nicole, Vincentius Ampleusii, Gregorius Salinguere, Dessa Ioannis Lucii, Baronus Silvestri, Joseph Stephi, Federicus Mathei, Jacobus Daniel, Blasius Marini, Andreas Gauxiti, Lucanus Desse.

Notae jfoannis Lucii. Jo/. 12. a. Starine XIII. 232.

310.

1347, 16. oktobra. U Budimu.

Ljudevii kralj ugarski i hrvatski riješava Zagrepčane od svakoga isijerivanja daća i proglašuje ih slobodnima.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis universis prelatis, baronibus, comitibus, [castellanis], nobilibus et aliis cuiusvis status et dignitatis hominibus, eorumque vices gerentibus; item civitatibus et liberis villis. . . . .bus, iudicibus et villicis tam in terris quam in aquis tributa habentibus, quibus presentes ostendentur salutem et graciam. Exhibuit nobis Jexa iudex civitatis Grechensis de Zagrabia et Benedictus civis de eadem, sua et universorum civium seu hospitum de predicta civitate nostra in personis, conquerendo, quod vos contra ipsorum libertatem per predecessotes tiostros concessam et per nostram maiestatem eisdem confirmatam, in locis tributorum vestrorum ab ipsis tributa exigeretis et exigere faceretis, litteras predictas tam predecessorum nostrorum quam nostras confirmatorias parvipendendo. Super quo fidelitati vestre regio edicto firmiter damus in preceptis, quatenus a prefatis civibus et hospitibus nostris de monte Grechensi nullum tributum, nullamve tributariam exaccionem recipere et exigere contra libertatem ipsorum per predecessores nostros predictos factam et per nos eisdem confirmatam, presumpmatis; secus sicut nostram regiam indignacionem

graviter incurrere formidatis, facere nullatenus audeatis. Datum Bude, in festo beati Galli confessoris anno domini millesimo CCCXL septimo.

Original u arkizm grada Zagreba, na ledjima trag utisnuta peeata. Drugi originalm primjerak u arkivu jugoslavenske akadeimje u Zas;rebu. Diplomata 1347,

Tkalčic Monum. civ. Zagrab. I. 191.

311.

1347, 18. oktobra. U Zagr.ebu.

Kaptol zagrebački j'avlj'a Stj'epanu podžupanu varaidinskom, da je po njegovom nalogu fod 17. septembra g. 1347.) obašao medje imanj'a Zelnice.

Nobili viro magisiro Stephano filio Johannis vicecomiti Warasdiensi et castellano de Vynnyche capitulum Zagrabiensis ecclesie salutem et amiciciam paratam cum honore. Noueritis nos vestras recepisse litteras in hec verba: *(Slijedi listina od 14. septembra 1347.)* Vnde nos peticionibus vestris pro communi iusticia annuentes cum predicto Laurencio filio Johannis homine vesiro discretum virum dominum Nicolaum archydiaconum de Kamarcha, socium et concanonicum nostrum ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmittendum; qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod ydem homo vester presente pso nostro testimonio feria quinta, videlicet in festo beati Luce ewangeliste nunc preterito, ad iaciem dicte possessionis prenotati Dominici hereditarie Zelnyche vocate in Zagoria in dicto comitatu Warasdiensi constitute accessit, ibique eandem conuocatis vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis et presentibus per veras eius metas et antiquas nouas iuxta veteres vbi necesse fuit erigendo, et sic ab aliorum possessionibus distingendo et separando, nemine vicinorum et commetaneorum suorum dicte possessionis reambulacioni et metarum ereccioni contradictore apparente et existente, ymo ipsis vicinis et commetaneis suis premissis consencientibus, reambulauerunt. Mete autem ipsius possessionis Zelnyche vocate sicut nobis ydem homo vester et noster in scriptis attulerunt hoc ordine distinguntur, videlicet prima meta incipit ab oriente in aqua Mozchiche vbi ab utraque parte vicinatur terris Jacobi filii Johannis et ibi posita est meta in arbore tul cruce signata, inde vadit per antiquam viam ad montem semper iuxta metas eiusdem Jacobi ad aliam arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, iterum sursum in magno

spacio et peruenit ad terras Bratillo condam, que terre[1] nunc sunt occupate ad castrum Belech et ibi astitit personaliter Petrus filius Nicolai pro Dionisio fratre suo iudice iobagionum pertinencium ad ipsum castrum Belech, vbi eciam est arbor tul cruce signata meta terrea circumfusa, inde descendit directe ad fossata, vbi iterum est arbor tul cruce signata meta terrea circumfusa, inde uenit ad aquam Zelnyche, per cursum eiusdem vbi peruenit ad terram Prepostouch vocatam, inde ad aliam aquam Melniche vocatam et asscendit ad montem et peruenit ad quendam puteum vbi fuit condam locus pisscature et nunc apparet pertinens ad predictam terram Prepostouch, ab hinc ad montem et viam que vadit ad Hraschinam, semper terra Prepostouch vicina et commetanea, ab hinc transeundo terram Prepostouch venit ad terram supradicti Jacobi que nominatur vallis Buda, vbi est arbor tul cruce signata meta terrea circumfusa, ab hinc adarborem piri meta terrea circumfusa(!) venit ad meridiem ad montem Gradech, inde inira descendendo ad caput putei vbi sunt commetanei Andreas et Gregorius filii Branych qui personaliter ibi astiterunt, ab hinc de capite putei ad aquam Crapina iuxta vbi est molendinum Johannis filii Pauli, per quam aquam Crapina in magno et longo spacio per meatum eiusdem venit ad aquam Batina, vbi ultra aquam ipsius Batina est commetaneus magister Nicolaus filius Petri de Ludbregh, per quam aquam Batina in magno et longo spacio procedendo venit iterum ad Moztiche, videlicet metam primitus nominatam, nullo commetaneorum predictorum aliquam contradiccionem facientibus, et ibi terminatur. Datum die et anno domini supradictis.

Iz prij'episa istoga kaptola od 19. oktobra g. 1347., prepisano ponovno 8. novembra 1372.

Orlginal potonjeg prijepisa (od g. 1372,) u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1347.

U arkivu jugostavenske akademije nalazi se doduše originat ove llstine (od 18. oktobra g. 1347.) na pergameni, ali je tako izjeden i krnji, da se je mogao rabitl tek sekundarno.

Na tom originalu nalazi se svilena vrpca zelene г žute boje; pečat je otpao.

[1] Pisano dva puta.

312.

1347, 19. oktobra. D Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu Dominika sina Jakoba de Zelnicha svoju listinu (od 18. oktobra g. 1347.), kojom se odredjuju medje posjeda Zelnice.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod nos anno domini MCCCXL° septimo. feria sexta proxima post festum beati Luce .ewangeliste ad peticionem Dominici fiJii comitis Jacobi de Zelnicha de comitatu Warosdiensi tenorem quarundam litterarum nostrarum directarum nobili" viro magistro Stephano filio Johannis vicecomiti Warosdiensi et castellano de Vynniche presentibus de uerbo ad uerbum inseri fecimus et nostro sigillo pendenti consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola zagrebackog od 18. oklobra god. 1317.).*

Iz originalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od 8. novembra 1372.
Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1347.

313.

1347, 22. oktobra. U Modrušu.

Dujam knez krčki poivrdjuje svome nećaku iupaniju bužansku.

Universis et singulis presentes litteras imspecturis nos Duymus comes Wegle, Modruse et Posage, memorie commendamus, quod donationem et graciam per dominum regem Hungarie comiti Gregorio filio condam Pauli bani et Georgio nepoti nostro, filio olim comitis Pauli fratris eiusdem, videlicet comitatum Busan, nos litteris mediantibus perpetualiter confirmamus eis et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus cum eisdem libertatibus prout in privilegiis regalibus plenius continebatur, quos et gracia speciali regia habebamus et promittimus fide nostra et domine consortis nostre domine Elizabet omuiumque nostrorum bonorum hominum ipsos comites Gregorium et Georgium nepotem nostrum, fraternaliter tractare et eos manutenere in eo, prout in privilegiis regalibus plenius declaratur et non contrafacere modo aliquo vel ingenio per nos vel aliquem nostrum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ipsis comiti Gregorio et Georgio nepoti nostro et eorum heredibus heredumque suorum successoribus nostras litteras nostri sigilli pendentis appositione consignatas duximus concendendas. Datum in foro Modruse, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, die XXII. mensis octobris.

Originat na perg. zi kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti : M. O. D. L. 33.923. Stara signatura N. R. A. fasc. 1647 no. 6.
Na listini, koja je potpuno sačuvana, ne vidi se nikakav trag, da je visio pečat.
Na ki'ptu savremena bilješka: Tenor literarum comitis Duyiui.
Feje'r. Cod. dipl. Hung. IX. 1. p. 552—3. po rukopisu Szechenyevom tom. V. no. 25.

314.

1347, 28. oktobra. U Mitroviei.

Dominik ban mačvanski povraća Denku sinu Dimitrija Radovanskoga selišta u Myketelukama, po što mu je ovaj platio založnu svoiu.

Nos Dominicus banus de Machou, comes Syrmiensis, Bachyensis, Wesprimiensis, de Wolkou et de Baranya, memorie commendantes significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, quod cum nos quandam sessionem ville Myketeluke vocatam, iuxta possessionem Radoan nuncupatam immediate adiacentem cum omnibus suis vtilitatibusi terris videlicet arabilibus ac cum directa medietate silue ad eandem pertinente in comitatu de Baranya predicto existentem, per magistrum Denk filium Demetrii de predicta Radoan, comiti Nicolao filio Iuanka, pro octo marcis pignori obligatam, pro iudiciis centum marcarum, in quibus idem comes Nicolaus super quadam furtiua pace cum predicto magistro Denk in produccionibus duorum testimoniorum, in facto subtraccionum duorum equorum et quorundam piscium prefati magistri Denk per eundem in capitulo ecclesie de Kw contra memoratum comitem Nicolaum filium Iuanka productorum habita et commissa, per ipsum scilicet comitem Nicolaum nobis utpote iudici, de **iure** fore conuictus dinoscebatur, mediante homine regio et testimonio conuentus Pechwaradyensis iuxta regni cousuetudinem, simul cum aliis possessionibus eiusdem comitis Nicolai filii Iuanka, pro nobis occupari et applicari fecissemus, tandem i'dem magister Denk, ad nos veniens litteras capituli ecclesie Boznensis patentes nobis demonstrauit, in quibus predictam sessionem Myketeluke vocatam per ipsum magistrum Denk prenotato

comiti Nicolao filio Iuanka pro octo marcis predictis impignoratam fuisse cognouimus, petens idem magister Denk ipsam suam sessionem siue possessionem a nobis sibi dari ad redimendum; vnde quia eadem sessio Myketeluke nuncupata possessio ipsius esse et fuisse, et per ipsum sepefato comiti Nicolao pro predictis octo marcis impignorata extitisse reperiebatur, ipsique magistro Denk magis et plus quam alicui alio, a nobis redimere de iure congruebat, ideo nos eandem preallegato magistro Denk super ipsis octo marcis reddidimus et remisimus, ipseque magister Denk ipsam sessionem tanquam suam possessionem sibi a nobis redemit, predictas octo marcas plene nobis persoluendo iuxta continenciam predictarum litterarum capituli ecclesie Boznensis, marcam quamlibet cum sex pensis computando. Datum in sancto Demetrio, in festo apostolorum Symonis et Jude beatorum, anno domini M°CCC°* quadragesimo septimo.

Original u kr. zem. arkivu ti Zagrebti: Doc. medii aevi. Pečat, koji bi-jaše na hrptu pritisnut otpao je.

315.

1347, 1. novembra U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim zalaže Petar sin Oslov imanje svoje Calad Dominiku banu mačvanskomu.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus per presentes, quod magnificus vir Dominicus banus de Macho ab vna parte, ex altera uero magister Petrus filius Osl frater suus consanguineus coram nobis personaliter constituti, idem magister Petrus filius Osl confessus extitit viua voce et spontanea sua voluntate, quod ipse possessionem suam Chalad uocatam in toto, item aliam possessionariam porcionem suam in possessione Chapred uocata habitam ipsum contingentes in comitatu Supruniensi existentes, cum omnibus ipsarum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis ad easdem spectantibus et vno molendino in fluuio Repche currenti ad predictam Chalad pertinentem, pro viginti marcis promptorum et dupplicatorum denariorum compoti Syrimiensis plene per ipsum Petrum, prout dixit, ab eodem Dominico bano habitis et receptis a die datarum presencium per decem annorum spacium post sese succedencium confessus extitit eidem Dominico bano sponte et liberaliter titulo inpignoracionis obligasse et inpignorauit coram nobis. Tali condicione interiecta mediante, quod idem Petrus prenotatam possessionem et possessionariam porcionem suas, modo ul supra, eidem Dominico bano inpignoratas usque reuolucionem ipsorum decem annorum nullo modo nulloque quesito colore, per nullam racionem rehabere et redimere possit a Dominico bano prenotato, transacto autem ipso decimo anno, quandocumque et cuiuscumque temporis in curriculo idem Petrus uel filii et heredes sui prenotatam possessionem et possessionariam porcionem suas cum predicta quantitate pecunie viginti marcarum latorum denariorum vyennen[sium], quamlibet marcam cum decem pensis vyennen[sibus] computando, corani capitulis scilicet Jauiyensy vel Castri ferrei ecclesiarum redimere possint et valeant a Dominico bano uel eius filiis et posteris; idemque Dominicus banus uel eius filii et heredes pro prenotate pecunie quantitate viginti marcarum vyennensium eidem Petro uel eius posteris resignare et remittere tenebuntur absque aliquali pena duppli et vinculo grauaminis pecunie prenotate. Ad que omnia premissa et[1] premissorum singula eedem partes se coram nobis spontanea eorum obligauerunt voluntate. Datum in festo omnium sanctorum, anno domini MCCC°XL° septimo.

Original na papiru u biblioteci narod. muzeja u Budimpeštig. 1347.; bivša zbirka Jankovićeva. — Na hrptu vidi se trag okrugla pritisnuta pečata.

316.

1347, 3. novembra. U Avignonu.

Podaju se razni oprosti u samostanu svete Marije u Zagrebu.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint, nos miseracione divina Adam Parenensis, Franciscus Canticensis, Nicholaus Acciensis, Jacobus Hairensis, Gregorius Salimensis, Augustinus Destillariensis, Johannes Tribuniensis, Gregorius Opidensis, Thomas Tiniensis, Nicholaus Suanensis, Auancius Xanthiensis, Johannes Termipolensis, Franciscus Brehensis, Petrus Calliensis et Benedictus Sarronensis, episcopi, salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum inefifabili claritate illuminat, pia vota fidelium de clementissima maiestate ei sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuvetur. Cupientes igitur, ut ecclesia sive monasterium beate Marie in Zagrabia congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter

[1] Mrlja, pak iznad nje: et.

veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis beate Marie feslivitatibus et in omnibus aiiis infrascriptis, videlicet, natalis domini, circumcisionis, epiphanie, parasceves, pasche, ascensionis, pentecostes, trinitatis, corporis Christi, invencionis et exaltacionis sancte crucis, Michaelis archangeli, et in omnibus festis sancti Johannis baptiste, beatorum Petri et Pauli apostolorum et omnium aliorum apostolorum et ewangelistarum, in festo omnium sanctorum et in commemoracione animarum, et in dicte ecclesie dedicacione, sanctorumque Stephani, Laurencii, Georgii, Martini, Nicholai, Gregorii, sanctarumque Marie Magdalene, Katerine, Margarete et per octavas omnium festivitatum predictarum octavas habencium, singulisque diebus dominicis causa devocionis, oracionis aut peregrinacionis accesserint; seu qui missis, predicacionibus, matutinis, vesperis aut aliis divinis officiis, exequiis et mortuorum sepulturis ibidem interfuerint; aut qui corpus Christi vel oleum sacrum, cum infirmis portentur, secuti fuerint, vel qui in serotina pulsacione campane flexis genibus ter: Ave Maria dixerint, necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta dicte ecclesie manus adiutrices porrexerint, aut qui in eorum testamentis vel extra, aurum, argentum, vestimenta, libros, calices, oleum, ceram, lampades aut quevis alia dicte ecclesie necessaria donaverint, legavernt aut donari vel legari procuraverint, seu qui dictam ecclesiam et eius cimiterium pro animabus corporum inibi iacencium circuiverint, et qui pro abbate dicte ecclesie sive monasterii istius indulgencie impetratore suisque parentibus et amicis et pro omnibus dicte ecclesie sive monasterii benefactoribus vivis et mortuis pie deum exoraverint, quocienscumque et quandocumque et ubicumque premissa vel aliquid premissorum devote fecerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, singuli nostrum XL. dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in deo relaxamus, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris apposuimus. Datum Avinionii, **III.** die mensis novembris, anno domini MCCCXLVII., et pontificatus domini Clementis pape VI., anno sexto.

Original u arkivu kaptola zagrebačkoga fasc. 88. no. 50. pečati su oipah.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 191. —1!)2.

317.

1347, 4. novembra. — 1349, 8. aprila. U Lastovu.

Radi se o prodoji zemlje.

In Christi nomine amen. Hec est copia copie cuiusdam instrumenti reperti in libro comunis Laguste scripti manu presbyteri Georgi capellani et notarii Laguste, cuius tenor per omnia talis est: Sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione quinta decima, die quarto mensis nouembris. Ibi Stoico Miloieuich sua bona et plana uoluntate per se suosque heredes et successores iure proprio et in perpetuum vendidit, dedit et tradidit Radeno de Prodassa recipienti pro se suisque heredibus et successoribus vnum gognaium terre sue posite in loco qui dicitur Napergoue Potpogagnichelmes, que confinat ex parte leuantis cum Vlahouic de Rasumen et ex parte ponentis cum dicto Radeno et cum aliis suis finibus, pro pretio grossorum viginti, quam quantitatem contentus fuit penes se habuisse et recepisse. De qua terra ab hodie in antea dictus Raden cum dei benedictione possit facere omnem suum velle tamquam de sua re propria. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Actum in Lagusta ante domum domini comitis, presentibus Cubriano Dobroeuich et Bogdano Pribich, testibus ad hec uocatis et rogatis.

Et ego Michael scolaris iuratus notarius comunis Laguste, prout inueni in dicto libro, ita hic fideliter copiaui et exemplaui et in puplicam(!) formam redegi de mandato et auctoritate domini Jacobi de Montealto comitis Laguste, nil addens ue' minuens preter punctum uel sylabam, quod sensum uel substantiam immutet. Sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, die octauo mensis aprilis. Actum Laguste, presentibus Bogdano Pribich, Radouan Stanich, testibus ad hec uocatis et rogatis.

(Vlastoručni potpis).

Et ego Jacobus de Montealto comes Lauoste(!) mea manu misi.

Ovjerovljeni savremeni pi'ijepis u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIV.

318.

1347, 15. novembra. U Zadru.

Suci zadarski odsudjuju izvršitelfe oporuke Dobre udove Kršeiiana Fanfogne, da plate Katarini sestri rečene Dobre 200 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indiccione prima, die quintodecimo novembris, Jadre. Presentibus prouidis viris Thoma de Varicassis et *Qa*nino Cose de Prode ciuibus Jadre, testibus uocatis et aliis. Nos Thomas Viadro comes et capitaneus Jadre, Marcus Paulo et Franciscus Bone eius consciliarii(f) intellecta peticione done(!) Catarine relicte condam Marci de Ceuallelis petentis per Nicolaum Marini Petri Ca . e nostre curie aduocatorum a . . . . ss . . condam Nicolai de Nassis de Jadra et Simonem condam Johannis de Florencia tamquam procuratores Viti de Nassis condam Mathei, commissarios condam done Dobre relicte Grisogoni de Fanfogna et semet ipsa dona Catarina commissaria simeliter(l) eiusdem done Dobre, sicut de predictis procuratorio et commissaria curie constitit per publica documenta ; libras quingentas paruorum ad bonam monetam, quas dicta condam Dobra ordinauit in suo testamento dare eidem Catarine statim post mortem ipsius Dobre de summa docium suarum distribuendas, prout ei in secreto comisit. Et intellectis.hiis, que dicti commissarii coram nobis superinde dicere et proponere uoluerint, que pro nichilo habuimus, viso et audito instrumento predicte condam Dobre scripto manu Alexandri condam Vgolini de Stella notarii in millesimo CCCXLVL, indiccione XHII-a, die octauo mensis iunii, continens in hunc modum: »In primis disposuit, quod statim post suum obitum debeant exigi de bonis supradicti olim viri sui libras quingentas paruorum de summa docium suarum per supradictos suos commissarios et dari supradicte Catarine sorori et commissarie sue, quas eadem domina Catarina distribuere debeat, prout eidem in secreto commisit . .«; sedentes pro tribunali, Christi nomine inuocato, per sentenciam pronunciamus et dicimus, quod dicti comissarii de bonis dicte condam Dobre, scilicet de doctibus(!) suis dare debeant eidem Catarine supra dicte libras quingentas paruorum cum expensis, distribuendas secundum formam testamenti predicti; quam pecuniam eidem dar« debeant usque duos menses proximos sub pena quarti applicanda comuni.

(Drugi rukopis).

f Ego Marcus Pauli consiliator manu mea scripsi.

(Drugi rukopis).

f Ego Francischus Bon consiliator manu mea scripsi.

(Signum not.)

Ego Andreas de Senis imperiaii auctoritate notarius et nunc notarius curie comunis Jadre scripsi, signaui et roboraui.

Original na perg. u ark. grof. Begna u Posedarju. P. nв. SS.

319.

1347, 19. novembra. U Zadru.

Nikola od Jakina vikar meštra reda dominikanskoga preslušava samostance istoga reda u Zadru ob odnošaju njihovog samostana sa samostanom sv. Marife u Ninu.

[In Christi] nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione prima, die decimo nono mensis nouembris. Tempore [sanctijssimi patris et domini Clementis ^a^e sexti in oresencia mei notarii et testium infrascriDtorurn. Peli^iosus et honestus vir frater Nicolaus Anconitanus vicarius magistri ordinis fratrum Predicatorum in Dalmacia conuocatis ad capitulum omnibus fratribus et specialiter Nicolino Veglensi, Afnselmo] . . . Leonardo lectore, Marino Veglensi antiquiore, Michaele Sibenicensi rectore domus de Sibenico, Francisco Jadrensi, Johanne suppriore [Johanne de] Braca, Marino Clibotta, Marino de Vegla iuniore et Marino Qauocho conuentus Jadrensis, precepit eis vniuersaliter et . . . . [in] virtute sancte obediencie et spintus sancti inponendo eisdem sub pena excomunicationis, quod interrogati de infrascriptis dicerent meram, puram et plenam veritatem, quam ipsi sciunt, omni affectione sequestrata. Interrogatus igitur per eundem fratrem NicoJaum vicarium frater Anselmus, si sciret, unde habuit originem et principium monasterium sororum sancte Marie de Nona, respondit sic: »Ego audiui pluries ab ore fratris Johannis dicti Cholos vicarii prioris prouincialis Vngarie in Dalmacia nostri Predicatorum ordinis dicentis, quod habebat unam sororem carnalem in monasterio Vesprimiensi posito sub cura et obedientia ordinis Predicatorum et quod ipso monasterio Vesprimiensi erat datum per priorem prouincialem Vngarie cure ipsius fratris Johannis Cholos, et quod ipse uolens eas claudere sicut religiosas, faciebat fieri murum, qui eos concluderet et ipse nolentes concludi, totum quod edificatum erat in die de muro sorores ipsius monasterii de nocte disipabant et quod finaliter

conclusit eas.« Item dixit frater Anselmus, quod dum dictus frater johannes Cholos in capitulo iuxta consuetudinem ordinis recomendabat orationibus fratrum monasteria de Insula, de Vesprimio, de Nona et de Melta, petiuit frater Anselmus ab eodem fratre Johanne, quare preponebat monasterium de Nona monasterio de Melta, et ipse respondit: Quia tempore persecutionis Tartarorum quedam sorores de Vesprimiensi monasterio fugerunt in Dalmaciam et fundauerunt monasterium sancte Marie sororum de Nona et quod aiique sorores ipsius Nonensis monasterii uenerunt Jadram et fundauerunt monasterium de Melta, et propter ipsam causam, ut dicebat, preponebat monasterium de Nona monasterio de Meita. Reliqui autem suprascripti fratres super dicto articulo interrogati responderunt, quod audierunt semper ab antiquioribus suis et predecessoribus, quod monasterium sancte Marie de Nona fundauerunt sorores monasterii de Vesprimio ordinis Predicatorum, que fugerunt de Vngaria tempore persecutionis Tartarorum. Item interrogati predicti fratres per dictum vicarium fratrem Nicolaum, si scirent, utrum monasterium sancte Marie de Nona predictum habuerat priuilegium incorporationis per quod erat subiecium et missum cure ordinis Predicatorum, responderunt frater Nicolinus, Johannes Bracensis, frater Marinus Veglensis antiquior et frater Leonardus, quod dictum rnonasterium habuit priuilegium papale incorporationis et quod dictum priuilegium dolo et machinatione sororis Marte gerentis se pro abbatissa dicti monasterii per ministerium cuiusdam presbiteri Quirini ipsum priuilegium fuit furatum et datum ipsi Marte et per eandem ad plures partes incisum et destructum. Item interrogati predicti fratres per dictum vicarium, quam regulam et constitutiones habebant et obseruabant sorores predicti monasterii, responderunt frater Anselmus, Nicolinus, Johannes Braciensis, Mannus Veglensis antiquior et Leonardus Iector ac Marinus C^auoch, quod dicle sorores habuerunt regulam beati Augustini et constitutiones ordinis fratrum Predicatorum et eas obseruabant et secundum eas viuebant; reliqui autem fratres dixerunt, quod ita audierunt a suis antiquioribus et predecessoribus et quod dictas regulam et constitutiones earum ipsi viderunt. Item interrogad predicti fratres per eundem vicarium : quomodo profitebantur sorores ipsius monasterii Nonensis, responderunt omnes, quod sic audierant semper et nunquam potuerunt audire contrarium, quod predicte sorores profitebantur secundum quod profitentur fratres Predicatores; et addidit frater Johannes Bracensis, quod tempore predicte Marte, dum quatuor sorores iuuenes deberent profiteri, fogatus fuit a dicta Marta, quod portaret eis professionem ordinis Predicatorum scriptam in cedula, vt dicte sorores profiterentur, qui portauit eis cedulam scriptam et professionem ordinis Predicatorum et quod secundum quod continebatur in ipsa cedula, ille sorores professe sunt in sui presencia in manibus dicte Marte. Item interrogati predicti fratres. si scirent: quomodo et quam professionem fecit dicta soror Marta, responderunt omnes, quod audiuerunt ab antiquioribus et predecessoribus suis, quod ipsa professa fuit iuxta regulam et constitutiones quos profitentur fratres Predicatores, et specialiter frater Anselmus et frater Johannes de Bracia audierunt de ore ipsius Marte, quod ipsa fuit professa iuxta modum et ritum fratrum Predicatorum et secundum regulam et constitutiones beati Augustini ordinis fratrum Predicatorum. Item interrogati predicti fratres, si scirent per quos visitabantur et corigebantur et reformabantur predicte sorores, respondit frater Anselmus, quod ipse fuit presens quando frater Andreas Veglensis vicarius prouincialis Hungarie in Dalmaciam(l) ordinis Predicatorum uisitauit supradictum monasterium Nonense sabbato ante quartam dominicam de aduentu et erant cum eodem vicario frater Alexander tunc prior Jadrensis et frater Stephanus de Bogde; frater autem Nicolinus dixit se fuisse socium dicti fratris Andree vicarii quando in alio vicariatu uisitauit sorores monasterii antedicti; et frater Leonardus lector dixit similiter; omnes autem reliqui fratres dixerunt, quod hoc audiuerunt semper a suis predecessoribus et dictum monasterium semper fuit uisitatum per vicarios et prouinciales ordinis fratrum Predicatorum; item dixerunt frater Nicolinus et Marinus Veglensis, quod dum quodam tempore Johannes abbas sancti Grisogoni Jadrensis factus uisitator per suum prouinciale capitulum, uellet uisitare dictum monasterium sancte Marie de Nona, quod Johannes episcopus Nonensis misit ad fratrem Nicolinum predictum fratrem Bogdanum dicendo: »Venite et deffendatis monasterium uestre cure subiectum, ne uisitetur per abbatem Jadrensem, quia ad nullum pertinet eius uisitacio nisi ad ordinem uestrum<. Quare idem abbas propter predictam causam ipsum monasterium minime uisitavit. Item interrogati fuerunt predicti fratres per dictum Nicolaum vicarium, si sciebant, qui ministrabant eis ecclesiastica sacramenta et si fratres, quando audiebant confessiones earum, faciebant premissa uirtute ordinis uel recipiebant Jicenciam ab episcopo ad exequendum premissa, responderunt omnes vnanimiter, quod semper audierant, quod confessores qui dabantur dicto monasterio nullius uirtute alterius nec episcopi nisi sfolum] uirtute ordinis prestabant sororibus ipsius monasterii omnia sacramenta ecclesiastica et quod tales confessores predictarum sororum per prelatos ordinis Predicatorum eis assignabantur; et dixit insuper frater Johannes de Braca, quod ipse fuit confessor antedicti monasferii per sex annos ibidem per suum ordinem assignatus et quod semper uirtute sui ordinis ipsarum confessiones audiebat et dabat eis omnia

sacramenta ecclesiastica et quod nunquam dedit ei episcopus licenciam ad exequendum premissa, nec ipse petiuit, quia non erat neccesse(!), quia omnia que faciebat in illo monasterio circa ministrationem sacramentorum faciebat in uirtute et potestate commissa sibi per superiores et prelatos sui ordinis antedicti et quod non solum abbatissa et sorores prefati monasterii percipiebant ab eo sacramenta ecclesiastica, set omnes famuli et famule ad ipsum monasterium pertinentes ueniebant ad predictum fratrem Johannem ad confessionem et comunionem, sieut semper ab antiquo ad fratres ipsius ordinis abbatissa, sorores et familia eorum elapsis temporibus uenire consueuerunt. Actum est hoc in ciuitate Jadre in capitulo conuentus dictorum fratrum Predicatorum, coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Canino aurifice condam Abraham de Cremona habitatore Jadre et Laurencio aurifice condam Deodati de Jadra et aliis.

(Signum not.j.

Ego Nicolaus Michaelis Leonardi de Jadra imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus interfui, rogatus ab eodem domino Nicolao vicario scripsi et roboraui et in hanc publicam formam redegi signumque meum apposui consuetum.

Original u guberni-jaln. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 1048.

320.

1347, 21. novembra.

Jakob biskup zagrebački šalje na molbu gradjana čazmanskih izaslanstvo, koje odredjuje i obhadja medje njihova teritorija.

Jacobus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod villicus et vniuersi ciues ac hospites libere uille nostre Chasmensis ad nostram personaliter accedendo presenciam a nobis humiliter et deuote postularunt, vt ad reambulandas, limitandas ac renouandas metas territorii eorundem homines nostros fide dignos seu ueridicos destinare curaremus. Quorum peticionibus iustis et condignis annuentes, maxime quia territorium ipsorum metarum renovacionibus, ut dicebant, plurimum indigere, Johannem cantorem, Bartholomeum custodem et Thomam decanum, canonicos ec-

clesie Chasmensis, nec non Johannem sacerdotem, notarium capituli eiusdem ecciesie; item magistrum Petrum comitem de Dombro et Petrum comitem Chasmensem. Martinum villicum dicte libere ville, Ztepk Benedictum de vico sancti Andree, Juuas et Volkech ciues eiusdem uille ad premissa facienda et exequenda duximus pro testimonio transmittendos. Qui quidem homines nostri prenotati demum pariter ad nos reuersi uoce consona nobis retulerunt et in scriptis ipsas metas nobis demonstrarunt tali modo: Prima uidelicet meta incipit in vicinitate terre inferioris Grabroucha magistri Gerardi, que olim fuit Johannis lectoris Zagrabiensis in fluuio Chasma a parte occidentis vbi sicca Grabroucha cadit in eundem fluuium Chasma, deinde exit per eundem seu meatum ipsius fluuii sicca Grabroucha et procedit uersus orientem in longo spacio et peruenit et cadit ad magnum Grabroucha per quem in modico eundo exit ad uiam magnam antiquam, per quam viam tendit uersus septemtrionem ad ecclesiam sancti Andree, inde in fine ipsius ville sancti Andree reflectitur per aliam magnam uiam uersus orientem progrediendo usque ad puteum Grabroui dictum, de quo puteo cadit in predictum fluuium Grabroucha vbi est molendinum capituli, inde supra per eundem fluuium in modico spacio et exit de eodem ad unam paruam uiam euntem uersus occidentem, inde salit et uadit circa quosdam dumos auellanarum et spinarum ac quoddam fenile sacerdotis chori ecclesie sancti spiritus, ipsumque fenetum circuendo a parte orientis cadit ad magnam uiam supradictam et per eandem uiam eundo uersus occidentem cadit ad quandam uallem Sirakazanos dictam, et in ipsa ualle supra uersus aquilonem procedendo exit ad quandam uiam magnam nouam, per quam uadit uersus orientem usque aliam uiam per modum crucis signatam, inde per ipsam uiam minorem tendit uersus septemtrionem et peruenit et cadit in riuulum Jalseuch et per eundem riuulum infra eundo in uicinitate terre Bokona(!) versus occidentem peruenit iterum ad alium Jalseuch et per eundem in modico eundo exit iuxta terras arabiles ecclesie sancti Stephani versus aquilonem et peruenit ad quandam uiam in qua itur ad uillam Bukona supradictam uersus orientem, inde reflectitur iuxta metas eiusdem Bukona et uadit supra uersus aquilonem per magnum spacium et cadit in fluuium Jalseuch, per quem supra eundo uenit ad magnam arborem salicis sitam iuxta magnam uiam publicam, ibique salit ipsum riuulum Jalseuch et procedit in eadem uia supra et peruenit ad arborem pomi siluestris, deinde diuertitur uersus orientem ad arborem piri, inde per uallem infra descendendo cadit ad aliam uallem et in ipsa ualle procedit uersus meridiem fuxta metas terre condam Michaelis iudicis curie vbi est quidam riuulus, et per eundem riuulum supra uersus aquilonem eundo in longo spacio exit

ad metam terre[1] condam Thome filii Pouka, deinde uersus occidentem peruenit ad quemdam dumum spinarum, ab hinc cadit ad uiam publicam supradictam, inde declinat et uadit iuxta metas antiquas ad puteum Bukoui, inde per meatum ipsius putei descendendo cadit in quendam riuulum per quem supra procedendo uersus aquilonem in longo spacio peruenit ad metas terre condam Dragani, inde iuxta eandem procedendo uersus occidentem peruenit ad uiam in qua eundo cadit ad caput cuiusdam uallis, per quam uallem descendit in breui et exit ad arborem harazt, deinde per dumos auellanarum uersus occidentem salit ad uiam magnam, in qua itur de Chasma ad ecclesiam beate virginis, quam pertransit et cadit in quandam magnam uallem, per quam descendendo in longo peruenit ad metam terre subulcorum domini episcopi, inde iuxta eandem terram procedendo uersus meridiem aliquantulum venit ad metam terream antiquam, inde reflectitur ad occidentem peruenit ad arborem piri, deinde cadit ad uallem in qua eundo[2] per magnum spacium cadit in fluuium Chasma, deinde ad terram coquinariorum domini episcopi ibique terminantur. Verum quia quedam particula terre fere ad iugera ducenta cum fenilibus existit et est separata a dictis metis dictorum ciuium, videlicet existens infra metas condam Philippi filii Andiruicii et Pauli filii Ysow nec non Thome filii Pouka ac uillam Rabecuice[3] quam magister Petrus possidet. Prescripte autem mete sunt reambulate modo supradicto die dominico proximo ante festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, sub anno domini MCCCXLVl. Datum uero presencium feria quarta proxima ante festum beate Cecilie uirginis, anno domini MCCCXLVIP.

Iz kodeksa: Liber privil. episc. Zag. list. 31.—32.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

321.

1347, 25. novembra. U Trogiru.

Prigodom primitka fapina pisma proti općini biraju odbor od osam lica.

Occasione Iitterarum papalium obtentarum per cierum contra commune elligantur 8. sapientes, qui cum comite auctoritatem habeant.

[1] Umetnuto iznad linije istom rukom.
[2] Pisano : »eundem«.
[8] Rabetnice(>).

Daniel Jacobi, Caxotus Nicole, Joannes Duymi, Vincentius Ampleusii, Joseph Stephi, Jadrice Gregorii, Blasius Marini, Lucanus Desse

Notae Joaniiis Lucii Jol. 12. a. Starine XIII p. 233.

322.

1347, 25. novembra. U Zadru.

Mendeša Branislavov daje brijaču Stefanelu u vlastništvo obveznicu Draška Petrova.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione prima, die vigesimo quinto mensis nouembris, Jadre. Tempore domini nostri, domini Andree Dandullo incliti ducis Venetiarum, et venerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Thome Viatro honorabilis comitis et capitanei dicte ciuitatis Jadre. Mendesa Branislaui olim villani Cosse de Saladino in Petrecano, facit vigorem et robur Stefanelo barberio, ciui Jadre, de vno suo publico instrumento librarum decem et octo paruorum, quod habet contra Drascium becari(l), filium condam Petri, completo manu Mauri de Cosica notarii Jadrensis, [a]nno predicto, indictione quintadecima, dio secundo mensis aprilis[1], Jadre etc, ut in eo legitur, ita, ut a modo dictus Stefanelus per se suosque heredes et successores pos[s]it et ualeat dicto instrumento uti et frui et omnibus in eo contentis sicut sua re propria nemine sibi contradicente, locans se bene solutum et integre satisfactum dicto Stefanello; promi[t]te[n]s insuper dictus Mendesa per se suosque heredes et successores dicto Stefanelo suisque heredibus et successoribus predicta et singula omnia firma, rata et grata habere perpetuo et tenere et non contrafacere per se nec per alium modo aliquo uel ingenio, de iure uel de facto super se et omnia bona sua mobilia et stabilia, presentia et futura ubique locorum reperta, omni exceptione remota nuloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha sartore filio condam Luce et Damiano . . gich, habitatoribus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas de Senia notarius curie et comunis Jadre presens partibus examinaui et me subscripsi.

(Signum not.)

Ego Antonius condam Pagani de Zouenis Cremonensis, imperiali auctoritate notarius [et Jadrensis iuratus] hiis omnibus intertui et rogatus scripsi et meo signo ac nomine roboraui.

Oг-iginal na perg. u gubern. arkivu u Zadru, odio sanwst. sv. Nikole br. 205.

323.

1347, 27. novembra. U Zadru.

Pred Nikolom iz Jnkina, vikarom meštra reda dommikanskoga izjavljuju koludrice samostana sv. Demetrija u Zadru, s~to znadu o postanku- samostana sv. Marije u Ninu.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indicione prima, die vigesimo septimo mensis nouembris. Tempore sanctissimi patris domini [nostri] Clementis [pape] sexti anno sexto pontificatus. In presen]cia mei notarii et testium infrascriptorum. Religiosus . . . . [Nicolaus Ancojnitanus vicarius magistri ordinis Predicatorum in . . . . sororem Graciam priorissam monasterii sororum [sancti Demetrii] . . . . [con]stituti sub cura et obedientia fratrum Predicatorum et ceteras sorores infrascriptas dicti monasterii; quibus humiliter et deuote actendentibus, mandauit precipiendo eisdem in uirtute obediencie et spiritus sancti inponendo eis sub pena excomunicationis, quod interrogate teneantur ei dicere puram et meram ueritatem, si sciebant: unde monasterium sororum sancte Marie de Nona habuit originem, aut quis uel que fundauit uel fundauerunt ipsum monasterium sancte Marie predictum, et si sciebant: sub cuius cura et obedientia dictum monasterium erat constitutum. Tunc dicta soror Gracia priorissa sic respondit: »Pater reuerende, dico uobis in uerbo ueritatis, quod in monasterio nostro de Melta fuit quedam soror nostra nomine Miroslaua, que sic multociens et seriose narabat nobis et omnibus que tunc erabamusf!) in dicto monasterio de Melta, quod ipsa Mi[roslaua] . . . . . . sua carnali Helisabeth nomine, que scilicet tam Miro[slaua] . . . . monasterii sancte Marie de Nona, que Miroslaua sic . . . . sorores de monasterio Vesprimiensis de Vngaria constituto sub cura et obedientia fratrum ordinis Predicatorum venerunt Nonam tempore persecutionis Tartarorum et ibi fundauerunt apud ecclesiam sancte Marie de Nona monasterium ipsum, congregantes et associantes sibi alias sorores et viuebant sub cura et

obedientia fratrum Predicatorum et secundum eorum ordinem profitebantur et fratres Predicatores ministrabant eis omnia ecclesiastica sacramenta et uisitabant eas et corrigebant et reformabant, que in dicto monasterio uidebantur corrigenda et eciam reformanda;« et dicebat, quod dicta Miroslaua et Helisabeth sorores carnales et sorores ipsius monasterii sancte Marie de Nona venerunt Jadram cum una illarum quinque sororum que venerunt de Vngaria, que uocabatur Elena et inchoauerunt monasterium de Melta et ipsa Elena fuit priorissa in dicto monasterio de [Melta]; et d . . . . dicta soror Gracia priorissa, quod cum dicta Miroslaua fuit in monasterio de Melta in domibus Johannis de Cernucho tempore guerre aliquibus annis. Et predicta omnia et singula dixerunt ordinate soror Thomasina de Qonjo, soror Fumia de Matafarro et soror Chatarina de Ginano, que uiderunt ipsam Miroslauam et audierunt predicta omnia sic narantem; relique autem sorores, silicet Benedicta de (Jauatis, Mandica de (^adolinis, Boncica de C^or^g'! Franica de Bogde Maria de Speglia, Cuirica Marini Petri (^ani, Elena de Botono, Mariea filia Miche de Botono, Cuuica de Butadeo, Dobrica et Nisa dixerunt vnanimiter, quod istud audierunt comuniter ab antiquioribus sororibus et a predictis quatuor, que dixerunt se uidisse dictam Miroslauam et quod de predictis omnibus est uox puplica inter . . . . predictum et quodlibet predictorum quoad ipsas non est pro dubio, ymo habent pro uero sicut . . . . discreptatio neque contradiccio inter eas. Actum est hoc in ciuitate Jadre in ecclesia sancti Demetrii monasterii predicti predicta, coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Martinussio olim Barthi Petri Claudi et Jacobo Benedicti de Matafaro, ciuibus Jadre et aliis.

iSignum not.).

Ego Nicolaus Michaelis Leonardi de Jadra imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis interfui, rogatus ab eodem domino vicario scripsi et roboraui et in hanc publicam formam redegi signumque meum aposui consuetum.

Original u guiernial. arkivu ti Zadru; odio samostana sv. Dominika br. 1058.
Listina je na mnogo mjesta krnja.

324.

1347, 30. novembra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim ocituje Kuzman Pozobec iz kotara dubičkoga, da je SVOJOJ kćeri Hali kao miraz darovao trećinu svoga posjeda Svinice.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesle significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quod Cozmas, filius Pozobech de Greda, de districtu Dubicensi ab una parte, ab altera vero Stephanus filius Jakow de Vodycha, coram nobis personaliter constituti, idem Cozmas retulit, quod ipse filiam suam Chala vocatam predicto Stephano per verba de presenti tradiderat legittimam in consortem ; et nichilominus portionem suam possessionariam in possessione Zwynnycza vocata, ipsum contingentem, videlicet totalem tertiam partem dicte possessionis ad ipsum Cozmam devolutarn, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, quovis nomine vocitatis, eidem Stephano cum prefata Chala filia sua, et heredibus eiusdem filie sue, pro quarta filiali, [cum] consensu filiorum suorurn, dixit et confessus est se dedisse, donasse, tradidisse et assignasse, et coram nobis dedit, tradidit et assignavit, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam, tali condicione mediante, quod si ipsum Stephanum ex eadem domina heredes habere contingeret, tunc ipsis predicta portio possessionaria remaneret perpetuo possidenda. Si vero ipsum absque herede cum eadem domina habito, quod absit, decedere contingeret, tunc prefata portio possessionaria pleno iure ad ipsum Cozmam socerum suum et eos heredes devolvetur ipso facto. Cui quidem donationi, traditioni et assignationi predicte portionis possessionarie, fratres predicti Cozme, videlicet Iwan, item Andreas et Paulus, filii Morthonos, tunc personaliter coram nobis comparentes, eorum consensum prebuerunt et assensum. In cuius rei memoriam presentibus duximus sigilhim nostrum apponendum. Datum in festo beati Andree apostoli, anno domini millesimo CCC°XL. septimo.

Thalloczy-Horvdth, Alsd-Szlavonia okmdnytdr. Budapest 1912. p. 34—35.

325,

1347, 3. decembra. U Zadru.

Prodana udova Damijana de Begna daje Maritni udovi Stjepanovoj vinograd u Gelanu na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indicione prima, die tercio mensis decembris, Jadre. Tempore illustris domini nostri domini Andree Dandulo incliti ducis Veneciarum, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Thome Viatro honorabilis comitis et capitanei ciuitatis Jadre. Domina Prodana relicta Damiani condam Pauli de Begna ciuis Jadre dedit et concessit Marichne relicte Stephani calafati condam Nicule Rasuminich, Jadrensi, totam unam suam vineam gognaiorum circa trium positam in insula Gelani infra hos confines: De austro vinea (^iuitani piliparii, de borea vinea Goraui uocati Steghigna, de trauersa et de quirina terra dicte domine Prodane; ad locandum et procurandum in perpetuum nomine pastinacionis bis capandum, in anno quolibet semel putandum et multiplicandum cum pocladis et grebenicis secundum consuetudines et formam statuti Jadre; taliter, quod de toto quod ex dicta vinea laboranda prouenerit, teneatur et debeat dicta laboratrix cum heredibus et successoribus suis dare dicte domine Prodane et eius heredibus et successoribus annuatim fideliter quartam partem conductam ibidem ad ripam maris omnium fructuum ex ipsa proueniencium ; reliquas tres partes dicta laboratrix habere debet pro suo labore; de iure suo dicta laboratrix facere possit suum uelle, iure dicte domine Prodane predicto et omni alio secundum consuetudines et formam statutorum Jadre semper saluo. Promittens dicta domina Prodana per se suosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando dicte laboratrici pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti dictam rem concessam cum suis pertinenciis et iuribus excalumpniare et deffendere ab omni persona, collegio et vniuersitate in racione super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris. Et dicta laboratrix omnia predicta et singula laudauit et approbauit et ea se attendere obligauit et promisit super se et bonis suis omnibus. Actum est Loc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Andrea de Sabiea ecclesie sancte Marie maioris Jadre et Bogdano Bilsich capatore, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas de Senia notarius curie comunis Jadre presens partibus examinaui et me subscripssi.

(Signum not.)

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis interfui, rogatus scripsi et publicaui et signo meo ac nomine roboraui.

Origmal u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. a. 1347.

326.

1347, 3. decembra. U Zagrebu.

Ban Nikola potvrdjuje Ivanu sinu Jurja Geričkoga listinu bana Stjepana i knezova Ivana i Radoslava, kojom ovi ocu njegovom daruju posj'ed Kamensko.

Nos Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos anno domini M° CCC.mo XL septimo, videlicet vigessimo secundo die ante festum natiuitatis domini, Zagrabie, pro vniuersis nobilibus in dicto comitatu Zagrabiensi existentibus congregacionem celebrassemus generalem, tandem de medio aliorum nobilium Johannes filius Georgii de Goricha consurgens quasdam litteras priuilegiales magnificorum virorum Stephani condam tocius Sclauonie bani necnon comitum Johannis ac Radozlay nobis presentauit, quibus visis et perlectis comperimus euidenter, vt predictus Stephanus banus necnon Johannes et Radozlaus comites quam[1] possessionem ipsorum Georgyo filyo Ozey perpetuo tradidissent in fiiios filiorum suorum tradidissent(!), petens itaque nostram magnitudinem, vt litteras predictas ratas habere et iuxta continenciam litterarum priuilegialium in suo iure conseruare dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina bana Stjepana i knezova Ivana i Radoslava od S. septembra 1311.).* Vnde cum nos duodecim iuratos et alios vniuersos nobiles tunc nobiscum in dicta congregacione consedentes iuxta ipsorum fidelitatem domino nostro rege (!) et nobis facta requisitos habuissemus, vtrum predicta possessio Camnicha vocata antedictorum Stephani bani, Johannis et Radozlay comitum cullacioni ipsorum attineat nec ne, qui duodecim iurati et alii vniuersi nobiles deum habendo pre

[1] Ima biti quandam.

occulis nobis retulerunt eo modo, vt predictorum Stephani banus(!) ac Johannis et Radozlay comitum possessio antedicta Camnicha vocata fuisset et eorum collacioni attinuisset prout more empcionis titulo fuisset deuoluta. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem predictas litteras priuilegiales, prout uires earum ueritatis iuxta assercionem memoratorum iuratorum et nobilium nostris litteris priuilegialibus duximus confirmandas. Datum Zagrabie die et anno prenotatis.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. I. no. 35.191. — Stara signat.: Actor. monast. Kamenzka: fasc. 1. no. 5.
Na žuloj vtaknatoj svilenoj vrvci visi pećat bana vrlo oštećen.
Na hrplu listine bilješke: XV. vij.: Confirmacio empcione Kamanzka anno 13%/\. te istodobna Tum мтзре«.

327.

1347, 6. decembra. U Zagrebu.

Jakob biskup zagrebački potvrdj'uj'e kaptolu patronat nad novom župom sv. Ivana u Novoj Vesi.

Jacobus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus uniuersis et singulis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Quamvis sancti dei laude digna a christiano populo sint extollendi in terris, qui pro ipso populo intercessores efficacissimi existunt in celis, expedit tamen illorum sanctorum specialius patrocinia invocare, qui in celesti patria prerogativa choruscant pre ceteris ampliori. Beatissimus itaque Johannes Baptista, sanctificatus matris in utero, predicatur et creditur, nam iuxta Salvatoris vocem: Inter natos mulierum non surrexit maior eo, et ideo dubium non existit ipsius meritis et precibus plebem domini parari perfeccius, que eius implorat auxilium toto corde. Ad implorandam igitur gloriam eiusdem domini precursoris in terris, et ut honor nostre ecclesie augmentetur et comodum procuretur precludaturque in quantum est possibile malefactorum aditus, honorabilis vir dominus Johannes archidiaconus de Guerche nobis humiliter supplicavit, quatenus ecclesiam in honore eiusdem gloriosi precursoris hedificandam de novo ipsius archidiaconi laboribus et expensis in loco decenti, in territorio fratrum nostrorum Zagrabiensis capituli, in loco ville de novo congregande supra vieum eorumdem fratrum nostorum versus montes dignaremur aliquali speciali prerogativa decorare. Cuius nos devotis precibus inclinati, de eorumdem fratrum nostrorum consilio tenore

presencium concedimus, ut ipsius ecclesie hedificande rector per tempora in futurum existat et vocetur efficaciter plebanus et iila libertate et prerogativa gaudeat, qua ceteri plebani in nostris et ecclesie nostre tenutis prefulgent; salvo, quod ius patronatus eiusdem ecclesie ad eosdem fratres Zagrabiense capitulum pertineat pleno iure. Quibus quidem fratribus nostris concedimus, quod ipsam ecclesiam hedificandam possint et valeant dotare, prout eisdem videbitur expedire. Volumus autem, quod iura parochialia ad ipsam ecclesiam hedificandam tantummodo illa pertineant, que consistunt in locis et terris, que loca et territoria mete vere ipsius nove ville, absque nostro preiudicio, comprehendunt. In cuius rei memoriam presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Zagrabie, die sexta mensis decembris, anno nativitatis domini MCCCXL septimo.

Lib. stat. cap. Zagrab. part. IV. cap. XXIII.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II p. 142.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. 1. 193.

328.

1347, 11. decembra. U Zadru.

Stana udova Vuka brijača predaje Mariji udovi Kraševoj sva prava, što ih ima na dobra Bartola de Sparoga.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo septimo, indictione prima, die vndecimo mensis decembris, Jadre. Tempore illustris domini nostri domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Thome Viadro honorabilis comitis et capitanei ciuitatis Jadre. Stanna relicta Velxe barberii Jadrensis ex causa venditionis fecit Marie relicte Crase condam Petri Baroni Jadrensi pro se suisque heredibus et successoribus ementi «t recipienti vigorem et robur de una sua sentencia scripta in forma puplica(!) manu Francisci Simonis de Mestre imperiali auctoritate ac comunis Jadre notarii, sub millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indicione quinta decima. die ultimo aprilis, in qua continetur, qualiter Bartholomeus calafatus de Sparoga ladrensis constat eidem Stanne per maiorem curiam Jadre sentenciatus in libris triginta duabus denariorum paruorum pena et expensis, de quibus extitit plecius et principalis pro Dominico marinario condam Sterlochi et Draga eius uxore et in dicta

sentencia Jaxius(i) continetur; ac eciam cessit, transtulit et mandauit eidem omnia iura et actiones reales et personales, utiles et directas, ciuiles et naturales et omnes alias, que et quas habebat uel habere poterat aduersus dictum Bartholomeum et eius heredes et successores et in ipsius bonis occaxione(!) debiti predicti uirtute sentencie sepedicte; et hoc pro precio et nomine precii librarum triginta duarum paruorum, quod precium dicta Stanna contenta et confessa fuit se a dicta Maria habuisse ac integraliter recepisse. Quam quidem sentenciam dicte Marie dedit et tradidit cum omni suo vigore et robore constituens eam procuratricem ut in rem suam et ponens ipsam in locum suum, ita quod ad (!) modo in antea suo nomine valeat actionibus utilibus et directis aduersus dictum Bartholomeum et eius heredes et successores et in ipsius bonis uirtute dicte sentencie agere, experire, excipere, replicare, consequi et se tueri, petere et exigere dictum debitum, penam, dampnum, interesse et expensas ac bona obligata et omnia et singula facere, quem ad modum ipsa poterat, paciscens atque conueniens, quod nulli alii actenus(!) cessit iura predicta et quod tempore huius contractus uere creditrix erat debiti pretaxati. Si uero apparuerit ipsam actenus alteri dicta iura cessisse aut creditricem dicti debiti huius contractus tempore non fuisse, uel si in aliquo contrauenerit, aut omnia et singula in hoc contractu contenta non obseruauerit, ut dictum est, promisit eidem persoluere atque dare quartum plus dicti precii nomine pene stipulacione promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra; obligans pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presencia et futura; et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco Sixindoli et Petro collaterale domini comitis et capitanei suprascripti, Vsnetis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas de Senfia] notarius curie comunis Jadre presens partibus examinaui et me subscripsi.

(Signum not.)

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius predictis interfui, rogatus scripsi et roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1347.

329.

1347, 14. decembra. U Trogiru.

Spljećani odbijaju darove uobičajene o božiću podbanima.

14. decembris 1347. Episcopo Tiniensi petenti, quod vicebanis, qui sunt potentes penes dominum banum, secundum antiquam et longeuam consuetudinem Vngarorum festiuitatibus natalis domini de aliquibus exeniis pro muneribus per communitatem Spalati, ceterasque ciuitates et loca Dalmatiae sint soliti prouideri, captum, quod pulchris verbis recusetur.

Lticnis Memorie di Irau. p. 243.
Lucitcs Nota chronoiogiche. Bullettino (1881.) p. 103.
Farlati Illyr. sacr. IV. p. 291.
Fejer Cod. dipl. Hung. T. IX. v. VI. p. 23.

330.

1347, 21. decembra. U Zagrebu.

Ban Nikola. dosudjuje posjed Lešnicu Berku sinu Aleksandra.

[NJos Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum feria tercia proxima ante festum natiuitatis domini Zagrabie [cum] vniuersis nobilibus regni Sclauonie generalem celebrassemus congregacionem, mox de vniuersorum ncbilium Berkon filius Alexandri consurgendo nobis querulose significare curauit, vt cum homo noster, videlicet Stephanus filius Tyuodori castrum Zyringh condam Maladeno (!) bano et comiti Gregorio fratri eiusdem vnacum eiusdem pertinenciis statuere voluisset, vt nobis dominus rex preceperat statuendum, tandem idem Stephanus homo noster suam possessionem Leznicha vocatam prope castrum Zyringh existentem predictis Mladeno condam bano et comiti Gregorio indebite statuisset, quam ipsi sine iure ocupatam detinerent, quia ipsa possessio sibi titulo empcionis a Paulo filio Andree deuenisset, super quo instrumentalia efficacia litterarumque priuilegia honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis demonstrauit, in quo titulum empcionis predictum firmiter vidimus duraturum contineri. Super quo non contentantes, duodecim iuratos et vniuersos nobiles regni Sclauonie, dum requisiuissemus,

vt vtrum possessio predicta Leznicha vocata Pauli filii Andree predicti fuerit et debito modo ipsam vendere potuerit nec ne, mox ipsi iurati consurgentes cum vniuersis nobilibus predictis consona voce retulerunt firmiter iurando, vt sepe notata possessio Leznicha vocata ab auis et protauis ipsius Pauli filii Andree hereditaria fuisset et debito modo ad scitum eorum eidem Borkon(!) filio Alexandri vendicioni tradidisset, vt requirit ordo iuris, quemlibet suam hereditariam vendere posse facultatem. Nos igitur, qui ex officio suscepti regiminis gubernaculi tocius Sćlauonie et Croacie banatus per dominum nostrum regem deputatus, nemini iniuriam, sed pocius cuilibet iusticiam facere intendamus, ideo tot et tanta iura instrumentalia et relacionum(l) nobilium predictorum de predicta possessione Leznicha vocata, ipsi Borkon pertinere debere reperiendo, iudicantes decreuimus sepedictam possessionem sub metis et terminis quibus in predictis litteris capituli vidimus contineri et cum vtilitatibus suis vniuersis, ut in ipso priuilegio continetur, eidem Borkon filio Alexandri et per eum suis heredibus heredumque successoribus duximus iure perpetuo possidendam, restituendam et resignandam, irreuocabiliter tenendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras patentes cum maiori sigillo nostro consignatas eidem duximus concedendas. Datum Zagrabie, in festo beati Thome apostoli, anno domini M.°CCC.moXL°septimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti M. O. D. L. no. 33.340. — Stara sign. : N. R. A. fasc. 467. no. 21.
Na hrptu bijaše pritisnut veliki okrugli pečat.
Kukuljević Jura Regni II. 6.

331.

1348, 7. februara. U Spljetu.

U velikom vijeiu spljetskom raspravlja^si] kako bi Gjuru kanonika spljetskoga uznesli n^oiskupiju kninsku. I

Anno 1348., die Jovis 7. februarii. In pleno et generali consilio civitatis Spalatensis ad sonum campanae more solito, et loco debito congregato. Egregius et potens vir dominus Johannes Gradonico honorabilis comes civitatis eiusdem de voluntate iudicum et consiliariorum, qui secundum formam statuti debent propositis interesse, proponi "fecit, ut inferius continetur. Cum . . . Georgius canonicus Spalatensis pro parte domini archiepiscopi supplicaverit domino comiti, iudicibus, consi-

liariis et universo consilio generali, ut eis placeret impendere auxilium, vim et favorem domino fiominico archidiacono Spalatensi nato ser Nicole de Luccaro, ut postulatio de ipso facta ad dignitatem episcopatus Tyniensis debitum sortiatur effectum, dominus comes requirit praesens consilium, quid sibi videtur et placet providere et consulere superinde. Super proposita depostulatione facta de domino Dominico, ser Franciscus Damiani in ipso surgens consilio arrengando consuluit, quod unus ambaxiator transmittatur ad ducale dominium cum litteris pro parte domini comitis, consilii maioris et communis continentibus, ut dignetur summo pontifici suas litteras destinare tali modo, quod postulatio facta de domino Dominico ad dignitatem episcopatus Tjoiini debitum sortiatur effectum. Qui ambaxiator primitus debeat se transferre ad comites Tragurii, Sibenici et None cum litteris comitis, consilii maioris et communis, ut in praemisso negotio similiter ducali dominio eis placeat suas litteras demandare. Quibus peractis versus Venetias dirigat gressus suos, impleturus quod sibi per dominum comitem traditum extitit in mandatis. Et licitum sit reverendissimo archiepiscopo accipere unum ex nobilibus de maiori consilio ad omne suae libitum voluntatis, qui vadat pro ambaxiatore supra negotio memorato.

Farlati Illyr. sacr. III. p. 323.

332.

1348, 10. februara. U Vrani.

Stifiko i Butko iz Draginića prodaju Filipu sinu Franjinom zemlju u Draginiću.

In nomine domini nostri Yesu Christi amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indictione prima, die decimo mensis februarii. Tempore sanctissimi patris et domini domini Clementis diuina prouidente clemencia pape sexti, ac regnante serenissimo domino Lodouico dei gratia ihclito Hungarie rege, ac tempore venerabilis et religiosi viri domini fratris Petri Cornuti domorum hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani per Hungariam et Sclauoniam dignissimi prioris et domini fratris Balduini Cornuti vicepriori Auerane(!;. Vbi in presentia mei notarii et testium infrascriptorum Stipico condam Georgii et Butcho condam Nicolai, ambo de villa Draghinich vendiderunt, dederunt et tradiderunt iure directi dominii et plene proprietatis Filippo fiiio Francisci condam Stefani ementi et recipienti, ut asseruit

vice et nomine supradicti Francisci patris sui ac de ipsius mandato totam vnam suam peciam terre aratoriam sitam in dicta villa Draghinich, quam conuenerunt eidem emptori gognaios decem et eiusdem dixerunt hos esse confines: De trauersa possidet dictus Franciscus pater dicti emptoris, de borea sunt vinee eiusdem Francisci, de quirina est via publica, de austro est meta et terra Johannis Draghinich; ad habendum tenendum, possidendum et quicquid emptori, ut supra deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que intra predictos continentur fines uel alios, si qui forent ueraciores et plures; accessibus et egressibus suis usque in vias publicas et cum omnibus et singulis que dicta terra habet super se vel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione ipsis venditoribus pro ipsa pecia terre uel eidem pecie terre pertinente de iure, consuetudine vel de facto, nichil in se reseruato uel excepto; item cum omnibus et singuiis paschuis(l), pratis, aquis, siluis, nemoribus pertinentibus et spectantibus ad ipsam terram venditam et cum omni iure condicionis et seruitutis et cum omni condicione et seruitute eidem terre vendite debite vndecumque et quomodocumque et cum omnibus et singulis quibuscumque rebus aliis et accessionibus ad terram predictam pertinentibus. Et hoc pro precio et nomine precii librarum viginti denariorum venetorum paruorum, quod precium prenominati venditores contenti et confessi fuerunt se habuisse et recepisse a prenominato emptore dante et soluente, ut ipse asseruit, de pecunia supradicti Francisci patris sui et de ipsius mandato. Quare dicti venditores recepto a dicto emptore, ut supradictum est, precio supradicto dicte rei uendite, de quo inter eos conuenit. Volentes in ipsum emptorem, ut est dictum, dicte rei uendite dominium pleno iure transferre, constituerunt se dictam peciam terre cum omnibus et singulis rebus aliis pertinentibus ad eam et cum accessionibus suis nomine dicti ser Francisci et pro. ipso precario possidere, donec earum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem omnimodam licentiam concesserunt. Item ex causa vendicionis cesserunt et mandauerunt prelibato Filippo recipienti, ut asseruit, omnia iura et actiones reales et personales, utiles et directas, tacitas et expressas et quascumque alias que et quas habebat et habere poterant seu in futurum habituri erant(!) iure propinquitatis et sanguinis siue quocumque alio iure secundum morem et consuetudinem Chroatorum, siue alio quouis modo in hereditatibus olim Martinusii filii condam Peruoslaui Braiacich et Martini filii condam Marini et Johannis condam Draghinne suo (!) propinquorum, quos asseruerunt fore rebus humanis exemptos; constituentes ipsum ser Franciscum ac ipsum emptorem, ut supra, procuratorem in rem suam et ponentes ipsum in locum suum ita,

quod orrmimodo suo nomine actionibus utilibus et directis possint ipsi et eorum uterque uti, agere, experiri, excipere replicare, consequi et se tueri et cetera omnia et singula facere, que occasione predictarum hereditatum et cuiuslibet earum et pro ipsis et qualibet earum et prout poterant uel in futurum potuissent, nichil omnino ex ipsis in se reseruantes uel excipientes, set ei in eum quicquid vndecumque et quomodocumque in dictis hereditatibus et qualibet earum iuris habebant seu in futurum habituri fuissent, mandauerunt et transtulerunt precio cessionis contenti et confessi fuerunt, se habuisse et recepisse a dicto Filippo dante ac soluente, ut supra, libras alias viginti denariorum venetorum paruorum excepcioni sibi non numeratarum, non solutarum dictarum quantitatis pecunie nomine dictorum preciorum et omni alii, auxilio omnino renunciantes. Hec verum tamen inter p. . . . . dictum Filipum. . . . ut . . . . m acto et dicto ac eisdem cessoribus et mandatoribus ab eodem Filippo, ut supra, per pactum remisso, quod scilicet predicti cessores uel aliquis ex eis non [tenejntur dicto ser Francisco uel eius heredibus et successoribus de euictione dictorum iurium cessorum siue ad excalumpniandum et defendendum predicta iura cessa uel prelibatas hereditates siue ipsarum hereditatum loca, aut ad precium quod pro ipsorum iurium cessione se recepisse confessi sunt restituendum in aliquo euentu vel casu. Promittentes predicti venditores atque cessores per se et suos heredes et successores vtroque eorum se principaliter et in solidum obligando prefato emptori, ut supra litem uel controuersiam dicto ser Francisco aut eius heredibus et successoribus de predicta pecia terre et de aliqua parte eius siue de dictis iuribus cessis aut de bonis dictarum hereditatum uel alicuius ex eis ulio tempore non inferre nec inferrenti consentire, set predictam peciam terre vendite cum pccessionibus et pertinenciis suis solummodo excalumpniare et defendere tam in proprietate quam in possessione in racione sepefato Francisco et eius heredibus et successoribus, quociens et vbi expedierit ab omni persona, collegio et vniuersitate sub pena dupli valoris ipsius pecie terre habita racione melioritatis que pro tempore fuerit; qua pena soluta uel non, omnia singula in hoc contractu contenta cum dicte pene obligatione rata perdurent; volentes dictam penam solemni stipulacione soluere, promittentes committi et exigi posse quociens in singulis huius contractus capitulis siue partibus in solidum esset commissa; item reficere et restituere eidem omnia et singula dampna et expensas et interesse litis et extra. Preterea prenominati venditores et cessores promiserunt, ut supra, sepefato Filippo stipulanti, ut supra, se facturos et nitaturos(!) omni penitus excepcione et defensione remotis, quod Gafco filius supra dicti eondam Nicolai et frater prelibati Butcho absens, quem assererent fore

pupillaris etatis, cum peruenerit ad etatem legitimam, omnibus et singulis suprascriptis consentiet et ea ratificabit ac renunciabit omni iuri suo quod habebat in dicta terra et suis pertinenciis ac in iuribus et hereditatibus antedictis per publicum instrumentum de iure ualiturum, conficiendum ad sensum et laudum sui sapientis infra quindecim dies, postquam ab ipso Francisco uel ab heredibus et successoribus suis fuerint uel eorum alter requisiti, obligantes pro predictis omnibus et singulis firmiter obseruandis se et omnia bona sua; nec non renunciantes in omnibus et singulis suprascriptis excepcioni, doli mali, condicioni sine causa uel ex iniusta causa in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum ac beneficio quod competit circumuentis uel damnificatis ultra dimidiam iusti precii. Et uersa uice dictus Filippus commisit solemniter predictis uenditoribus se facturum et curaturum omni penitus exceptione remota, quod prefatus eius pater omnia et singula a se promissa rata habebit sub pena predicta et ut supradictum est et sub obligacione sui ipsius et bonorum suorum. Acta sunt hec et firmata in logia terre Auerane, coram Stefano condam Veselchi de Pethrica, magistro Dessa marangone de Jadra et Disoio Mogorouich de villa Grebrenicane, testibus specialiter ad hec uocatis, adhabitis(i) et rogatis et aliis.

Ego Alexander condam Vgolini de Stella ciuis Jadre imperiali auctoritate et nunc venerabilis viri domini fratris Petri Cornuti domorum hospitalis sancti Johannis Jerusolimitani dignissimi prioris per Hungariam et Sclavoniam notarius et officialis, predictis interfui, rogatus scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadrtt. odio samostana sv. Dominika no. 24H1.

333.

1348, 21. februara.

Knez Mladen kliški ište pomoći od Spljećana proti Ugarskoj.

Johanni Gradenico comiti Spalati comes Mladinus Clissi, nuntiat Hungaros venturos ad eius damnum, ideo petit auxilium.

Notae Joannis Lucii Bullettino IS81. p. 103.

334.

1348, 21. februara. — 9. juna. O Trogiru.

Zaključci općine Trogirske.

XXI. februarii MCCCXLVIII. Comes Mladinus Clissi nunciat Hungaros venturos ad suum damnum, ideo petit auxilium.

VII. martii. Michoy Mathei de Tragurio ambasciator Traguriensis exposuit, quod vicebanus Tinninii diffidauerat eos, nisi exhiberentur ipsi quidam Morlacchi infideles domini regis Vngariae, qui accesserunt sub protettione'(!) communis Tragurii, petit consilium; captum, quod conueniant comites Spalati, Tragurii et Sibenici cum Paulo Loredano prouisore super nouitatibus Hungariae.

VIII. martii. Vicebani litteris petentis causa honoris et amicitie pannos ad vestiendum in die Paschatis, respondeatur verbis adulatoriis, et nihil fiat sine mandato dominii.

XXVI. aprilis. Vicebano petenti pannos ad vestiendum familiam suam, vt per alias ciuitates soliti sunt prouideri, captum, quod donetur ei aliquid, vt fruges colligi possint secure, valoris ducatos 50.

Ultimo madii litteris domini bani Nicolai Sclauoniae petentis mitti ad se ambasciatores, respondeatur rengratiando de curialitate sua, nec ulla nouitas fiat, et si tempore aliquo dominus Stephanus banus magnificus venerit in istis partibus(l), mittantur ambasciatores cum litteris et exeniis.

I. iunii. Comes Tragurii scribit, regem Vngariae de partibus Apuliae venisse Vranam, et versus Ostrouizam direxisse gressus suos.

IX. iunii. Litteris vicebani banum Nicolaum Tininium venisse, petere ambasciatores; mittantur ambasciatores cum donis 75. ducatorum ad faciendam pacem et petendum abblata.

Lucius Mem. di Traii 243.—244.
Feje'r Cod. dipl. Hung. VI. 1. p. 33.—34. — Djelomice Lucius Notae chronol., Buletino 1881. p. 119.

[1] Jamačno: »protectione«

335.

1348, 25. februara. — 1360, 12. novembra. U Trogiru.

Manja kći Radoja Burića čini svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem miilesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indictione prima, regnante domino Lodoyco(!) serenissimo rege Vngarie, et tempore quidem illustris domini nostri domini Andree Dandulo ducis incliti Venecie, ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et egregii et potentis viri domini Marci Ruano honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Gregorii Salinguere, Tompsse Stephani, Michoy Danielis et Donati Cassoti. Die vigessimo quinto mensis februarii. Maria filia Radoy Burig suum fecit testamentum, in quo quidem testamento inter alia que ipsa ordinauit, reliquid(!) socri sue Ciuite suam[1] domum positam Tragurii iuxta Desolam Paparotum in gaudimento, donec ipsa viuet, et post mortem dicte sue socris (!) voluit, quod dicta domus vendi debeat et denarii dari laborerie ecclesie sancti Laurentii de Tragurio. Suos autem commissarios et huius testamenti executores esse voluit et reliquit Brathoyum fratrem suum, cui dedit plenam licentiam et Jiberam potestatem predicta omnia et singula libere fatiendi(!) sine contradicione alicuius persone. Et hanc asserit esse velle suam vltimam voluntatem, quam ipsa voluit vallere(!) iure testamenti uel codicillorum uel cuiuslibet alterius vltime voluntatis, qua melius vallere et tenere potešt. Actum Tragurii in domo habitationis dicte testatricis, presentibus (Juue Budie et Matheo sartore et Georgio Sachi et Radilio barberio, testibus ad hec vocatis et rogatis.

(Signum not.)

Ego Bernardus condam Philipi Tigoni de Laude imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus comunis Tragurii, vt in notis communis scriptis per Jacobum de Bononia olim notarium iuratum communis Tragurii inueni, ita hic de verbo ad verbum nil adens uel minuens, quod sensum variat uel mutet intellectum, ex licentia et auctoritate maioris consciIii(!) michi concessa in publicam formam redegi, sub anno domini millesimo trecentesimo sexagessimo, indicione tercia decima, die duodecimo nouembris.

Original na perg. u arkivu kaptola u Trogirtt no. 63.

[1] Pisano dva puta.

336.

1348, 1. marta. U Spljetu.

Oboljelomu knezu Mladenu imadu u pomoć pritečt gradovi Spljet, Trogir i Šibenik.

Joannes Gradonico comes, recepit litteras Marci Ruzini comitis Traguriensis, comitem Mladinum egrotare valde Tragurii et velle sua castra custodri, videlicet Scardone et Clissi per Sibenicenses, Tragurienses et Spalatenses. Captum per electos, quod pro custodia, mittantur 15. homines, et expediti sunt dominio nuntii huius civitatis.

Lucius Note chronologiche, Bnllettino. 1881. p. 119.

337.

1348, 2. marta. U Vrani.

Baidutn podprior vranski javlja banu Nikoli znamenite. stvari o pripravi republike mletačke na Hrvatsku.

Magnifico et potenti domino domino Nicolao totius Croatie ac Sclavonie bano singularissimo domino totis affectibus honorando frater Baldunus Cornutus viceprior Averanus ad cuncta sibi gratia, servitia et honores. Dominationis vestre me debitorem cognoscens in his, que vestre dominabilis persone cedunt statui et honori, si a vobis quesita fuerit et si ignorata, possent afferre enormia nocumenta. Novitates quasdam, que iam sunt in Dalmatie partibus per Venetos inchoate atque his maiora et periculosiora immment, prout a dignis fide personis mihi est utique patefactum, eidem dominationi vestre duximus presentibus referendas ad hoc, ut si sapientie vestre, de qua maiestas regia gerit merito fiduciam pleniorem, prout ex operibus comprobatur, videbitun de opportuno remedio sibi valeat precavere, nam que providentur, iacula minus ledunt. Noscat igitur magnificentia vestra, quod his diebus venerunt de Venetiis ad civitatem Jadre sex banderie peditum munitorum, que sunt CL. viri armati et in brevi expectantur totidem, qui quasi tam conestabiles quam stipendiarii sunt omnes Veneti, et -tam conestabiles quam stipendiarii, qui in civitate predicta antea fuerant, sunt quasi omnes cassati. Item dicitur et mihi a fidedignis fuit asseveratum personis, quod in qualibet aliarum civitatum circumstantium, sci-

licet in civitate None, Sibenici, Tragurii et Spaleti sunt totidem scilicet banderie XII. profecturi et etiam in qualibet venturus est certus numerus equitum armatorum, necnon per quendam nobilem virum Venetum nomine dominus Paulus Lauretanus, qui secundum eorundem Venetorum morem provisor et per commune Venetiarum ad partes Dalmatie atque Croatie destinatus est, ordinatum atque firmatum edificare prope castrum Possederie in quodam monte fortissimo, ad quam cum galeis et navigiis aiiis magnis possunt absque obstaculo vel impedimento virorum terrestrium armatorum accedere et venire, unam bastiam munitam et fortificatam prout erat bastia, que erat ante civitatem Jadre, in qua debent esse et permanere equites quingenti et pedites mille ad impugnandum, vetandum et dampnificandum gentem et fideles domini regis Hungarie; et asseritur ab eisdem, qui hec et alia proferunt, quod comes Maladenus de Clissia debet esse per Venetos marchio Sclavonie creatus et factus. Item Veneti die noctuque non cessant civitatem Jadre fortificare et munire, et hec et alia facere et parare dicuntur ad persequendum fideles regis Hungarie, ac non tantum ut possint defendere et tenere que tenent, sed ut sibi subiicere valeant, que non tenent. Hec puto vestre sapientie, sufficere intimasse, vobis vero incumbunt contra huiusmodi taliter salubri consilio precavere ac de opportunis providere remediis, quod sapientia et probitas vestra vulpinis prevaleat fraudibus et superborum conterat feritatem pro exaltatione vestri nominis et honore domini nostri regis suorumque fidelium statu prospero et salute. Ad hec de domino nostro domino rege Hungarie a quodam ex comitibus Vegle, qui de regno Apulie ad propria remeabat, hec nova per interpositam dignam fide personam percepimus, quod dominus noster dominus rex est totius regni merus et solus dominus, mactatis et captivatis cunctis suis hostibus et fugatis, et quod in portu civitatis Neapolis sunt XL. galee Januenses et expectantur viginti de Provincia et triginta de Sicilia, que cum congregate fuerint, contra Venetos sunt venture. Offerens me ad cuncta vobis grata servitia nunc et semper. Datum Averani die secunda mensis martii.

Cod. dipl. fatniliae Telekl de Szek. p. 84.—87. no. 48.

338.

1348, 7. marta. **U Zadru.**

Toma Viadro knez zadarski i nfegovi savjetnici odsudjuju Gregorija Matulinića, da plati 10 dukata Dragi udovi klobučara Kreševana.

In dei norriine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indicione prima, die septimo marcii, Jadre. Presentibus prouidis viris Thoma de Varicassis ciue Jadre et Francisco Soyenulo de Veneciis habitatore Jadre, testibus uocatis et aliis. Nos Thomas Viadro comes et capitaneas Jadre, Marcus Paulo et Franciscus Bono eius consciliarii intellecta peticione Drage relicte condam Cresseuanni capelarii de Iadra petentis per Caninum Cose de Prode nostre curie aduocatum a Gregorio Matulinich marinario de Jadra ducatos decem auri cum pena et expensis, in quibus dictus Gregorius se obligauit eidem Drage ad omnem requisicionem suam secundum tenorem cuiusdam publici instrumenti scripti manu Nicolai Michaelis Leonardi notarii in M° trecentesimo XLVIL, indicione XV., die septimo iulii, coram nobis producti et lecti; et intellectis hiis, que pro parte dicti Gregorii coram nobis dicta et allegata fuerunt, que pro nichilo habuimus, sedentes pro tribunali Christi nomine inuocato, per sentenciam pronunciamus et dicimus, quod dictus Gregorius dare et soluere debeat eidem Drage ducatos nouem auri cum expensis pro resto solucionis debiti supradicti vsque vnum mensem proximum sub pena quarti applicanda comuni.

(Drugi rukopis.)

Ego Marcus Paulo conseliario manu mea scripsi.

Ego Francischus Bon conselliar (!) manu mea scripsi.

(Signum not.J

Ego Andreas. de Ceno imperiali auctoritate notarius et notarius curie Jadre scripsi, signaui et roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1347.

339.

1348, 13. marta. **U Zagrebu.**

Jakob biskup zagrebački odredjuje kaznu za. popove pravdaše.

In nomine domini Amen. Jacobus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis universis presencium notieiam habituris salutem in domino sempiternam. Sacre scripture testimonio, circa subditos inesse debet rectoribus et iuste consulens misericordia et pie seviens disciplina, ut sit amor circa eos, sed non emoliens; sit rigor, sed non exasperans; sit pietas, sed non plus quam expedit parcens. Ad nostrum itaque, quod dolenter referimus, pervenit auditum, quod inter quosdam fratres nostros de capitulo Zagrabiensi in Chasmense talia quandoque iurgia et contenciones oriuntur, ex quibus ad verba obprobriosa nimis et diversa vituperia non sine gravi scandalo pervenitur; nisi ergo talibus conpetenti remedio occurratur, longe peyora ex hiis quandoque poterant evenire. Ouare volentes contra hec, ut tenemur, in quantum est nobis ad presens possibile adhibere medelam, omni qua possumus districcione prohibemus, ne de cetero aliquis ex fratribus nostris predictis vel alter quicumque de clero nostrarum Zagrabiensis et Chasmensis ecclesiarum. clericali modestia postposita, presumpmat excedere in premissis. Quicumque autem ex predictis fratribus nostris alium ex eisdem svadente dyabolo agredi ausus fuerit verbis obprobriosis vel vituperiosis aut aliis iniuriosis notabiliter, penam solucionis trium marcarum, monete pro tempore currentis incurrat ipso facto, pro nostra camera faciende et tantumdem obligetur illi, quem offenderit, si pacienter sibi illatam iniuriam supportabit; sed si vindicabit absque moderamine inculpate tutele, eo casu sibi nichil penitus debeatur, et nichilominus penam solucionis suprapositam pro medietate incurrat, nostre camare applicande. Qui vero de clero earumdem nostrarum ecclesiarum, inferioris gradus, aliquem ex predictis fratribus nostris premissis iniuriis vel aliqua ex eisdem affecerit, penis supradictis eodem modo subiaceat eo ipso; quod, si quem a solucione huiusmodi in parte vel in toto inopia excusaret, talis penis aliis affligatur pro arbitrio passi iniuriam, semper tamen previa racione. Quod si ex eodem clero quis alium ex ipso modo aliquo ex premissis offenderit, pene unius marce et se vindicans, ut predicitur, medie marce eo ipso subiaceat; quarum solucio sive satisfaccio de eisdem debeat expediri modo et ordine supradictis, salvis semper penis aliis a iure proditis in premissis. Volumus 'autem, ut custos utriusque ecclesiafum predictarum soluciones ex premissis, nostre camere debitas, nostro no-

mine debeat ad se recipere, dispensando pecuniam ex hiis solutam pro reformacione librorum vel aliorum utensilium ipsarum ecclesiarum iuxta formam nostri mandati. Hoc cauto et expresso, quod si quis ex superius designatis, solucionem pene, quam debuerit, infra dies viginti a die iliate iniurie non fecerit eo modo, ut predicitur, extunc vicarius noster teneatur ipsam solucionem plenarie extorquere ab eodem, et insuper possit et debeat punire huiusmodi contumacem quemlibet, gravando eum solucione pecuniaria vel alio modo, prout sibi videbitur expedire. Et ut nullus pretextu ignorancie se racione premissorum valeat excusare, presentes in loco publico sacristiarum predictarum ecclesiarum nostrarum iussimus appendi pro tempore opportuno. Datum die terciodecimo mensis marcii, anno domini MCCCXL octavo.

Lib. stat. capit. Zagrab. part. IV. cap. XXVI.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 144.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 194.—195.

340.

1348, 24. marta. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolo?n oćiiuju Nikola, Martin i Lovrando, da od svoga brata i rodjaka Nikole Tota neće traziti posjed Zakrapinu, ako ovaj isti zadobije.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum magister Nicolaus dictus Thouth filius Gregorii iri nostri presencia nobiles viros Nicolaum filium Arlandi et Martinum ac Lourandum filios Dyonisii fratres et proximos suos requisitos habuisset, ut ipsum laboribus et expensis iuuarent in aquirenda possessione Zakrapina vocata, nunc per magnificum virum dominum Nicolaum banum regia auctoritate occupata, iidem Nicolaus, Martinus et Lourandus responderunt eidem ćoram nobis, quod nullo modo intendebant intromittere de huiusmodi possessione aquirenda, eo quod graue eis videbatur et difficile contra regiam maiestatem et banum litigare in hac parte, asserentes, quod et ipse magister Nicolaus eandem possessionem aquirere intendit, non eorum. nomine sed suo proprio ad hoc se apponat, et si eandem aquisiuerit, nunquam ipsum in eadem aliqua racione molestarent, super quo nos eidem magistro Nicolao Thouth de voluntate predictorum fratrum suorum presentes nostras litteras pro

testimonio duximus concedend as. Datum feria secunda proxima post dominicam oculi, anno domini millesimo CCC.mo XLmo octauo.

Iz origmalnog prijepisa istoga kaptola od 38. januara 1366. na pergam. u kr. uger. drzavnom arkivu u Etidimpesti: M. O. D. L. no. 33.213. — Stara signatura: Л⁷. R. A. fasc. 141. no. 10.

341.

1348, 31. marta. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje, da su Ana žena Ivana Gileiova, kćeri njezine Elizabeta žena Stjepana Morovića i Ana. podijelile medju sobom posjede Detmar, Jama i Ibran u županiji vukovskoj.

[N]os Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit .vniuersis, quod magistro Stephano notario magistri Johannis filii Gyleti pro nobilibus dominabus Anna, videlicet consorte eiusdem magistri Johannis domini sui, filia quondam magistri Stephani dicti Safar; item Elyzabeth et Maria nuncupatis filiabus eiusdem domine sue cum procuratoriis litteris magnifici viri Nicolai regni nostri palatini et iudicis Comanorum ab vna parte, vero ab altera magistro Stephano de Maroth aule nostre milite pro nobili domina Elyzabeth vocata, filia scilicet quondam magistri Gyurk, consorte sua cum procuratoriis litteris capituli ecclesie sancti Iriney martiris coram nobis constitutis propositum extitit per eosdem oraculo viue uocis et relatum, quoo ipsi presentibus et consencientibus ipsis dominabus ex ordinacione proborum hominum, vt eedem domine et successores earundem in perpetue pacis pulcritudme gratulari valerent, talem in pošsessionibus Ibran et Dethmar vocatis ac earundem pertinenciis necnon Iama vocata in comitatu de Wlko adiacentibus de iure eisdem dominabus deuentis et deuolutis, fecissent et ordinassent fieri diuisionem et auctoritate litterarum procuratoriarum prescriptarum fecerunt coram nobis, quod nobiles viri magister Petrus filius Pauli de Horwaty, Emericus filius Martini bani, Mychael filius Pauli de Batya €t Eynardus filius Nicolai in quindenis festi passce domini proxime venturis predictas possessiones cum quibuslibet earum pertinenciis et vtilitatibus ac prouentibus, specialiter tributis, foris et aliis quibuscunque qualicunque nomine vocitatis in presencia hominis seu testimbnii ecclesie Bachiensis in duas diuidere deberent partes coequales, quarum vnam partem integram cum

quibuslibet suis prouentibus et vtilitatibus prenominatis domine Anne consorti dicti magistri Johannis, item Elyzabeth et Maria fjliabus eiusdem, aliam vero partem seu dimidietatem ipsarum integram similiter cum suis prouentibus et vtilitatibus quibuslibet prefate domine Elyzabeth consorti dicti magistri Stephani de Maroth, tanquam in suam et domine matris eiusdem porcionem de iure cedere debentem statuere et assignare cuique parti suam porcionem perpetuo et irreuocabiliter per se possidendam et habendam, deberent et tenerentur. Datum Bude, fena secunda proxima post dominicam letare, anno domini millesimo CCC°XL octauo.

Original u kr. zcmaljskom arkivu u Zagrebu: Doctim. medu aevi a. 1348. Stara signalura: N. R. A. fasc. 1509. no. 1.

Ncc hrptu listine nalazi se nešto voska od vetikoga pritisnutoga pečata

Na hrptu savremena bilješka: Diuisioms super quasdam possessiones Stephani de Maroth.

342.

1348, 1. aprila. U Budimu.

Ljudevit kralj hrvatski i ugarski nalaže svima, koji su duini platih dcsetinu biskupij'i zagrebačkoj', da je plate po odluci prijašnj'eg bana Mikića.

Lodouicus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis magnifico viro Nicolao tocius Sclauonie et Croacie bano, item nobilibus et possessionatis hominibus nec non ciuitatibus et uillis, earumque rectoribus iudicibus, et villicis ac aiiis quibuslibet fidelibus nostris decimas domino episcopo Zagrabiensis soluere debentibus, quibus presentes ostenduntur salutem et graciam. Fidelitati vestre precipimus firmiter et districte, quatenus vniuersas iustas et legittimas decimas domini episcopi Zagrabiensis decimatoribus suis eo modo extradare et persoluere debeatis et faciatis, prout solucio ipsarum decimarum tempore Mykch condam bani extitit ordinata et eadem ordinacio litteris domini Karoli condam regis Vngarie genitoris nostri pie memorie est confirmata; aliud sicut nostra regalis gracia et dilectio vobis placet non facturi. Datum Bude, feria tercia proxima post dominicam letare, anno domini MCCCXLVIIP.

Iz kodeksa: Liter privil. ep. Zag. list. 30.

Kodeks u arkivu nadbiskupije 71 Zagrebu: I. B. IX. 167.

343.

1348, 8. aprila. U Bribiru.

Matija sin Vukše bribirskoga dariva čitavi prihod sela Usćevid samostanu franjevačkon u Bribiru.

In Christi nomine amen. Quoniam ea, que geruntur in tempore cum tempore dilabuntur, propter quod oportet humanas acciones litterarum testimonio perhennari. Inc(!) est, quod ego quidem Matheus natus olim Wlxe de Breberio notum facio vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis et eciam audituris, quod dedi, tradidi propria, bona et spontanea uoluntate omnem, totam et integram partem michi spectantem possessionum mearum in villa Vsceuid tam uinearum quam terrarum, nemorum, siluarum, pascuum, arborum, aquarum et omnium que sunt tam super terram predictam quam subtus terram et cum omni profectu ac utilitate huius anni et in perpetuum quod ipsa terra procrearet, ecclesie ac monasterio beate virginis gloriose in Breberio pro, remedio ac remissione peccatorum meorum; ita, quod a modo et in antea dicta ecclesia ac monasterium fratrum Minorum possint et valeant* dictas possessiones habere, tenere, possidere usufructuando ad omnem suam plenissimam uoluntetem nemine contradicente uel obstante aliqua racione uel ingenio, quia ipsas eciam possessiones dare anotaui in ultimo meo testamento, ut dentur ecclesie ac monasterio predicto. Igitur a modo in antea liceat dicte ecclesie ac monasterio predictorum fratrum ipsas possessiones habere, [tenejre usufructuando ad omnem suam plenissimam uoluntatem, ut dictum est, adiuran'do] (om]nes pro[pinJquos et atinentes utriusque sexus, quod nullus debeat uel audeat contra dicere, facere aliquod contrarium dicte ecclesie uel monasterio sub pena maledicionis eterne dei omnipotentis et beate uirginis gloriose ac omnium sanctorum eius. Actum est hoc in Breberio in curia Gregori condam domini Mathei Vacce', coram his uocatis et rogatis testibus, domino Nicolao Marci comitis Nicole de Jadra, Paulo olim Marci Breberiensis, Gregorio olim domini Mathei Breberiensis, Radozlauo Chudomirig, Priboyo Kasig et aliis quam pluribus. In cuius rei certitudinem et firmitatem perpetuam presentes Htteras feci sigillari sigillis dependentibus predicti Pauli olim Marci ac eciam predicti Gregorii olim domini Mathei pro magori (l) firmitate perpetua, sub anno natiuitatis Christi millesimo trecentessimo quadragessimo .oćtauo, mehse aprilis die octauo intrante, indicione quinta. decima.[2]

(Monogr. not.). ', •••,•'•• •••

[1] Vatte.

[2] Indikcija pogrešna; Ima biti-prima.

*

Et ego Netrimcius iuratus notarius Breberiensis rogatus a partibus interfui, ut audiui scripsi et signo soiito consignaui.

Original na pergam u arkivu samostaua franjevaca u Sibeniku a. 1348.
A'a hstini vise o končanim uzicama dva pnhčno dobro sačuvana pečata u crvenom i bijelom voskti.

344.

1348, 10. aprila. U Dubrovniku.

Testamenat Side suprugc Mate Beneše.

Millessimo CCC°XLVIII, mese aprilis die X. intrante.

Ego Side, uxor de Mate de Benessa, sana et bona mente mia ordino meo ultimo testamento. Trago pro anima mia lo quarto de la mia dota, de quisto mio quarto vollio che se dea ad meo fiilio Sime yperperi CXXV, lo residuo si debia dar messe ducento ali frari Menori et alli frari Menori si debia dar yperperi XL. per lauorer de far infermaria al monasterio dele ponselle de Ragusio, dar se debia yperperi XXX. in Jauorer dalguno besogno de la clesia. Item alla fillia de Lucha de Bona, che e in lo dicto monaster, dar se debia yperperi V. Item a Lisa de Benessa dar se debia yperperi V. Item dar se debia a tucti li prouidi de la cita messe quattrocento. Item allo monaster de Lacroma se debia dar yperperi XX. pro 1. calise d'argento. Item mandar se debia 1. persona al perdon de Roma et abia yperperi X. Tucto lo residuo dar se debia a poueri vergoncosi, la che parera mellio. Item vollio et ordino.che, se li fioli mei morisse, che de tuto lo residuo de la mia dota abja Mate, marito meo, yperperi ducento. Item far se debia altar uno a.l.lij frar Menori con paramenti et anchona et tuto fornimento, che costeyperperi trecento, et cantar se debia messa per anima mea et deli mei morti. Item far se debia capelia 1. alio monastero dele ponseile che coste yperperi trecento, la che parera mellio alii mei pitropi. Item dar se debia yperperi C alli frar Predicatori per lauorer de infermaria. Item voilio et ordino che la mea parte, che me tocta de rason de meo frar Polo, lo par mori intestado, sia de meo fillio Sime. Et si lo dicto meo fillio morisse, la dicta parte sia inperpetua al monaster de ponselle et che non se possa vender ne alienar. Faco pitropi mei Maria de Mate, marito meo et Lucha frar mio, e Dobre frar mio. Guarentes annoter Foscho de Bincola et Mate de Ranena.

Testamenta Notariae 1348. — 1365. fol. 98.
U dubrovačkom arkivu. Prepisao dr. Karlo Kovac.

345.

1348, 30. aprila. U Skradinu.

Ivan sin Stipka bribirskoga pravi svoj testamenat.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indictione prima, die vltimo exeunte mensis aprilis. Regnante domino Lodouico serenissimo rege Hungarie, et temporibus equidem domini nostri incliti comitis Mladeni olim Georgii comitis et Andree dei gratia de Veneciis venerabilis episcopi Scardonensis, atque iudicum Stephani Cancii, Martini Vulco}' et Petani Stephani. Decet namque prudentes omnem prediorum siue possessionum alienacionerri, translacionem seu donacionem, ne inter posteros error contingat, litterarum testimonio perhennari. Inde est, quod. ego Johannes condam Stipconis comitis de Breberio notum facio vniuersis et singulis quibus expedit presencium per tenorem, quod sanus corpore existens. mentem et sensum habens bonum a deo sibi collatum. Considerans, quam diu uiget in corporeis membris quies et racio regit mentem, quam siquidem racionem sepe adeo languor obnubilat, ut non solum rerum temporalium vnius sui ipsius cogitipsa ianguoris vehemencia obliuisci condicionis humane ineuitabile debitum peruenire; timens ergo, ne bona mea inordinata remaneant, rerum mearum mobilium et immobilium, quod mee placuit voluntati tale disposui meum testamentum: Primo volo et ordino, quod pro redempcione anime mee ad monasterium sancte Marie' in Breberio fratribus Minoribus detur terra mea vineata, super quam plantauit Cuitanus Vulchinich vineas, cum iusticia mea vinearumque illarum, videlicet parte quarta in vinea iacet sub Breberio; item volo et ordino, quod terra mea ibidem vineata super quam plantauit Qyprianus Tokoceuich vineas et ius meum de illis vineis, scilicet partem quartam detur fratribus Minoribus ad monasterium predictum sancte Mafie in Breberio; item volo et ordino, quod porcio integralis terrarum et vinearum cultatarum[1] et incultarum mearum in Dobercich, que mihi in parte deuenit uel deuenire poterit et terram ibidem, quam habeo de Nycolao Petrich

[1] Pisano cultattarum, pa ispravijeno.

de Breberio in concambium et nomine concambii et permutacionis receperam, pro qua dedi sibi aliam meam terram in Bylicha, detur ad m onasterium sepedictum sancte Marie in Breberio fratribus Minoribus. Item volo et ordino, quod vinea mea proprialis et specialjs sub Planichnich detur fratribus Minoribus ad monasterium memoratum sancte Marie in Breberio, euulsis vero capitibus vituum, terra predictarum vinearum omnium totaliter et integraliter remaneat monasterio sepedicto; et hanc ordinacionem cum ceteris ordinaui ante quam Hungariam gressus meos arripuissem, anno (!) deliberato non aliqua machinacione inductus, set spontanea voluntate et ex tota consciencia, ut fratres Minores in monasterio prenominato sancte Marie vbi corpus meum requiescat, deum omnipotentem, beatam Mariam omnesque sanctos dei pro peccatis meis atque parentum meorum exorent; dans ergo ad monasterium sepedictum sancte Marie in Breberio fratribus Minoribus donacionem perpetuam et confirmacionem viua voce confirmacione et ordjnacione que dicitur inter viuos, que nulla ingratitudine valeat reuocari consanguineorum uel propinquorum omnes terras vineatas prenominatas, aratoria culta et inculta cum omnibus iuribus et pertinenciis suis et cum omni introitu et eorum *exitu, pascuis, siluis, lapidibus, aquarum decursibus tam super terram quam subtus terram, qujbus iuribus ipsas hucusque tenui et possedi ita, quod ipsas possint et valeant tenere, vsufructuare et libere exercere nemine contradicente, nec obstante consuetudine aliqua Chroatorum, qua prohibetur, ne quis suum patrimonium aliis quam suis consanguineis uel propinquis alicui valeat dare, donare uel alienare aliquo titulo siue iure, de facto uel de iure et non obstantibus quibuscumque legibus siue iuribus nec non statutis editis uel edendis, quibus donaciones, ordinaciones et commissiones sepedicti mei Tohannis infringi valeant in parte uel in toto aliqualiter irritati(l). Et si quis contra predicta fecerit uel atemptauerit, ira omnipotentis dei atque sanctorum omnium super ipsum descendat, sitque a deo et hominibus maledictus. Et ut huiusmodi ordinacio et donaciq.;firmitatis roborem et vigorem optineat in sempiterna tempora, presens(!) paginam siue testamentum sigillo meo proprio atque sigillo capituli Scardone pendentibus feci munimine roborari. Actum et datum Scardone in domo Stephani Cancii habitatoris mee(l), presentibus viris nobilibus et discretis domino Bratossio archidiacono Scardone, domino Johanne presbitero canonico Scardone, Stephano et Thomassio fratribus condam Heiye comitis de Breberio patruum meorum, Stephano Cancii et Marco Stephano de Scardona, specialiter vocatis et rogatis testibus ad premissa et aliis pluribus.

Et ego Albertus Allemanicus iuratus notarius comunitatis Scardone hiis predictis omnibus interfui rogatus, ut ab ore predicti domini Johannis audiui, scripsi, roboraui et meo solito signo consignaui

(Signum not.)

Original na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1348.

Na listini nalaze se 3 dobro sačuvana pečata: kaptola skradinskog, koji Je ovalan i visi na modroj svilenoj vrvei, kneza bribirskog, koji je okrugli l utisnut u crvenom vosku, pa jos jedau okrugh u običnom vosku ; oba vise na koncanim vrvcama; osim toga vide se tragovl još za dva pečata.

Na hrptti savremena bilj'eška: Testamentutn jfohanis Stipcouich.

346.

1348, 3. maja. U Dttbrovniku.

Testamenat Paskve Restića.

Al nome di Jhesu Christo. Anno domini MCCCXLVIII. die III. de maoo.

Eo Syme de Pasqua de Reste con sana mente mia et consentimento de Pasqua mio patre, chel se de sotta questo testamento testata et contentata a tucto de satisfare et si lo faco questo per ultimo testamento. Item vollio inprima che se dia per l'anima mia in reuerentia delle V. piaghe, che riceuette lo signor nella croxe per decima et primitia perperi V. Item per malcollecto et guadagno incerto perperi L. sia per l'anima di chi de essere. Item vollio che se dia perperi XL. per lemosina et uollio, che questo L. solidi de grossis de malcolto e questi altri XL. dicti uollio, che con tucti e laltri denari sera perperi LXXXX sia tucti conparado de fromento et facto farina et sia mandato per lo meno al nobili homini o femene et ad alquanti homini boni de pouolo che sta a necessa et non po domandar per vergogna. Ancora uollio, che se dia perperi X. de denari et questi denari se spanja amin dessi, chi va demandando per la terra a grossi 1. per homo e per femena, a quanti porra conoer se dia. Ancora dea se ali V. monasteri che sono in Ragusi de monaghe a chascheduno a perperi II. per monastero che preghe dio per l'anima mia. Ancora vollio che se dia perperi X. et spargese, lor a quante sera, comencando dala batessa et cosi se dia dnieto a tucte quante, ad una tanto all altra che preghi dio per mi. Item uollio che si debia dar a caschuno frar Predichatore, quelli che canta messa, a duchato uno et che me sia tenudi a cantar messe XXX. cascheduno.

Ancora vollio che dia ali altri frar Predicator, quelli chelli e da Pistola et daltro ordino a grossi XII. Similmente uollio che se debia dare ali frari Minori et che me sia tenudi a dir per lo modo, che scritto de soura. Ancora vollio che se debia dare a preuedi poueri a vinti a grossi XII. per oaschuno, che preghe dio per anima mia, intro questi preuedi sia Io fillio de Boge. Item uollio che se debia dare ad uno preuedo perperi XX., che vada al perdon de Roma per 1'anima mia.

Si mi resta della dote della uxor mia Veche, perperi ottocento L. abiando satisfacto secondo chella ma ordenado et anchora uollio, che se acatti 1. crocifisso, che costi perperi LXXX et che se metta ali frari Predichatori aprono al altare grande, et anchora uollio che se acatti 1. ancona che sia in essa designada la maestade et che sia posta soura allo crocifisso ali frari Predicatori. Item vollio che se debia dare ad uno preuedo perperi XX., che vada al perdon de Roma per lanima de Vechie uxor mia. Ancora uollio che sachatti perperi L de fromento et faca se masenare et che se debia partire questa blaua a vinti poueri gentili homeni. Ancora vollio che se acatti perperi XXX. de fromento et dia se a poueri de bon pouolo. Item uollio che sacatti perperi XX. de blaua et dea se a poueri. Ancora uollio che se dea peca 1. de stanietto che coste perperi XXX. et che se vesta poueri. Dea se ad Jele, teta mia, uno guarnacon brono et uollio che debia fare 1. altare sotto el lector de sancta Maria fronido e che abia una anchona cola croxe et duna parte la donna dall altro lato sancto Qouanni et che- coste 1'altar fronido perperi LX. et per uno calixe che coste perperi XX. Ancora uollio con questi denari, che scritti di soura, che sacatti 1. casa per perperi quatro cento L. in alcuno bon luogho et che renda alchuna cosa. Vollio la mia parte delle possessioni et della ponta che me uerra da mia parte et de Grauossia et de Cuppana, uollio che sia de Matheo mio frare, el mio lecto e la mia massaria sia dada a Matbeo mio frare e la parte della casa del nostro pare Ia mia parte sia de Matheo mio frare et che mai non la possa vendere et che me sia tenuto dar perperi V. per anima mia ogne anno. Item vollio questa chasa, che se de accattare, che lintrada uollio li mei pitropi, che tegna uno preuedo al mio altare et che me dicha messa per anima mia. Vollio che se debia dare a Maria, mare mia, perperi L, uollio che se debia dare a poueri gentili perperi XL. in denari, de questi perperi XL. dea se a Mila, seruitiale nostra, perperi X. et dea se a Deucha perperi X., seruiciale, che fo de Mare de mio pare. ltem uollio che se debia dare a Nicoletta, uxor de Lucharo de Lucharo uno guarnagolo, che fo de Veche, uxor mia. Item uoliio che se dia lo guarnacol de scarlatto ad alchuna gentik pouera fante che andara a marito per anima de Vechie, mollier mia.

Item uollio che se debia dare uno guarnacolo de meschio pure ad alchuna gentil fante, che andara a marido, che fosse pouera per lanima de Veche, mollier mia. Item vollio che debia dare lo mantello de scarlatto pure ad alchuna gentile fante, che andasse a marido per lanima de Vechie, moilier mia. Vollio et ordino che quelli V. perperi, che lasso obligando la parte della casa de mio pare e questi V. perperi sia insemble con la contrada de quella casa, che se comparara, se debia dare ai preuedi, che officiara al altar de sancta Maria grande sotto Io lector.

]o Pasqua de Resti si contento a tucto questo testamento de Sime, filliol meo chelli sia satisfacto in complimento. Et se Matheo mio frare, driedo. Ia morte de Pasqua, mio pare, et de Mare, mia mare non uolesse dare li perperi V. lanno inperpetua per la casa posta in Posterla, co se lo ditto Matheo non uolesse dare questi perperi V. uollio et ordino, che tucta Ia mia parte, quello che uenira de mio pare, che se dia per dio a poueri. Item uollio et ordino de tucti li nostri debiti et de carte de noder, che auemo et scrittura, chc son in cancellaria, che non se debia torre plu de quellq, che scritto in Io nostro quaterno, che e in stacon. Ancora deuemo auere de domegna nouo de mamune. Item una carta, chio in catastecho al noder, perperi CXLV. Item uollio et ordino, che sia tenuto Pasche, mio pare, delli primi denari, che trarra dalli debitori, che me sotisfaca questo mio testamento in complimento. Item uollio et ordino che tucto co chio scritto in questo testamento, la chio scritto per lanima de Veche, mullier mia per lo so che tucto sia satisfacto, testamento de la barra segnato in generali. Item uollio et ordino che sia mio pitropi Pasqua, mio pare, et Giue de Thedoisi e li procuradori de sancta Maria grande tucto quello, che fo dado per lanima de Vechia, mullier mia, se debia distribuire ad insemble con Stipe, sorore et tucto lauanco della dote. de Vechia, mia mullier, secondo chome scritto in so testamento, coe della soa dote uollio che sia satisfacto ad insemble con lo mio testamento. Item uollio et ordino che se messer larceuescouo con Io so capitolo [non] volesse fare alchuna nouitade de questo altare, che se de far sotto lo lector in sancta Maria, che quella intrada che lagho per 1. prouedo, uollio che se dia a poueri per la terra secondo chome parera ali mey pitropi e li mei pitropi si faca uno calice darcento et uno paramento et tucto co, che fara mestieri al dicto altare secondo chome sera scritto in questo testamento et se li debiti, chauemo fallisse et non se podesse auere, uollio che mio pare sia tenudo de sotisfare lo terco de questo testamento, et le due parti sia tenuto a sodisfare driedo la morte de mio pare *et de Mare, mia mare et se fossi contra algun delo testamento de Vecha,

mollier mia, lo mio albitro si do a Pasche, mio pare, che faca quanto la mia persona secondo, chome ordenai io Sime.

Guarente Giue de Thedoysi et Vlacho de Marino de Slaui et Moretto de Luchari et Marroe, filiio de Dime de Mence.

Anno domini M°CCC°XLVIII., indictione prima, die VIIII. madii, iectum fuit dictum testamentum coram domino comite et iuratis consiliariis Mathe de Grede et Nificho de Gondoia.

Testamenta Notarlae 1348.—1365. fol. 9 i dalje.
U dubrovačkom arkivu Preplsao dr. Karlo Kovae.

347.

1348, 8. maja. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim izmjenjuje Nikola sin Grgura, zvan Toth svoj posjed Dolec za posjed Dobra, vlasničtvo Nikole sma Arlandova.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magister Nicolaus filius Gregorii dictus Toth ab vna parte, ab altera vero NicoJaus filius Arlandi proximus eiusdem coram nobis personaliter constituti retulerunt, quod inter eos quedam discordia racione possessionis cuiusdam Dobra vocate, que eiusdem Nicolay filii Ariandi empticia extitisset iuxta possessionem Ztonowch habite mota fuisset et exorta atque ventilata, tandem ipse partes volentes sibi et earum heredibus sano consilio prouidere, dixerunt se super tjiis omnibus ad plenam pacis et concordie deuenisse vnionem et deuenerunt coram nobis tali modo, quod idem magister Nicolaus dictus Toth quandam possessionem suam Dolech vocatam iuxta quandam possessionem eiusdem Nicolai filii Arlandi proximi sui similiter Dolech vocatam constitutam metis et terminis infrascriptis distinctam. cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis quibuslibet quoquo modo vocitatis per concambium eidem Nicolao filio Arlandi et per eum suis heredibus dedit, tradidit et assignauit iure perpetuo predictam possessionem superior Dolech vocatam totalem possidendam, tenendam et habendam; e conuerso idem Nicolaus fiiius Arlandi dictam possessionem suam Dobra vocatam in medio possessionis predicti magistri Nicolai dicti Toth existentem totalem similiter cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis vniuersis antedicto magistro Nicolao dicto Toth et per eum suis heredibus dedit, contulit et assignauit modo premisso iure perpetuo possidendam et habendam.

hoc expresso, quod si temporis in curriculo ipsum Nicolaum filium Arlandi vel eius posteros racione predicte possessionis superioris Dolech vocate per prefatum magistrum Nicolaum dictum Toth modo premisso eidem tradite quispiam inpeteret vel inquietaret, tunc ipse Nicolaus dictus Toth et eius posteri eundem Nicolaum filium Arlandi et suos heredes expedire tenebuntur propriis eorum laboribus et expensis; et e conuerso idem Nicolaus filius Arlandi et ipsius posteri ipsum Nicolaum dictum Toth et eius heredes ab omni questione, si quam racione predicte possessionis Dobra vocate per quempiam in futurum oriri contingeret expedire tenebuntur propriis eorum laboribus et expensis, hoc eciam declarato, quod si qua parcium earundem contra partem alteram super dicta possessione Dobra vocata aliqua iura et instrumenta haberet et eadem in fraudem reseruaret, voluerunt ea carere omni robore firmitatis, mortua, friuola omnino reddentes et exhibitoribus vbique nocitura; ad que omnia premissa partes spontanea se obligarunt voluntate coram nobis. Mete autem possessionis superioris Dolech vocate, prout eas nobis Stephanus presbiter ecclesie nostre prebendarius et condam notarius, quem tunc ad reambulandum eandem miseramus, in scriptis apportauit, hoc ordine distinguntur: Prima meta superioris Dolech vocate incipit in monte a parte meridionali circa arborem pomi iuxta viam et uadit infra versus meridiem ad valiem vbi est arbor iua alio nomine requecia, inde tendit infra versus meridiem ad arborem castanee, ab hinc directe procedit infra per cacumen montis semper versus meridiem ad arborem harazth, inde jterum infra versus meridiem venit ad vallem ad vnum troncum cerasi, de tronco tendit infra uersus meridiem ad viam vsque ad Zrednam mlakam et circa illam mlakam teiidit per viam versus .orientem ad arborem pomi et uenit ad metas possessionis comitis Nicolai fihi Arlandi inferioris Dolech vocate et ibi terminatur. In cuius rey memoriam presentibus duximus sigillum nostrum apponendum. Datum in octauis beatorum Philipi et Jacobi apostolorum, anno domini MCCCXL° octauo.

Originat na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diptomata a. 131S.

Na listini nalazi se svilena vrvca zelene boje; pečat je otpao.

Potvrda od g. 1372. ti arkivu jugosl. akademije u Zagrebu. Diplomata 1348.

348.

1348, 12. maja. U Spljetu.

Šaiju se poslanici u Klis. Trogir i Sibenik.

Mittantur ambassiatores Clissium ad condolendum comitem Paulum ob mortem eius fratris, et mittantur ambassiatores Tragurium et Sibenicum ad consolandum filios Marci Danduli ob mortem fratris olim comitis Sibenicensis.

Lucius Notc chronologiche. Bullettino. ISSl. p. 11.9.

349.

1348, 23. maja. U Trogiru.

Blaško sin Lukšin daje svojoj oporuci kodicile.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indicione prima, regnante domino Lodoycho(!) serenissimo rege Vngarie et tempore quidem ilustris(f) domini nostri domini Andree Dandulo ducis incliti Venecie, vacante ecclesia Traguriensi episcopo, et egregii et potentis viri domini Marci Ruano honorabiiis comitis ciuitatis Tragurii, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Petri Marini Donati, Casoti et Marlauentii(l). Die vigessima tercia mensis maii. Blaschus Lucxe fecit suos codicillos in quibus inter cetera que ipse ordinauit, reliquit omnia sua bona ressidua suis nepotibus, si sin filio no. . . . sicut erat leg . . . . quod ipsi faciant fieri vnam crucem in ecclesia sancti Laurenti, de libris trecentis paruorum Venetorum. Suos commissarios fecit suorum codicillorum fecit(!) commissarios sui testamenti. Et hanc asserit esse vele suam ultimam voluntatem, quam voluit vallere iure codicillorum uel cuiuslibet alterius vltime voluntatis qua mellius vallere et tenere potest. Actum Tragurii in domo habitationis dicti testatoris, pressentibus Loure Plusoli et Marcho Johannis Desse, testibus rogatis et Petro Marini examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Petrus Marinus conscius examinaui.

(Signum not.)

Ego Bernardus condam Philipi Ticoni de Laude imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus communis Tragurii hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et pubjicaui.

Original u arkivn kaptola u Trogiru. no. 61.

350.

1348, 30. maja. U Avignonu.

Klement VI. papa imenuje fratra Ivana nadbiskupom spljetskim i javlja io kaptolu i njegovim sufraganima.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri Johanni episcopo olim Segnensi in archiepiscopum Spalatensem electo, salutem et apostolicam benedictionem. Prudentia regis eterni, cuius inscrutabili altitudine in regno mundi ordinationem suscipiunt universa, supreme dignitatis fastigio licet immeriti presidentes, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus, et pro earum statu feliciter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus. De illis vero propensius cogitare nos convenit, que viduitatis deplorant incommoda, ut eis iuxta cor nostrum nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, divina suffragante clementia, singulis ecclesiis pastores preficiantur idonei, per quorum prudentiam et doctrinam ecclesie ipse salubriter et utiliter gubernate in statu prospero floreant et accrescant. Nuper siquidem bone memorie Dominico archiepiscopo Spalatensi regimini Spalatensis ecclesie presidente, nos cupientes ipsi ecclesie, cum eam vacare contigeret, utilem et fructuosam per apostolice sedis providentiam preesse personam, provisionem eiusdem ecclesie dispositioni nostre ac dicte sedis ea vice duximus specialiter reservandam, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum ipsius Dominici archiepiscopi, qui nuper extra Romanam curiam debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos se hac vice intromittere potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne longe vacationis deploraret incommoda, paternis et sollicitis studiis intendentes, cupientes quoque ipsi Spalatensi ecclesie talem preesse personam, que sciat, velit et possit eam preservare a noxiis et

adversis, ac in suis manutenere iuribus ac etiam adaugere. Post deliberationem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc Segnensem episcopum, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam altissimus insignivit, et quod dicte Segnensis ecclesie laudabiliter hactenus prefuisti, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte Spalatensi ecclesie, quam gregi dominico eiusdem salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo ipsi Segnensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam ecclesiam Spalatensem transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem eiusdem Spalatensis ecclesie tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus pienarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad prefatam Spalatensem ecclesiam transeundi; firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente domino actus tuos, prefata Spalatensis ecclesia per tue industrie ac circumspectionis fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Spalatensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, curam et administrationem predictas sic geras sollicite, fideliter et prudenter, quod ipsa Spalatensis ecclesia sponso utili ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter retributionis eterne premium a domino proventurum, nostre et eiusdem sedis benedictionis gratie merearis continuum percipere incrementum. Datum Avinione, III. kalendas iunii, anno septimo.

In eodem modo. Capitulo Spalatensi, clero et populo civitatis et diocesis Spalatensis, universis suffraganeis ecclesie Spalatensis. Datum ut supra.

Theiner Mon. Hung. I. no. 1147. t>. 762.— 763. Iz reg. oris>. an. VII. com. lib. III. ep. 120. fol. 49.

351.

1348, 2. juna. U Dubici.

Ivan podban ftotvrdjwe listinu llije dubičkoga preceptora o prodaji zemlje.

Nos magister Johannes filius Nicolai vicebanus per totam Croattiam auctoritate domini Ncolai totius Sclavonie et Croatie bani, nec

non comes de Dobicha ac Nicolaus filius comitis Odoleni comes terrestris de eadem significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod comes Endrei filius Endrei de Yodicha accessit ad nostram et totius provincie presentiam, nobis exhibuit quoddam privilegium religiosi viri fratris Elie, preceptorisque Dubicensis, iustum atque condignum, nec cancellatum nec abrasum, nec in aliqua sui parte vitiatum, petens a nobis cum instantia, ut eundem de verbo ad verbum transcribi faceremus ac nostrisque sigiilis confinnare dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor talis est: *(Slijedi listina od 13. augusta 1317.)* Nos itaque attendentes iustas atque condignas petitiones prefati comitis Endrei. ad instanciam eiusdem literas nostras privilegiales confirmatorias nostrisque sigillis appositione duximus munimine roboratas. Datum Dubiche, secunda feria proxima post festum ascensionis domini, sub annis domini M. CCC.XL. octavo.

Jhalloczy-Barabas Coa. dipl. com. de Blagay 124.—125.

352.

1348, 3. juna. — 1353, 2. novembra. U Zadru.

Vladiha trgovac pra-vi svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octauo. indiccione prima, die tercio iunii, Jadre. Cum nil sit cercius morte et dies mortis ab omnibus ignoretur, idcirco Vladicha Tergouag condam Drasili infirmus fecit testamentum, in quo dominam abbatissam sancte Marie Jadre et Ciuitchum condam Jurislaui nepotem suum fecit suos commissarios. In primis dicto suo nepoti dimisit totam vnam suam vineam positam in insula Gelani et domum suam in confinio portarum super terram Pauli Viti, siglum vnum, sclauinam vnam, feltrum vnum et totum bladum suum, quod est in campis ad huc; item ordinauit ceiebrari missas octuaginta pro anima sua et olim uxoris sue: omnia alia bona sua sibi quoquo modo et iure pertinencia ordinauit vendi et precium totum dimisit monasterio sancte Marie monialium de Jadra pro anima sua et dicte olim vxoris sue, dictum monasterium in[1] dicto[1] precio[1] heredem instituens. Et ita hoc suum testameritum ultimum firmum esse uoiuit perpetuo; quod ualere uoluit iure testamenti, et si iure testamenti non ualeret, saltem iure codicillorum ualeat et cuiuslibet alterius ultime uoluntatis. Cjuibus commissariis

[1] Ispušteno od notara u tekstu pa na koncu umetnuto znakom /•.

suis dedit et concessit post obitum suum illam plenam virtutem et potestatem quam quilibet veri et legittimi commissarii alicuius uel aliquorum habere possunt in iudicio et extra, nulloque pretermisso obstante. Actum presentibus Rade fabro condam Cranci et Radmano condam Dicani, testibus et aliis.

(Drugi rukopts).

Ego Johannes Vido cancellarius Jadre de mandato domini comitis et consilii infrascripti examinaui et subscripssi.

(Signum not.J

Ego Coradus condam Rangerii imperiali auctoritate notarius, ciuis Paduanus et notarius curie Jadre supradictum testamentum prout continebatur in quadam cedula scripta manu Nicolai condam Michaelis Leonardi inter suas scripturas reperta de mandato magnifici et potentis viri domini Petri Zane comitis et capitanei Jadre et nobilium et sapientum virorum dominorum gomitis Venerio et Andrea Dandulo consiliariorum eius, scripsi et in formam publicam redegi cum clausulis et solempnitatibus opportunis, anno ab incarnacione domini miilesimo trecentesimo quinquagesimo [tercio], indicione septima, die secundo mensis novembris.

Originalni noiar. prijepis od 2. novembra 1353. u arkivu samostana sv. Marije » Zadru. a. V34o.

Na hrptu nešto kasnije: » Testamentum Uladiehe Trigouae.«

353.

1348, 10. juna. U Obroveu. — 1349. 4. marta. U Zadru.

Oporuka Branice de Sloradis.

Hec est copia cuiusdam testamenti, cuius tenor tallis est:

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indictione prima, die decimo iunii. Tempore serenissimi in Christo patris domini Clementis. pape sexti, regnante domino Lodouico dei gratia serenissimo rege Hungarie, ac tempoVe domini comitis Grefforii Curiaci, honorabilis comitis Corbauie. Cum morte nil sitcercius vitaque incercius et dies mortis ab omnibus ignoretur, summa prudencia est, ut se et s^a negocia quisque sit solicitus taliter ordinare, ne ipsius anima ledatur et de suis bonis inordinatis, quod inter posteros alliqua occaxio oriatur. Idcirco ego Braniza filia olim Viti de Sloradis, nunc hic habitatrix in Obrauazio licet infirma corpore, tamen per dei gratiam habens sanarri mentem, memoriam et intellectum, consciderans supra-

scripta talle(!) de bonis meis omnibus facio meum vltimum testamentum, in quo meos fidei commissarios esse constituo, ordino et dimito Bunam, reiictam olim Laurencii de Zeualelis, Katarinam olim Georgii de Zorzo, Misolum condam Stephani de Ginano et Benulum condam Jacobi de Benedoto, secundum quod hic in hoc meo testamento ordinauero darique iussero, sic dicti comissarii mei post obitum meum facere et adimplere teneantur firmumque[1] sit perpetuo ac ratum. Primum quidem volo, quod testamentum mentis mee adinpleatur, vt continetur in dicto testamento. Item volo, quod detur pro anima patris mei libras ducentas paruorum, provt commissariis melius visum fuerit et de dictis Hbris ducentis volo dantur(!) presbitero Crisano libras decem parui(!). Item dimito(!) libras centum cantare missas pro anima mea et dictos denarios, quod accipiantur de domibus meis magnis, que sunt in Jadra, et si plus venduntur, volo, quod datur(!) Drage baiule mee libras viginti paruorum, Item volo, quod extrahantur de stacionibus meis, que posite sunt in Jadra, vnum paramentum conpletum de veludo rubeo valoris ducentorum paruorum et omnes perles meas, quas habeo super barnac meum scarlati, quod ponatur super dictum paramentum et quod dentur cingulum meum argenteum cum dicto paramento in ecclesia sancti Francissi(!) de Jadra. Item volo, quod in argentorio meo fiant tres calices simillis ponderis et quod ipsos dantur in tribus ecclesiis, scilicet ecclesie sancti Francissi, ecclesie sancti Nicolai de Jadra et ecclesie sancti Georgii de Copriua, et dictum argentorium comissariis meis nunciabo. Item volo, quod faciant vnum paramentum de asamito lene et quod super ipsum ponantur scropule mee de perlis et quod ipsum datur ecclesie sancte Marie de monachis, quod volo, quod ipsum extrahatur de corona mea in casada. Item volo, quod faciant paramentum vnum de velesso et quod super ipsum ponantur scropule mee et dircirium meum auri, et si defecerit, quod accipiantur de tunicis meis et quod ipsum detur ecclesie sancti Grisogoni de Jadra. Item dimito Jacobo condam Semergoti vnam sortem terre mee, posite ad Camegnane prope Bachizam et reliquas uero terras et omnes possesiones in dicta villa volo, quod possident comissarii mee(!) per septem annos et quod receperint de dictis possesionibus, quod distribuantur cui ordinauero, et in fine septem annis(!) supradictas(f) possesionibus(!) dimito monasterio sancti Francissi de Jadra. Item adhuc volo, quod comissarii mei posident terras, vineas et possesiones in villa Bochan Studenez, quas peruenit michi quam(!) peruenit michi{!) ab olim Volzina condam Miche de Matafaris per septem annos et in'fine septem annis(!) ipsas monasterio sancti Platonis de

[1] U listini rastavljeno.

Jadra pro anima mea. Item dimito monasterio sancti Nicolai de Jadra omnes et singulas possessiones, quas habeo in insulla Isi. Item dimito monasterio sancti Francissi et sancte Marie de monachis omnes et singullos(!) roualiones meos et omnes cusinellos paruos meos pro anima mea. Item dimito monasterio sancti Nicolai omnes et singullas res meas: terras, possessiones et denarios, quas(!) peruenit michi ab olim Marchexina relicta olim Volzine de Matafaris. Item dimito supradicto Jacobo vnum copertorium, de tilla lanizii duo et omnia arma patris mei. Item dimito dumpno (!) Vito meum varnacon cum fodra de varotis, tunicam vnam scarlati, duo varnacones misculi, vt faciat sibi duo paria vestium; adhuc dimito dicto Vito vnum lectum conpletum, scilicet vnum capitalle(P), vnum lectum de pena, vnum capitalle par[u]um, duo lintiamina et copertorium >num intaliatum pro anima mea. Item dimito Marize vxori Misuli de Ginano, gUarnaziam vnam rubricham tunicam coloris garofolati et vnum par cercelorum auri propinquiori nisu. Item dimito Vesele, filie Dragosclaue tunicam vnam rubeam et vnum par cercelorum. Item reliquos cercelos meos et vnum filium(!) scropularum dimito in manibus comissariorum meorum, ut ipsos(!) distribuantur pro anima mea ut melius sibi visum fuerit. Item dimito Marize filie Bune, mrisinacum vnum auri et medietatem tocius possessionum mearum. que posite sunt prope Jadram ad sanctum Jacobum et libras nonaginta paruorum et varnacionem meum cum fodra varotis et duo paria cercellorum. Item dimito Franulo filio dicte Bune libras centum paruorum. Item dimito adhuc dicte Marize curtinam vnam et copertorium vnum, quod habeo apud dictam Bonam(!). Item omnia reliqua masarizia volo, quod vendantur et quod detur pro anima mea. Item dimito Katarine amite mee, libras centum paruorum, et si moriretur, dictas libras centum deueniant dicte Bone. Item dimito Matheo. filio Barthe libras octuaginta paruorum. Item dimito curtinam vnam, monasterio sancti Francissi. Itetn dimito Benulo comissario meo medietatem tocius terre mee, quam habeo prope Jadram circa sanctum Jacobum, quam medietatem eligere voluerit. Item dimito baiulle mee Drage lectum vnum fornitum. Item dimito Dunade relicte Nicolai de Sgagno, et suis heredibus copertorium vnum et palium vnum sub varotis mulieri. Item volo, quod detur Paulico becudes(!) tres, quas eligere voluerit. Item volo, quod de bestiis meis detur Benulo libras octo. Item reliquas bestias meas dimito ecclesie sancti Gregorii de Obrouacio. Item volo, quod redatur Vladislauo Barnaz cingulum vnum et [grossos] quinque et solidos sexdecim, quos habui in deposito ab ipso. Item dimito Paulico libras quinque. Item volo, quod quicumque[1]

[1] Cuicumque.

dimisi possessiones, quod ipsis dentur carte de dictis possessionibus. Item reliqua bona mea omnia dimito in manibus comissariorum meorum, vt distribuantur paupenbus pro anima mea, quos pauperos in bonis meis. . . . heredem instituo. Et hec est vltima voluntas mea. Quibus supradictis comissariis meis do, concedo illam plenissimam virtutem et potestatem, quam aliqui veri et legiptirni(l) commissarii alicui(!) habent uel habere possunt ad agendum, . . . dum, placitandum et respondendum, litem contestandum, sacramentum calumpnie et veritates(!) dicenda(!), in anima mea et cuiuslibet alterius generis iuramentum prestandi et ad omnia et singulla iacienda et exercenda in predictis et circha(!) predicta, et ita hoc meum testamentum firmum ac stabille esse adiudico in perpetuum, et si iure testamenti valere non potest, saltem valeat iure codicilorum uel alicuius vltime voluntatis. Actum est hoc et firmatum in Obroucio in domo dicte testatrizis(l), coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Dominicusso vicecomite Obrouzi, fratre Vito monacho et Francisco Viti de Vicenza, habitatoribus Obrouci, et aliis.

Ego Marinus condam Desse Lissize examinator examinaui.

Ego Cosmas filius iudicis Staueni notarius supradicti comitis Gregorii et comitatus fori Obrouzi, interfui rogatus, audiui scripsi, publicaui et signo meo consueto signaui.

MCCCXLVIIII. mensis marcii, die IIIL, presentata fuit litera comitis Gregorii Corbauie, per quas(!) recomendatum fuit ipsum instrumentum domino comiti et curie sue.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus de Cipriano examinator manum misi.

Ego Vitus condam Grisogoni de Zadulinis examinator examinaui, quia cum suo autenticho concordare inveni.

(Sigi:um not.)

(Drugi rukopis).

Ego Blasinus Brocus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, quia presens exemplum a suo originali sumptum ascultando inueni concordare, ideo me subscripsi.

(Signum not.)

(Drugi rukopis).

Ego Isardus condam Romanati de Padua et iuratus notarius ad criminalia Jadre, quia presens exemplum a suo originali ascultando concordare inueni, me subscripsi.

fSignum not.)

*

(Drugi rukopis).

Ego Bartholomeus Andree de Padua publicus imperiali auctoritate et nunc comunis Jadre iuratus notarius hiis omnibus interfui. rogatus scripsi et publicaui.

(Signum not.j

(Rukopis kao od početka isprave).

Ego Bartholomeus filius ser Paganini, cancellarius Jadre publicus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus. Hec copia scripta a codam (!) suo autentico et suo origignalli (!) anno millesimo suprascripto, fideliter scripsi et exemplaui nil addens uel minuens quod sensum mutet aut uariet intellectum, meque subscripsi et signum meum consuetum aposui.

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 206.

354.

1348, 18. juna. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski objavlfuje kako se je pred njim očitovao o mirazu dobivenom od udove Nikole Gjeleta njezin suprug Ivan Lovrin Kaniški.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commeudantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nobilis domina relicta Nicolai filii Gyeleti de comitatu de Posega ab una, parte vero ex altera Johannes filius Laurencii filii Emirici de Kanysa sponsus eiusdem domine coram nobis constituti, ipse Johannes est confessus viua voce, quod ipse de rebus seu clenodiis per predictam dominam eidem Johanrii sponso suo cum filia sua pro dote et rebus p[ar]arphanalibus tempore nupcie sue datis, hec clenodia seu has res ab emanacione presencium infra vigesimum secundum diem reddere assumpsisset domine prenotate, ymo, assumpsit coram nobis: Primo videlicet unum palium hermelina pelle subductum cum tunica ampla de panno moryt cum foliis argenteis vulgo scaba dictis ordinatum; item unum palium cum tunica similiter ampla de scarleto similiter cum foliis argenteis, item unum sup[er]um vulgo rokola dictum cum perlis ordinatum et bisso subductum, item peplum unum deauratum et unum c[ri]nale vulgo chrenchul dictum, item lectistrenium unum cum supellectili vario

subducto, item quoddam ornamentum domus vulgo sparlah dictum, item quandam possessionem Gyelekewch vocatam in comitatu de Keres existentem cum quibuslibet suis instrumentis super eadem confectis, per eandem dominam predicto Johanni similiter cum filia sua predicta tempore nupcie sue datarum, eidem domine reddere et resignare teneretur. Dicta tamen clenodia in curru ville Gyelekewch ad Budam deferri facere et predicte domine nostri in presencia reddere deberet Johannes filius Laurencii annotatus. Item quoddam aliud crinale in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc venturis eidem domine similiter reddere teneretur coram nobis; tali vinculo mediante, quod si ipsum crinale eidem in dictis octavis festi beati Michaelis archangeli reddere non curaret, extunc quinquaginta marcas ipso die eidem domine persolvere deberet, et si eodem die ipsas quinquaginta marcas non persolveret, in pena dupli earumdem convinci deberet contra dominam prenotatam, prout ad hoc predictus Johannes se sponte obligavit coram nobis. Datum Bude, in vigilia festi corporis Christi, anno eiusdem M°CCC°XL° octavo.

Original na pergameni viagom ponešto ošteeen u kr. ug. drz. arkivu u Budapešti: M. 0. D. L. no. 3992. — Stara sign. N. R. A.fasc. 21. no. 12. Na hrptu se vidi trag pritisnuta velikog pecata, ispod njega: » Confessio facta est nomine nostro coram vtrorumqtie (.') Petro el Mate notariis.*
Nagy Cod. dipl. Andeg. V., 205—206.

355.

1348, 18. juna. U Dubrovniku.

Testamenal Marka Gradiča.

In nome de Christo amen. Anno domini MCCC°XLVIII°.. die XVIII de cugno.

Io Marcho, fillio de Felise de Grede, faco mio ultimo testamento in quista forma. Inprima aco de mio mobile secundo che se scritto dico per ordine. Aco la merchatantia che se in stacon, che fo deli de Petragna et mia per preeo yperperi MCCCC et so in possession et aco le claue sicho apar per uno scrito in can^ellaria et debia far rason a claro fato, sel sera alguna coseta men o plu Jasso in prouidentia deli mi pitropi, e do диег lo terco de li debiti, che se troua in stacon boni et . . . . recepti per rason sera cerca yperperi C. Aco in ducati in chasella mia yperperi M. Aco alla cera 1. fondo, val cerca yperperi X. Aco 1. debito per carta soura

Nicola de Marco de Luchari do auer duecento. Do auer de Michiigna di Mureto et Nichxa yperperi CXL. per diuerse rason de testamenti et dibiti actanchi. Aco de dibiti antichi pontadi cerca yperperi C. Aco soura la gabela del vin in pronto yperperi XXI. Aco nelo inprestito del formento cerca yperperi L deli qual recepi star VII de grano, do auer del comune per lo viaco de Bologna yperperi XV et per prouision a mi pare yperperi X. Quisti yperperi vollio che se remetta allo comun per lo testamento de mio pare et ionga se del mio per complimento yperperi XV. Do auer de Martolica de Cireua per resto de prima rason secundo come sa Sime de Resti et li conpagni de le saline yperperi XLVIII. Aco in casa una bala so per III de scerlatine, le qual recepi de Vitcho de Goco, val cerca yperperi C. Do auer de Vitcho che romasi in luy dele rason da Uenexia cerca yperperi CXXX. Aco uno barchoso, lo qual nauiga Stipoie di Mitrouich de Cuppana, val yperperi LX. Do auer deli villani de Lichigna oltra quilo, che pasteno cerca yperperi L. le lor rason so scrite in primo quaternecto. Aco a Stagno alo monasterio bote III. de vin, le qual fo de mio pare. Aco in saagno(!) de mio pare bote II. de vino, le qual fo de mio padre. Aco a Stagno bestiame, faca si rason colli pastori. Aco in casella de coeli tanti, che ual yperperi duecento. Aco liuri in casa, val yperperi LX. Aeo drappi mi da vistir caui XX. li coeli et li luiri et li drappi se salui per li mi redi et tucta mia massaria se scriua e. saluase per li mi redi et si li redi falisse, li mi liuiri se dea ad poueri frari et de li coeli et drappi se faea denari. Aco in la conpagnia delle saline, li qual so in debito alo chumercho et in lo debito de Marin de Bona per carte a nome de Sime de Benessa et in man de]i conpagni cerca yperperi ottocento et lo plu et men lago sopra l'anima de H conpagni. Et anchora prego li mei conpagni che li me faca iusta rason del mo terci ali mi redi del tempo, che le auemo ategnir si de pro che de dagno. Item lo mio mobile predito senca drapi da uestir coeli et liuri et debiti- porta di cerca yperperi quattro mila cento li qual denari debia li mei pitropi scuder et assunar lo mellio, chelli po et pagar li dibiti infrascriti e lo infrascrito testamento. Inprima a Dea, mia maregna, yperperi ottocento per la soa dota, la qual se tegnuda in far una clesia in lo scholeto in Lichngana. Item non aeo ancora facto nissuna rasson ali de Goce et de Luchari de li facti che alor fis in Venexia, credo alor restar a dar yperperi trecento XXX, secundo che par per li mei quaterni. Vega si per li mei quaterni se fose alcun Cadio se mendi. Et do dar a Marin de Goce per afficto de la stacon yperperi XVI ouer XXVI, lasso in sua bontade. Do dar ad Nicola de Luchari per afficto de la casa, che sto per anni IIII. yperperi XX. laso a la stacon de li Goce yperperi

XXXIII, li qual aloror steti a dar per li de Baselo. Item do dar ali diti per II. stera de gran et per gran riso yperperi VI. grossi IX. do dar a Stanca, fante che fo de Thomce de Vician in Venesia yperperi XXXII. et abia per quadagno yperperi III. Do dar a Nelo Beneuenti in Venesia yperperi IIII. Do dar per resto delo testamento de mia mare, segondo come par in casela in una cedula cerca yperperi LXXXV. Do dar per lo testamento de mio pare per resto peroche alquanti dar distribuidi chome apar in una quaternecto in casella resto a dar yperperi duecento. Do dar per lo testamento de mia mulier, li qual de auer Nicola de Lucari et mi chugnadi yperperi CLXXXX peroche yperperi X o distribuido. Vollio che se dea yperperi duecento ad Nicola de Luchari et ad Maroie de Goce, li qual denari me auanca a li mi denari de le rason da Venexia, credo che algun radico fo. Vollio che se dia ad Piero et ad Paulo de Gisla yperperi trecento con questa condicione, che io aui sospecto per multe sospectioni claritade malomo non de iudicar incerto che io aui sospection et prasuncio chelo me de fraudo de lo viaco de Rudnicho Vollio che li si dia per quisti yperperi trecento, si ando Requesto a iurar, che lo nome a refrandado et se Requesto non volesse iurar, non abia menti et se iurasse, che me a defraudado. men tanta abia men, et se morisse auanti, che lo dito Piro Requesto abia li soy successori, li dicti yperperi trecento. Et se iurar non vora, li mei pitropi abia consellio, se lo mio herede li policitamente tegni oy non. Vollio che se dea per malcolecto incerto yperperi C. li qual si distribuesca yperperi XXX a poueri in Venexia et li LXX a poueri in Ragusa. Lasso yperperi X, alli frar Predicatori per messe et X ali Menori et X alli prouidi. Lasso yperperi XXX. per lauorer alo dormitorio deli frari Predicatori et alo priol deli Predicatori. Laso yperperi II. Per ogni monaster dintro la terra. Voilio che se dia yperperi I. Vollo che se dia per casca uno monaster de reclause grossi tre. Item li dibiti et malcolecti et testamenti et lemosine yperperi due mila trecento cercha. Roman alli mi redi in diner gerca yperperi mille ottocento, o plu o men. Vollio che quisti denari se salui in loco securo finche mi redi vin ad etate. Faco mi pitropi a quisto testamento: Nicola de Luchari, Marino de Qimento de Goce, Nicola de Grede, Giue de Giduiso et Nichxa de Luchari, esse fallisse III di quisti, sia appresso lo primo li procoradori de sancta Maria, faco asauer che deli merchadi si anni II. harati et son obligado solamente ali conpagni a pro et a danno. Et Nicola de Lucharo con Marin de Goce sia la mia parte de Io sal et di tuti dibiti siche lago et rechomando tucto in man loro et prego li che li sia rechommandado li mi redi. Et si per mio pechadi falise li mi redi, si masculi come femena auanti etate, che se renda yperperi novecento per]a dota de mia

mullier secundo che la ordenado et tucte le cose et massarie de casa et i;oeli si debia vender e far denari. Et anchora si debia afflictar tuti mei beni stabili li qual se in Lichiganna cercha solidi CX a mitade, a Concheto cercha solidi XXX de vigna in Churila in aficto lanno yperperi III. grossi ШГ. et certe vigne a mitade, II. case in Ragusa; 1. in Stagno et in la Ponta et 1. parte in Stagno, che fo de Sime de Grede. Tute queste cose se debia afflictar lo mello che se po in generacion o come paresse alli mei pitropi et la intrada se debia assunar per V anni de longo et lo afflicto se debia assunar con H altri mi denari et debia si far in algun luoco, la che paresse alla terra et voiese dar Jo terin o altre bone persone la gase lo terin. Vollio che se lauora con tucti questi denari una clesia a lonor de sancto Matheo et abia a la di uno altar alo honor de sancto Felise et che stia tanti frari Carmeni, quanti pora uiuer de tucti quisti mi rendidi, li qual se debia scuder ogni anno per li mi pitropi. Et se infra quisti V anni nosse potesse meter in ordine quisto monastir, vollio che tucto quisto non sia niente. Ma vollio che se fa^a uno altar soto lo crucifixo in sancta Maria ad honor de sancta crose et debia se fornir quisto altar de quilo, che li fa mister, yperperi duecento et del altro lato soto lanchona vecia, che a la figura de sancta Maria a la di senestro intrando vollio che se faca I. altro altar et fronesca se con altri yperperi duecento alo honor de sancta Anna. Et vollio che quisti due altari si li debia far officiar li mei pitropi de li mi rendidi due prouidi, che abia yperperi XXV Iuno et siano tegnudi a dir ogni di 1 messa et vollio che se dia yperperi V. per altar per oleo et candele. Et vollio che se dia alli frar Predicatori de li mi rendidi ogni anno yperperi XV. che canti ogni di una messa per lanima mia. Et tucto lo romaso de le mie rendede se dia per dio, sicho parera a li mei pitropi et chussi de mio mobile Io dia la che a lor par. Et se me vignise inpedido quisto officiar de li altari, ouer per lo arcipiscopo, ouer per li canonichi, ouer per altra persona alcuna,. vollio che li mei pitropi abiano albitrio in ogni tempo de soctar li dicti beni in ongni altra clesia et.. dispensarli in altro luoco, chome ad elli melio parera. Vollio che se dea alla coperta de sancto Stephano yperperi VIII, li qual do dar et alli frar Menori yperperi X. Vollio che li mei pitropi aficti le mie possession, chomo se scritto de soura. Guarenti mei: Matheus de Dersa et Nifco de Gondola et Blasio de Marino de Slaui. Vollo che se dia per decima et primicia yperperi III. Item do dar a Rada Bela, che fo de mio fillio yperperi XVII. Item aco in casa cofani III. de chose de Sime de Grede et certi coelli in una tudgella, tuto se scrito in una eedula. In presencia mei Mathei de Dersa confessus fuit Matheus Feiicis de Grade supra dicta.

Et in presencia de mi Mathe de Benessa ordena Mathe de Grede qui! chose scrito de sopra.

Testamenta Notariae 1348—1365 fol. 97 i dalje.
U dubrovačkom arkivu. Prepisao dr. Karlo Kovač.

356.

1348, 19. juna. U Avignonu.

Stjepan nadbiskup kaločki javlja o osnutku opatijc sv. Benedikta u Tompojevcima.

Sanctissime pater. Cum deuota creatura vestra Stephanus archiepiscopus Colocensis iam senuerit et diocesim longam et magnam habeat atque latam, ita quod graue sibi esset singulas ecclesias que reconciliacione indigent personaliter accedere seu eciam per suffraganeum propter paupertatem populi visitare, supplicat, quatenus senectuti sue et eciam populo sibi subiecto paternali compatientes affectu, ut in expensis pauperes releuentur, eidem archiepiscopo dignemini concedere et indulgere, quod ipse auctoritate apostolica per simplicem presbyterum et ydoneum ecclesias et cimiteria dicte diocesis possit cum aqua per episcopum consecrata facere reconciliari, quociens necessarium fuerit ac eciam oportunum cum clauouiio necessariis et consuetis. Fiat in forma ad quinquennium. R.

Item significat, quod olim abbacia monasterii sancti Georgii de Dumbo ordinis sancti Benedicti Colocensis diocesis legitime vacante presidente, prouincialis capituli abbatum monasteriorum in regno Vngarie ordinis eiusdem venerabilem et religiosum virum fratrem Vlricum dictum abbatem monasterii sancti Georgii, ordinis scilicet et diocesis predictorum a dicto monasterio et eius regimine in ipsorum prouinciali capitulo primitus absoluerint, eundem ad abbaciam predicti monasterii sancti Georgii de Dumbo, prefato archiepiscopo, ad quem collacio dicte abbacie seu monasterii noscitur pertinere, tanquam suo ordinario presentauerint, quem cum ipse vite laudabiiis et moribus insignitus(l) reperisset, eidem fratri Vlrico dictam abbaciam sancti Georgii contulit et sibi de eodem prouidit munus benediccionis eidem impendendo. Quare supplicat archiepiscopus memoratus, quatenus de gracia speciali collacionem, prouisionem et benediccionem predictas dignemini ratas et gratas habere et [eas] auctoritate apostolica confirmare. Fiat, si in canceliaria appareat, quod presidentes possint absoluere et si conventus [contra-

rium] non haberet [de] eadem. R. Ita quod sine alia transeat leccione. Fiat Relacio. Datum Auinione, kalendis iulii, anno septimo.

Clement. VI. Reg. supplic. an. VII. P. I. no. 15. fol. HT.

357.

1348, 27. juna. U Kotoru.

Rade France de Sabe pravi svoj testamenat.

In dei nomine amen. Anno domini roillesimo trecentessimo quadragesimo octauo, indictione prima, die vicessima septima iunii. Nos Gregorius Griunoy, Marinus Bolige et Paulus Buchie iurati iudices testamur a parte, quod Rade France de Sabe suum condidit testamentum et constituit . . . . . dompnum Paulum qui eum presentauit in quadam cedula et per testes contentos in ipsa, quos examinauimus secundum formam statuti; cuius quidem cedule tenor talis est: Ego Rade France de Sabe facio meum vltimum testamentum cum sana memoria et loquela; imprimis volo, • quod factum meum de Dulcineo sit ecclesie dicte Marie de Dulcineo pro anima mea et mortuorum meorum; item volo, quod domus nostra magna de Cataro soluat perperos duos sancto Triphoni, quod faciant duas vigilias, videlicet vnam pro anima France et aliam pro anima mea in perpetuum; item volo, quod dentur pro scripta(f) perperi quinque pro anima mea; item pro male ablato perperi sex et pro missis perperi viginti quinque; item detur presbitero Paulo pena vna lentii; item volo, quod vendatur medietas facti mei quod habeo in cassellis et satisfaciant hoc testamentum vattentibus(l) perperi sex, sancto Spiritui perperi tres, sancte Barbare perperi tres, et si aliquid superfuerit de dictis rebus, sit in manibus epitroporum et filius meus et filia mea Mare defitient, res reuertantur in manibus Stane filie mee et dicta Stane teneatur soluere debita et dare perperos quingentos pro anima France, et si Stane defitiet sine huredibus, totum factum meum vadat pro anima France et mortuorum nostrorum dicto Triphoni, et quod dicti clerici faciant vnam missam omni die pro anima nostra in perpetuum et vigilias sex per annum; epitropos autem meos constituo de facto Dulcinei episcopum cum archidiacono de Dulcineo et de facto de Cataro sint epitropi Pasque gener meus, Stane vxor Petri et presbiter Mile C . . -tii; testes sunt . . . . . de Uise et Maius de Mice. De quorum iudicum . . . .

Ego Gentilis condam Gentelini de Auxino imperiali auctoritate et nunc communis Catarensis iuratus notarius scripsi et publicaui.
(Signum not.).

Original na pergameni u arkivu jugoslav. akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1348.
Na hrptu savremena bilješka: »Testamentum Rade Frange de Sabe«.

358.

1348, 6. jula. U Dubravi.

Jakob biskup zagrebački daruje Jakobu Blažu i Petru sinovima MarHna predij Parizovac u pokrajini dubravačkoj.

Jacobus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis vniuersis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam Ea debet superiorum esse intencio, quod bene meritis digne remuneracionis premium exhibeant, vt alii subditi huiusmodi exemplo feruencius edocti dominis liberius ad fidelitatis obsequia et opera animentur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos consideratis multiplicibus fidelibus seruiciis quibus nobis et ecclesie nostre Blasius et Petrus filii Martini et Jacobus frater ipsorum ab olim studuerunt complacere et in futurum maiora se promiserunt exhibere, in recompensacionem huiusmodi suorum seruiciorum aliqualem, quandam possessionem nostram et nostre ecclesie Parisouch vocatam in comitatu nostro de Dombro existentem dedimus et contulimus et damus et conferimus eisdem cum omnibus suis iuribus, vtilitatibus et pertinenciis vniuersis secundum metas antiquas et consuetas more aliorum predialium nostrorum presencium nobis et ecclesie nostre fidelium perpetuo sibi et heredibus suis legitimis heredumque suorum successoribus legitimorum successorum regendam, tenendam, gubernandam et eciam populandam, quamdiu nobis et ecclesie nostre fideles extiterint et per eosdem eciam pacifice possidendam, seruiciis tamen debitis et consuetis nobis et nostris successoribus in eadem possessione plenarie reseruatis, hoc adiecto, quod si supradicti Blasius, Petrus et Jacobus aut eorum heredes processu temporum notam infidelitatis uel ingratitudinis incurrerint aut seruicia debita suis temporibus non persoluerint et possessionem predictam motu proprio desolauerint et nobis et nostris successoribus promissa non obseruauerint, extunc a iure et proprietate dicte possessionis cadent ipso facto, nunquam ipsi et heredes eorum ad eandem reuersuri.

In cuius donacionis perpetuum testimonium presentes nostras litteras eisdem concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum in Dombro, die VI. mensis iulii, anno domini millesimo CCC"XL°. octauo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35192. — Stara signatara: Acta monast. de Garig: Jasc. I. no. 25. JVa listini o crvenoj svllenoj vrvci visi ovalan pečat.

Pod isHm datumom i istim rij'ečima daj'e iiskup Jakob, Blažu i Petru sinovom Martinovim i Jakobu bratu njihovomu posjed »Tofrna/n, in comitatu de Dombro, quam idem Martinus pater ipsorum kabuit.4 Pod tstim uvjetima. — Original na pergamer.i u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. D. 0. L. no. 35.193. — Slara signatura: Acta monast de Garig. fasc. I. no. 26.

369.

1348, 10. jula. U Krku.

Cecilija Vulpe čini svoj'u oporuku.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem 1348. indicione prima, mensis iulii die 10. intrante. Veglae in domo infrascriptae testatricis coram domino presbytero Nicola de Pisanto canonico Veglensi, patrino suo spirituali, praesentibus Joanne dicto Caristia. . . . . Pedrino de Sparverio, et aliis ad haec confocatis(') specialiter et rogatis testibus. Ibique Cecilia de Vulpe uxor quondam Petri per dei gratiam sana mente et sensu, licet corpore languens, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per praesens nuncupativum testamentum siue scriptis in hunc modum facere proeuravit. In primis quidem voluit, praecepit et ordinavit, quod frater Bartholinus eius filius accipiat de bonis suis quidquid sibi placuerit. Item dimisit capitulo Veglae solidos quadraginta denariorum venetorum parvorum. Item patrino suo praedicto unum romanatum. Item cuilibet monasterio Veglae quartam romanati. Item cuilibet haeremitae Veglae grossos tres, excepto haeremita Pasqua cui dimisit id quod ei tenetur. Item fratribus sanctae Mariae de Vegla medium romanatum. Item sodalitati dictae ecclesiae medium romanatum. Item medium romanatum sodalitati sancti Joannis Evangelistae. Item grossos tres sodalitati sanctae Mariae de Angelis. Item grossos tres sodalitati sancti Quirini. Item grossos tres sodalitati sancti Francisci. Item grossos tres sodalitati sanctae Mariae Magdalenae. Item grossos tres sodalitati sanctae Catharinae. Item ecclesiae sancti spiritus de Castelletto unum romanatum. Item romanatum medium sodalitati,

dictae ecclesiae. Item Andreae de Stana. . . . . grossos duodecim, et grossos duodecim Stephano eius fratri. Item fratri Mauro solidos quadraginta parvorum. Insuper dimisit Zanno de Vulpe eius fratri unam archellam veterem, et unam. . . . . novam, et unam cassellam, et unam bachanellam, et unam cultram de paenna cum eius capitali, et macinam unam et calderam unam, et unum Iebetem, et unam . . . . , et unum par de camastris. Item dimisit eidem Zanno fratri suo ortum minorem de contrada Vignol cum debito, ad quod tenetur. Item dimisit eidem Zanno fratri suo vineam suam de contrada Pizzuli curn omnibus iuribus sois, ut ipse, vel qui eius loco fuerit, teneatur et debeat perpetuo annuatim dare oblationem in loco fratrum de Vegla, ut ibi moris est, et sic vadat de haerede in haeredem. Item dimisit dicto Zanno eius fratri duas butticellas dictas per viam qua itur eatenus, quod dicto eius fratri est persolvendum pro parte denariorum librae septuaginta parvorum, et librae triginta sibi deficiunt, quas sibi dare iussit quando videbitur dominis. Item dimisit Andreae eius nepoti filio quondam Vulcinae de Petrana vineam, seu pastinum suum de contrata Pizuli cum omnibus iuribus suis, ut ipse, vel qui eius loco fuerit teneatur et debeat perpetuo annuatim facere eius obitum in loco sancti Francisci de Vegla, ut ibi moris est, et vadat semper de haerede in haeredem. Item dimisit eidem Andreae eius nepoti cassam novam, et tinam magnam, et magnam pilam, et unum capitale de paenna, et unum anulum, et unam rachanellam, et quicquid fratri Bartholino eius filio vult, haec sibi dari voluit. Item dimisit eidem Andreae unam vaccam et unum par de camastris. Item dimisit diacono Michaeli dicto Pavraso grossos duodecim. Item Andreae filio Buna de Stana. . . . . grossos duodecim, et Matthaeo eius fratri grossos duodecim. Item dimisit haeredibus Ceciliae quondam magistri. . . . . terras de Gugraso, et ortum de Vignal cum debitis, ad quos tenentur. Residuum autem omnium bonorum suorum inordinatorum dari et distribui voluit, ut frater Bartholinus eius filius praedictus duxerit ordinandum. Et ad haec omnia et singula antedicta procuranda et exequenda dicta testatrix esse voluit et reliquit suum verum et ligitimum procuratorem dictum Andream eius nepotem, filium quondam dictae Vulcinae, dans sibi plenam licentiam et omnimodam potestatem praedicta omnia et singula exequendi et procurandi, ut dictus frater Bartholinus duxerit ordinandum. Et hanc suam uitimam voluntatem dicta testatrix asseruit esse velle, quam valere voluit tanquam suum testamentum, quae si iure testamenti non valeret, valeat saltem iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis, quam valere potest melius et tenere.

(Signum not.).

Ego Quirinus filius quondam Leonardi de Vegla imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius hiis interfui, et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi.

Bartoli Zbornik 12. — Siarine XX. 7. izvadak.

360.

1348. 14. jula. U Avignonu.

Klement VI. imenuje Bartolomeja biskupom kotorskim i preporuča ga oblastima i narodu.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Bartholomeo episcopo Catharensi salutem et apostolicam benedictionem. Quam sit onusta periculis, quam plena dispendiis, quantaque secum incommoda pertrahat ecclesiarum vacatio diuturna, sollicite considerationis indagatione perscrutantes, libenter operarias manus apponimus, et studium efficax impertimur, ut viduatis ecclesiis pastores preficiantur idonei et ministri providi deputentur, quorum fulte presidiis et favoribus communite malignorum insultus non metuant et parvorum non vereantur incursus, quinimo, auctore domino, felicibus proficiant incrementis. Dudum siquidem ecclesia Catharensi per obitum bone memorie Sergii episcopi Catharensis, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos attendentes, quod nullus preter nos ea vice de ordinatione ipsius ecclesie Catharensis se intromittere poterat, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnes provisiones ecclesiarum cathedralium apud dictam sedem quocunque modo vacantium, et vacaturarum imposterum apud eam, dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari; et ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, ne prolixe vacationis subiaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc canonicum Constantinopolitanum, in sacerdotio constitutum, litterarum scientia preditum, vite ac morum honestate decorum, ac in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, aliisque multiplicium virtutum meritis, prout testimoniis fidedignis accepimus, insignitum, convertimus oculos nostre mentis. Quibus omnibus diligenti meditatione pensatis, de persona tua eidem ecclesie Catharensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica

providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem dicte Catharensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ac deinde per venerabilem fratrem nostrum Bertrandum episcopum Ostiensem tibi fecimus apud sedem ipsam munus consecrationis impendi in illo, qui dat gratias et largitur premia, confidentes, quod eadem ecclesia Catharensis sub tuo fideli regimine, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur, et salubria suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostoiica scripta mandamus, quatenus ad dictam ecclesiam Catharensem cum gratia nostre benedictionis accedens, ipsius Catharensis ecclesie sollicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, ita, quod dicta ecclesia Catharensis gubernatori circumspecto et fructoso administratori gaudeat se commissam, et bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter retributionis eterne premium nostre benivolentie gratiam uberius valeas promereri. Datum Avinione, II. idus iulii, anno VII.

In eodem modo. Capitulo Catharensi, clero et populo civitatis et diocesis Catharensis, ac Ludovico regi Ungarie etc. ut supra in aliis similibus, verbis competenter mutatis.

Theiner Mon. Hun^. I no. 1153. p, 765. — Iz reg. an. VII. com. lib. III. fol. /9.

361.

1348, 28. jula. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim na pismo bana Nikole označuju se medje izmedju grada Kriievaca i posjeda Pa-vla sina Krištoforova.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod vuiuersi ciues et hospites de noua libera villa Crisiensi per litteras magnifici viri domini Nicolai tocius Sclauonie et Croacie bani a nobis cum instancia postularunt, vt ad videndas, reambulandas et separandas metas territorii eorundem a parte seu vicinitate terre Pauli filii Cristofory et Bartholomei filii eiusdem ac fratrum eorundem vnum ex nobis virum idoneum cum magistro Jacobo filio Dyonisii comite Crisiensi, homine eiusdem domini bani ad hec specialiter deputato, pro testimonio destinare curaremus; quorum peticionibus iustis et condignis annuentes, maxime quia iamdictus Paulus et filius eiusdem hoc idem modo similiter per litteras

eiusdem domini bani a nobis facere postulabant, discretum virum magistrum Andream socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda et exequenda in medium ipsorum duximus transmittendum, qui quidem magister Jacobus iamdictus vna cum eodem socio nostro demum pariter ad nos reuersi, voce consona nobis inter partes huiusmodi metas de bona voluntate et consensu earundem parcium se ordinasse et erexisse retulerunt, ymmo in scriptis pacifice et quiete nobis demonstrarunt tali modo: Prima meta incipit a parte orientis circa terram magistri Johannis filii Johannis filii Junk, que Tyburchfelde vocatur, vbi circa magnam viam sunt due mete terree, quarum vna a parte aquilonis est Pauli filii Cristofory et filii sui iamdicti, alia vero a parte meridionaii est ipsius noue libere ville Crisiensis seu ciuium eorundem, deinde procedit versus orientem et peruenit ad duas metas terreas, ab hinc descendit infra et in capite cuiusdam vallis sunt due mete terree, deinde cadit in vallem, in qua quidem valle in longo spacio descendit infra ad orientem et cadit in puteum, prope quem sub arboribus harazth ex vtraque parte vallis sunt due mete terree, deinde cadit in fluuium Koruska nominatum, in quo modicum[1] asscendit supra et exit a[d] duas metas terreas, deinde asscendit ad montem et circa uiam magnam qua itur ad Kemlek sunt due mete terree, exinde descendit ad orientem et prope caput vallis que est in porcione Pauli memorati sunt due mete terree, deinde similiter ad orientem progrediendo in bono spacio per vnum berch peruenit ad duas metas terreas, ab hinc procedit prope quandam planiciosam vallem vbi sunt iterum due mete terree, exinde in eadem valle descendit infra et vadit in arborem harazth meta terrea circumfusam, circa quam a parte septemtrionali est meta Pauli et deinde in modico procedendo cadit in fluuium Potochech vbi alter Potochech intrat in eundem et sic terminantur absque contradiccione, vt dixerunt aliquali. In cuius rei memoriam firmitatemque presentes ad peticionem premissorum concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Panthaleonis martiris, anno domini M°CCC°XL° octauo.

Iz prijepisa jfakova župana križevaekog od 21. septembra 1347. Originalni prijepis ove isprave učinjen na pergam. po kaptolu zagrebačkom od 21. maja 1354. kod imovne općine sv. jfelene-Koruške kraj Križevaca.
Vjesnik zem. arkiva god. VI 245. i pos. istisak: Laszowski Listme opeine sv. Jelene Koruške.

[1] Pisano: »mododicum«.

362.

1348, 29. jula. Na Pagu.

Proda udova Diminenova pravi svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem MCCCXLVIIL, die XXIX. iulii, indictione I., Paghi. Temporibus equidem domini Andreae Dandulo inclyti ducis Venetiarum etc, et nobilis viri domini Jacobi Cornario egregii comitis. Cum morte nil sit certius, eaque incertius et dies mortis ab omnibus ignoretur, decens est et honestum, ut quilibet christhianus durn vivit [intendatr] sua taliter ordinare. ne post obitum suum qu§stio aliqua inter posteros suos de bonis inordinatis oriatur. Idcirco ego quidem Proda etc. olim Dimineni Zupani infirmo corpore sanam tamen habens mentem, integrum sensum tale de bonis meis facio meum irrevocabile testamentum, ut firmum sit perpetuo atque ratum. In primis volo sepelliri apud ecclesiam sancte Marie Veteris de Pago. Item facio meos fideles(!) commissarios Zupanum et Jursam filios meos in omnibus bonis, qu§ mihi pertinent ex parte paterna et materna. Item volo, quod ipsi mei commissarii de sexdecim salinis positis in Zameta quartam partem despensent et impleant iampades in predicta ecclesia sancte Mari§ Veteris et in piis elemosinis despensandis semper sicut melius videbitur eis et habeant libertatem quam ego habui a Dimineno predicto meo viro, et propter hoc eodem modo dictis meis commissariis dimitto et do dictam libertatem de dictis salinis. Item volo, quod ipsi commissarii in morte ipsorum dictam commissariam dimittere possint quibus eis melius videbitur, et si intestati morirentur, tum dicta commissaria deveniat propinquioribus dictorum commissariorum. Item volo, quod dicti commissarii procurare debeant ab creditis olim Petri Lucich ducatos ćentum viginti. sicut per cartas apparet, et ipsos ducatos ipsi distribuant sicut melius eis videbitur, sicut sancti spiritus gratia eis spiraverit. Item de quarta parte domus nominate Crovita, volo, quod ipsi commissarii eodem modo pro anima mea distribuant sicut melius videbitur, et hoc est ultimum testamentum, quod valere volo per omnefm] modum, et si per modum testamenti valere non posset, saltem valeat per modum codicilli et cuiuscumque ultime alterium(!) voluntatis. Actum est hoc et firmatum coram his vocatis et rogatis testibus ser Bellota Damianianich(!j et ser Rados Carsita, consiliariis et aliis etc.

t Et ego Thomas Dominici de monte sancti Marini imperiali auctoritate notarius et Paghi iuratus interfui rogatus, ut audivi scripsi et roboraui et meo solito signo signavi.

Iz opć. ark. u Paдu. — Ruic Rifflessioni sopra Pago. P. I. 230.—231.

363.

1348, 23. augusta. U Trogiru.

Mihajlo Galucije arcidjakon treviški i ufiravlj'ač biskufiije trogirske, odobrava Dešu sina Lucijeva, iupnikom crkve sv. Barbare.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indictione prima, temporibus sanctissimi in Christo patris et domini domini Clementis diuina prouidentia pape sexti anno septimo. Nos Michaei Gallutius archidiaconus Teruisinus, administrator in spiritualibus et temporalibus ecclesie et episcopatus Traguriensis a sede apostolica specialiter deputatus, visis presentationibus factis coram nobis de Dessa quondam Luci clerico ad ecclesiam sancte Barbare diocesis Traguriensis uacante per obitum dompni Marini Amblasii olim ipsius ecclesie vltimi rectoris per ueros et legitimos patronos eiusdem ecclesie, uidelicet per Andream Gregorii Luci, Petrum et Lucam fratres quondam Mathei Luci et Radouanum quondam Frederici, omnibus de Tragurio de Jacobo quondam Duymi clerico facta similiter ad rectoriam ecclesie sancte Barbare predicte per ueros patronos eiusdem ecclesie, silicet per dominos Thomasium quondam Donati, Petrum et Cegam fratres, filios domini Joseph Stephani, Siluestrum olim domini Baroni, Duymum et Grisogonum quondam domini Martini Morchafarie, omnibus de Tragurio et petitionibus ab eis porrectis super predictis, et de Lampredio quondam domini Mingacii facta per quosdam asserentes se fore patronos predicte ecclesie, videlicet Danielem quondam dominl Baroni, Nicholaum Siluestri, Andream Marini pro parte sue uxoris ad rectoriam simiiiter ecclesie supradicte et petitione ab eis porrecta super predictis et iuribiis vtriusque partis introductis coram nobis in iuditio, que in actis 'nostris scribi fecimus, diligenter inspectis et subtiliter examinatis et' dehberatione prehabita diligenti per ea que vidimus, sciuimus et cognouimus, Christi nomine inuocato, de uultu cuius rectum procedit iuditium non declinantes ad dexteram neque sinistram, sed solum deum pre oculis habentes, sedentes pro tribunali in hiis scriptis seritencialiter diffinimus presentationes factas de Dessa quondam Luci de Tragurio et Jacobo filio quondam domini Duymi Michaelis de Tragurio clerici ad ecclesiam sancte Barbare diocesis Traguriensis vacantem per obitum domini Marini Amblasii ipsius ecclesie ultimi rectoris pro duabus partibiis per supradictos uerds et legitimos patronos eiusdem ecclesie esse approbandas easque approbamus et confirmamus. Inuestientes per nostrum bareturn quod in capite tenebamus quemlibet eorum pro media

parte dicti beneficii; et quia dictus Dessa personaiiter [non] aderat inuestiuimus predictum Jacobum Duymi pro media parte nomine et vice ipsius Desse; mandantes venerabili viro domino Vito canonico Traguriensi, vt auctoritate nostra eos in corporalem possessionem eiusdem ecclesie et iurium et pertinenciarum ipsius inducat et deffendat inductos; nichilominus cassantes et irritantes pio hac uice presentationem factam de Lampredio filio quondam domine(!) Mingacii, quia minus ydoneam personam presentarunt et eidem perpetuam silencium inponentes; obmittentes ex causa condempnationem expensarum. Lata, pronuntiata et promulgata fuit supradicta sentencia per supradictum dominum administratorem sedentem pro tribunali in turri palatii episcopatus Traguriensis et lecta per eundem dominum administratorem presentibus partibus et coram discretis viris domino Michaele Martini canonico Traguriensi, Martino diacono quondam Petri Suene de Tragurio, domino Joseph Stephani de Tragurio et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, sub dictis annis domini et indictione, die sabbati vigessima tertia mensis augusti. Et in cuius rei testimonium hanc sentenciam et confirmationem iussimus nostri sigilli munimine roborari.

(Sigmim not.)

Et ego Johannes Jacobi de Magnanis de Burgomano clericus Nouariensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius atque prefati dornini adrninistratoris nunc scriba predictis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus interfui, eaque omnia et singula scripsi fideliter et in publicam formam redegi meoque consueto signo consignaui in fidem et testimonium premissorum rogatus.

Original u ark. kaptola u Trogir;i no. 64.
Na listmi visi svilena uzica zelene boje, pečat je otpao.

364.

1348, 24. augusta. U Zagrebu.

Zagrebački kafitol firefiisuje. svoju listinu od 28. septembra 1317., kojom Stjefian sin Ifiocev prodaje posjed Gostović Nikoli - Ludbreškom.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod anno domini M°CCC°XL° octauo, dominico die, videlicet in festo beati Bartholomei apostoli, nobilis vir magister Nicolaus iilius Petri de Ludbregh ad nostram personaliter accedens pre-

senci am exhibuit nobis quasdam litteras nostras sigillo nostro pendenti priori et antiquo consignatas tenoris infrascripti, petens nos, vt ipsas transscribi et nostri sigilli pendentis noui et autentici apposicione faceremus consignari; et quia ipsas inuenimus non abrasas, non cancellatas, non abolitas nec in aliqua earum parte viciatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, ideo tenorem earundem presentibus de uerbo ad uerbum inseri fecimus et nostro sigillo pendenti nouo et autentico consignari. Quarum tenor talis est: *(Siijedi listina istog kaptola od 28. septembra 1317.),*

Origmal u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.325. — Stara sign. N. R. A. fasc. 465. no. 7.

Na listinl visi o crvenoj svii. vrvci dobro sačuvanl pečat.

365.

1348, 26. augusta. U Križevcima.

Pred Jakobom županom križevačkim i četiri suca plemiča otpušta Pavao sin J-akobov, Ivanu sinu Pcanovovt zemlju sinova Takač pod medjama sadržanim u listini kralja Bele od g. 1266.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis et de Ryucha, comites Petrus filius Dyonisii, Ladizlaus filius Nicolai, Nicolaus filius Jacobi et Andreas filius Georgii quatuor iudices nobilium memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum secunda feria proxima post festum beati Bartholomei apostoli, dum pro tribunali sedendo vniuersas causas litigiosas hominum litigancium equo libramine iudicii pensaremus, magister Paulus filius Jacobi ad nostram accedens presenciam contra magistrum Johannem filium Johannis filii Junk personaliter astantem in figura iudiciaria proposuit eo modo, quod idem magister Johannes filius Johannis quandam possessionem filiorum Takach, quam olim aui eorum a domino Bela quondam illustri rege Hungarie pro eorum fidelibus seruiciis optinuerant, totalem cum omnibus suis vtilitatibus conseruaret, cuius conseruacionis racionem per exhibicionem alicuius efficacis instrumenti vellet intueri, quia in eadem porcionem equalem habere mereretur et deberet; quo audito idem magister Johannes filius Johannis quoddam priuilegium domini Bele dei gracia quondam illustris regis Hungarie optime recordacionis anno domini MCC° sexagesimo sexto emanatum demonstrauit, in quo continebatur, quod idem dominus Bela

rex quandam terram filiorum Takach castri sui Crisiensis ad quatuor aratra sufficientem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis "vniuersis sub metis in eodem priuilegio habitis, comiti Junk filio Isaak et Petro filio Jaxa filio fratris eiusdgm comitis Junk, auis ipsorum pro eorum fidelibus seruiciis et specialiter pro effusione sanguinis eiusdem comitis [unk et captiuitate sua in Styria habita, ac morte ipsius Jaxa patris eiusdem Petri, quam in conflictu suo cum duce Austrie habito sustinuit, in filios filiorum suorum perpetuo dedisset et donasset optinendam pariter et habendam; deinde aliud priuilegium magistri Stephani filii Pauli bani quondam comitis Crisiensis, anno domini MCCC vigesimo quinto emanatum idem magister Johannes filius Johannis in eodem instanti curauit exhibere, in cuius tenore lucide vidimus contineri, quod Jacobus filius Petri pater ipsius Pauli antedicti coram eodem magistro Stephano Crisiensi comparendo porcionem suam totalem ipsum in possessione Takach vocata iuxta continenciam Htterarum priuilegialium eiusdem domini Bele quondam incliti regis Hungarie contingentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub metis et terminis in eodem priuilegio contentis memorato magistro Johanni filio Johannis filii Junk pro suis bonitatibus, et specialiter pro eo, quod ipsum de captiuitate domini Johannis filii Babonig quondam bani et suorum Croatorum, dando vnum equum suum et tres marcas promptorum denariorum ipsis Croatis liberauit et redemit ab eisdem, in filios filiorum suorum de consensu Petri et Pauli filiorum suorum perpetualiter dedisset, donasset et assignasset optinendam et habendam; cumque tenore ipsius priuilegii eiusdem magistri Stephani filii Pauli bani quondam comitis Crisiensis perlecto prefatum magistrum Paulum filium Jacobi quesissemus, si aliquid contra tenorem ipsius priuilegii vellet obicere uel ne; idem magister Paulus ad nostras iuri consonas requisiciones nichil contra tenorem eiusdem priuilegii valuit et voluit allegare, vnde quamuis ex uigore tenoris priuilegii prenominati magistri Stephani filii Pauli bani quondam comitis Crisiensis idem magister Paulus filius Jacobi grauem penam incurrere debuisset, tandem de nostra licencia et permissione speciali composicionibusque et ordinacionibus proborum virorum interuenientibus, prenominatus magister Paulus filius Jacobi ab vna parte et magistri Johannes filius Johannis ac Dyonisius filius suus parte ab altera coram nobis personaliter constituti retulerunt ministerio viue uocis, quod propter bonum pacis et concordie vnionem, que vinculum extat caritatis, vt pax perpetua inter eos valeat perdurare in omnibus causis et controuersiis eorum hactenus inter eos habitis et quoquo modo ventilatis, videlicet duelli, deposicionis iuramenti, illacionis dampnorum, vulnerum violencie et cuiuslibet perpetracionis malorum operum ad plene pacis et

concordie deuenissent, ymo deuenerunt vnionem; nichilominus idem magister Paulus filius Jacobi memoratam possessionem filiorum Takach cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub metis et terminis in prefato priuilegio domint Bele quondam illustris regis Hungarie habitis et contentis eidem magistro Johanni filio Johannis et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus in perpetuum et inreuocabiliter preter residuas possessiones suas porciones reJinquisset, dedisset et assignasset optinendam, tenendam et habendam, hoc declarato, quod si temporis in processu prefatus magister Paulus pro concepto in hoc odio uel rancore eidem magistro Johanni uel suis filiis dampnum aliquod aut vulnus inferre atemptaret, extunc porcionem suam possessionariam amitteret, si hoc idem magister Johannes uel sui filii cum litteris inquisicionalibus Zagrabiensis et Chazmensis capitulorum possent comprobare. In cuius rei memoriam perpetuamque duraturam presentibus nostra sigilla autentica duximus appendenda. Datum in Crisio, secundo die termini antedicti, anno domini MCCCXL° octauo.

Origtnal u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebti: Diplomata a. 1348.

Na listini visi pet svilenih vrvca, žute, crvene, zelene, Ijubičaste i opet žute boje; pečati su na svim otpali.

366.

1348, 2. septembra.

Nikola ban hrvatski odredjuje glede desetine u Kladuši.

Nos Nicolaus totius Sclavoniae et Croatiae banus tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod cum venerabilis pater dominus frater Radozlaus dei gratia Corbaviensis. episcopus nobis deposuisset querelam contra venerabiles viros capitulum Zagrabiense et dominum Jdannem archidiaconum Guerche, dicens, quod ipsi decimas de Cladussa et quarumdam aliarum villarum indebite et poteutialiter occupassent, et iam a plurimis annis percepissent, petens, ut ipsas decimas sibi restitueremus; quas quidem decimas ad instantiam dicti domini episcopi fecimus prohiberi, ne darentur capitulo et etiam ipsi episcopo, donec iura utriusque partis super his videremus. Tandem mandavimus predictis capitulo et archidiacono, ac etiam eidem episcopo, ut sua iura nobis exhiberent, quibus mediantibus dicunt ad se ipsas. decimas pertinere, assignantes ad hec pro termino octavas beati regis Stephani primo verituras. Quo adveniente termino idem dominus

episcopus non comparuit, nec misit. nec sua iura curavit exhibere per ipsos capitulum Zagrabiense et Joannem archidiaconum ipso termino, et sex diebus sequentibus legitime expectatis. Demum ipsi capitulum et dominus Joannes archidiaconus exhibuerunt nobis litteras fratris Johannis abbatis Toplicensis monasterii, iudicis a sede apostoiica delegati, in quibus inter cetera vidimus contineri, quod predicti capitulum et dominus Joannes archidiaconus decimas de Cladussa et parochie beati Martini de eadem, et parochie beate virginis Gradech, et etiam villarum Chezta, Premisel, Mozth, Hebethca et Moztische vocatarum, non occupaverant indebite et potentiahter, sed iuris ordine acquisierant, coram ipso sedis apostolice delegato. Quare nos ipsas decimas non ad ipsum episcopum, sed ad predictum capitulum Zagrabiense et archidiaconum de Guerche invenimus iuridice pertinere. Et ideo de cetero ipsas decimas parochiarum et villarum predictarum pacifice percipiant, sicut debent, capitulum Zagrabiense et archidiaconus *de* Guerche supradicti. Datum feria tertia proxima post predictas octavas festi beati rcgis Stephani, anno domini 1348.

Statuta capituli Zagrab. Saec. XIV. Liber acclavatus.
Farlati Ecclesia Zagrabiensis V. p. 429.
Fejer Cod. dipl. Hung. IX. I. p. 632.—633.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. p. 56.

367.

1348, 21. septembra. U Križevcima.

Jakoh Zufian križevački prepisuje za nove Kriievce lisiiim kaptola čazmanskoga od 28. jula 134.8.

Nos Magister Jacobus comes Crisiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Sugul villicus noue ville Crisiensis vnacum Juan filio Balsan, Sebastiano filio Mathee, Mykuch filio Radey, Johanne filio Wolcha, Blasio filio Stephani et Nicolao filio Dragach ac Laurenk filio Nadez, ciuibus et iuratis noue ville antedicte ad nostram accedentes presenciam quasdam patentes litteras capituli Chasmensis ecclesie nobis exhibuerunt in hec verba: *(Slijedi isprava čazmanskog kaptola od 28. jula 1348.)* Nos itaque peticionibus dictorum villici et ciuium inclinati, tenorem predictarum litterarum de uerbo ad uerbum transcribi fecimus et sigillo nostro.consignari Datum in Crisio, in festo beati Mathei apostoli et ewangeliste, anno prenotato.

Iz originalnog prijepisa zagreb. kaptola od 12. ma/a 1354., kod imorinske općine sv. Jelene-Koruške kraj Križevaca.

Vjesnik zem. arkiva VII 246. i pos. islis. laszozvski, listine općine sv. jfelene Koruške.

368.

1348, 30. septembra. U Križevcima.

Sinovi magistra Pavla sina Jakobova sprečavaju svog oca u prodaji posjeda Takač.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis, comites Petrus filius Dyonisii, Ladislaus filius Nicolai, Nicolaus filius Jacobi et Andrea filius Georgii, quatuor iudices nobilium memorie commendamus, quod Johannes, Mychael, Petrus et Dyonisius filii magistri Pauli filii Jacobi ad nostram accedentes presenciam coram nobis extiterunt protestati, quod prenominatum Paulum filium Jacobi, patrem eorum ab alienacione, donacione vendicione, perpetuacione ac quouis modo et colore tradicione possessionarie porcionis sue et eorum in possessione Takachfeulde vocate et aliarum possessionum suarum ipsos contingencium, facientes protestacionem, prohibuerunt coram nobis et alios quoslibet ab acquisicione et occupacione earum similiter inhibuerunt. In cuius rei testimonium . presentibus nostra sigilla autentica duximus apponenda. Actum et datum in Crisio, secundo die festi beati Mychaelis archangeli, anno domini MCCC⁰ quatragesimo (!) octauo.

Iz originalne potvrde bana Petra Zudora od 15. septetnbra 1376., u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1261.

369.

1348, 3. oktobra. U Avignonu.

Klemenl VI. papa imenuje Stjepana Mihajlova kanonika trogirskoga biskupom hvarskim.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Stephano Michaelis electo Farensi, salutem et apostolicam benedictionera. Dum ad universas orbis ecclesias iuxta pastoralis pfficii debitum etc. Dudum siquidem bone memorie Johanne episcopo Farensi regimini Farensis

ecclesie presidente, nos intendentes eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis providenciam utilem et ydoneam presidere personami provisionem eiusdem ecclesie provisioni et ordinationi nostre ea vice specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum ipsius Johannis episcopi, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ecclesie predicte, de qua nullus preter nos disponere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne longe vacacionis subiaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam super hiis habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te canonicum ecclesie Traguriensis, in diaconatus ordine constitutum, Iitterarum sciencia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, aliisque multiplicium virtutum meritis, prout ex fidedignis accepimus testimoniis, laudabiliter insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenta meditatione pensatis, de persona tua prefate ecclesie Farensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus pienarie committendo, in illo qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod dicta Farensis ecclesia per tue circumspectionis industriam et prudenciam circumspectam sub tuo felici regimine. gracia tibi assistente divina, salubriter et prospere dirigetur. Jugum itaque domini tuis impositum humeris prompta devocione suscipiens, et suavi eius oneri colla flectens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, quod prefata Farensis ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus actibus tuis latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium nostram et eiusdem sedis graciam uberius consequi merearis. Datum Avinione, V. nonas octobris, pontificatus nostri anno septimo.

In eodem modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Farensis, clerp et populo civitatis et diocesis Farensis, universis vassallis ecclesie Farensis, et venerabili fratri . . . archiepiscopo Spalatensi.

Theiner Monum. Slav. Mer. I no. 294. — Iz reg. an. VII tom. 3. ep. 251.

370.

1348, 3. oktobra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prosvjeduje Lukač Pavlov iz Garešnice proh nasilju Petra zvanog Ceha.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Lucachius filius Pauli filii Howal de Gersencha pro se, Andrea filio suo et domina Bonguch consorte sua, sorore videlicet Nicolai fiiii Stephani filii Laurencii ad nostram personaliter accedens presenciam extitit protestatus, quod ad porcionem possessionariam ipsum et dictam consortem suam iuxta continenciam litterarum capituli Chasmensis contingentem in possessione Cristolfeulde alio nomine Thopolcha vocata Petrus filius Iwan dictus Cheh indebite et minus legitime se intromisit et eandem toto posse occupare iurique suo applicare intendit, et quantum in ipso erat pro maiori parte occupasset et detinet occupatam, vsus, fructus et vtilitates eiusdem omnino percipiendo, nullam iurisdicionem nullamque vtilitatem seu redditus eidem Lucachio cum consorte sua predicta dando seu percipere admittendo in eadem, in eorum et iuris ipsorum grande preiudicium et grauamen. Quare predictus Lucachius suo, filii sui et consortis sue vice et nomine ipsum Petrum dictum Cheh ab occupacione, detencione, conseruacione ab usufructuum ac vtilitatum eiusdem porcionis possessionarie percepcione et quoquomodo se de eadem intromissione et quoslibet alios et specialiter a statucione, sibi perpetuacione et donacione quoslibet et quoquomodo alienacione dicte porcionis possessionarie toto posse prohibuit contradicendo et contradixit prohibendo coram nobis. In quorum protestacionis et prohibicionis testimonium eidem Lucachio petenti presentes duximus concedendas. Datum in festo beati Dyonisii episcopi et martiris, anno domini MCCC°XL° octauo.

Original na papiru u narodnom muzejtt u Budimpešti, bivša zbirka Ve'^ketjeva, kupljena g. 1899.

Na hrptu vidi se trag pritismita ovalno šiljata pečala.

371.

1348, 6. oktobra. U Budimu.

Pred kraljem Ljudevitom predaje Ivan Kaniški svojoj punici aſobiven prije od iste dio miraza-

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum iuxta continenciam aliarum litterarum nostrarum cornposicionalium et obligatoriarum in patenti forma confectarum[1] magister Johannes filius Laurencii filii Emerici de Kanysa nobili domine relicte Nicolai filii Gyleti de comitatu de Posoga socrui sue quoddam c[ri]nale tempore nupciali per predictam dominam cum fiiia sua eidem traditum, in octauis festi beati Mychaelis archangeli coram nobis restituere debuisset, ipsis octauis occurentibus ipse magister personaliter nostri in presencia comparendo ipsum c[ri]nale reddidit et restituit nobili domine prenotate similiter personaliter recipienti. Pretextu cuius eadem domina prelibatum magistrum Johannem sponsum suum reddidit expeditum in presencia nostre maiestatis. Datum Bude, in octauis prenotatis, anno domini M°CCC°XL° octauo.

Dolje sasvim na rabu: »Coram Johanne de Scep/vs/ notario nostro per nos misso.<

Originat na pergam. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 4011. — Stara signatura: N. J?. A. fasc. 10. no. 17.

Na hrplu vidi se trag velikog okruglog pritisnutog pečata.

Ispod njega: »Coram Johanne de Scepvs notario nostro per nos misso et crinale redditum est sub sigillo per nos. . . . .«

Nagy Cod. dipl. Andeg. V. 206. donosi sadržaj ove listine u noti k br. 96.. k tistini od 18. juna 1348.

372.

1348, 8. oktobra. U Križeveima.

Jakob župan križevački posvjedočuje Valentinu i Jurju sinovima Hedrika, da su namirili sudbenu globu.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis memorie commendamus, quod quia Valentinus et Georgius filii Heydrici de iudicio dimidie marce,

[1] Vidi listinu od 18. juna 1348.

quo nobis in concordia super iuramento in facie cuiusdam particule terre contra Lucachium filium Blasii deponendo habita tenebantur, satisfecerunt ipsum plene persoluendo, pro eo ipsos de solucione eiusdem iudicii dimidie marce presentibus reddimus expeditos. Datum in Crisio, quarta feria proxima ante festum beati Dyonisii martiris, anno domini M° CCC° XL° octauo.

Original na papiru u kr. ugar. drž. arkivu u Eudimpeiti: M. 0. D. L. 35.81S. — Stara signatura: Acta monast. Ztreza fasc. I. no. 2.

Na hrptu hstine bijase pritisnui oveci okrugli pečat.

373.

1348, 13. oktobra. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje potvrdu kralja Ladislava od 21. jula 1275. glede darovanja zemlje Konjske Dominiku Jakobovu za mnoge zasluge.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Dominicus filius Jacofbi] parui filii Mychaelis de comitatu de Ryuche fidelis noster ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras .priuilegiales excellentissimi principis domini Ladizlai dei gracia incliti regis Hungarie felicis recordacionis, predecessoris nostri super collacione et perpetuacione cuiusdam possessionis Konizka vocate in comitatu de Ryuche existentis, petens nos et nostram excellenciam, vt, quemadmodum dominus Ladizlaus dei gracia rex. Hungarie pie memorie comiti Bathalerio auo suo et Kemen fratri eiusdem mediante donacione Nicolai filii Herricii[1] concessisset et donasset, nos de regia benignitatis clemencia eodem modo sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo dare, donare et conferre, ac predictas litteras priuilegiales pro suis seruiciis et seruiciorum meritis exhibitis et exhibendis confirmare et ratas habere dignaremur. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od 21. jula 1275.).* Nos itaque consideratis fidelitatibus, seruiciis et fidelium seruiciorum preclaris et multimodis meritis dicti Dominici filii Jacobi parui filii Mychaelis de Ryuche fidelis nostri nobis in diuersis expedicionibus regni nostri exhibitis et impensis, predictam possessionem Konizka vocatam cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis ac metis in predictis litteris priuilegialibus domini

[1] Hemerricii ?

Ladizlai regis Hungarie, predecessoris nostri contentis, prout idem dominus Ladizlaus rex Hungarie, predecessor noster felicis memorie predictis Kemen et Bathaler comitibus contulerat et concesserat, sic et nos ex regie benignitatis clemencia ipsi Dominico filio Jacobi parui filii Mychaelis fideli nostri pro suis fidelitatibus, seruiciis et seruiciorum meritis dedimus, donauimus, contulimus heredum per heredes; ymmo damus, donamus in filios filiorum suorum perpetuo possidere, tenere et habere ac noue donacionis titulo confirmamus sine preiudicio iuris alieni. Datum Bude, in quindenis festi beati Mychaelis arfchangeli], anno domini millesimo trecentesimo XL° octauo.

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplomata a. 1275. (1348.)

Na hrptu nalazi se trag vehkog okruglog pečata, pod kojim stojl: "Nicolai bani de Zechy bani tocius Sclauonie et Croacie«.

Listinaje na dva mjesta krnja; ova su mjesta popunjena iz potvrde kralja Sigismunda od g. 1407.

374.

1348, 13. oktobra. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdj'uje dvije listine Dominiku Jakobovu za Zelnicu od 13. j'ula 1345. i 11. augusta 1346.

. . . . Tercia vero ipsarum eiusdem domini Lodouici regis littera consimiliter patens Bude, in quindenis festi beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo emanata, continens in se verbotenus et confirmatiue quasdam duas litteras priuilegiales, vnam scilicet condam magistri Johannis filii Osl tunc comitis Varasdiensis, aliam magistri Stephani olim comitis Castri ferrey, Sproniensis et Varasdiensis inter cetera-manifestabat, quod prefatus Dominicus filius Jacobi parui de Konzka in ipsius domini Lodouici regis veniens presenciam exhibuisset eidem premissas duas litteras priuilegiales supplicando serenitati sue, vt easdem in litteras suas conscribi et ad vberioris cautele euidenciam confirmare dignaretur. In quarum prime, videlicet prefati comitis Johannis filii Osl littere in capite fluuii Chethyne, in festo beate Margarethe virginis, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, tenor inter cetera idem dominus Lodouicus rex vidisset contineri, quod prefatus comes Johannes quandam terram • vacuam et habitatoribus destitutam Zelnyche vocatam in comitatu Varasdiensi habitam, vbi ecclesia lapidea in honore beati Dominici fuisset

constructa, sciens verissime ad ius et proprietatem prefati Dominici filii Jacobi parui ex cunctorum nobilium iam dicti comitatus Varasdiensis in diuersis suis generalibus congregacionibus in ipso comitatu celebratis attestacione, quam scilicet terram sew possessionem condam Petrus dictus Herchegh filius Herrici bani ad castrum Belch vt tirranide occupasset, eandem possessionem cum suis vtilitatibus et pertinenciis ad ius et proprietatem dicti Dominici de iure pertinuisse veridice reperisset et eidem Dominico restituisset et resignasset. In secunde vero ipsarum, puta prefati comitis Stephani[1] littere in Varasd feria sexta proxima post festum beati Dominici confessoris, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto confecte, continencia et tenore dominus Lodouicus rex agnouisset, quod prefatus Dominicus filius Jacobi in presenciam annotati comitis Stephani veniens exhibuisset, presentasset prescriptas litteras annotati comitis Johannis filii Osl, in quibus quia idem comes Stephanus. pretactam terram seu possessionem Zelniche per memoratum comitem Johannem filium Osl dicto Dominico filio Jacobi parui de iure pertinere debere agnoscendo eidem restituisset et resignasset, ideo et ipse comes Stephanus eandem terram sew possessionem Zelnyche cum suis vtilitatibus et pertinenciis eidem Dominico filio Jacobi duxisset restituendam et resignandam, quas quidem binas litteras dictorum Johannis filii Osl et Stephani comitum, prefatus condam dominus Lodouicus rex in premissas Iitteras suas inseri, inscribi faciendo, eidem Dominico filio Jacobi duxisset confirmandas vberiorem ad cautelam sine preiudicio iuris alieni.

Doslovni izvadak iz originalne listme bana Ulrika Celjskoga, od 25. /anuara 1454. tia pergam.u kr. Mgar. državn. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 34.011. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 1675. no. 19

375.

1348, 18. oktobra. U Dubrovniku.

Svjedočba o mirazu (prčiji).

In nomine Christi amen. Anno domini millesimo trecentesimo quatragesimo (!) octauo, indictrone prima, die decimo octauo mensis octubris, Ragusii, coram nobis subscriptis testibus. Ego quidem Petrus de Bpcignolo confiteor, quod super me et super omnja bona mea pro perchiuio uxoris mee Drase filie quondam Michaelis de Dersa habui et

[1] Po originalu priopćena pod br. 240.

recepi ab ipsa uxore mea Drase yperperos mille et centum secundum consuetudinem Ragusii. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Et hii sunt testes: Johannes quondam Lucari de Bona iuratus iudex et Vnuce de Bocignolo testis.

(Signum not.)

Ego Theodorus iuratus notarius et cancelarius comunis Ragusii prefatam cartam, prout uidi notatam manu Francisci tunc iurati notarii dicti comunis in suo cathastico, ita transcripsi rogatus et publicaui.

Originalna polvrda u dubrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. XIV.

376.

1348, 8. novembra. U Lastovu.

Prodaje se zemlja.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indictione prima, die octauo mensis nouembris actum Laguste, coram nobis subscriptis testibus ad hec uocatis et rogatis. Ego quidem Peruoslaua filia Petri de Curcula, uxor olim Tuerdoie Milenich vendidit, dedit et donauit iure proprio in perpetuum Miloslaue filie Obradi Radenich vxori Margariti filii Franche de Potreca vnum gognaium de vinea positam in Lagusta in loco qui dicitur Passeca, cum omnibus suis iuris (!) et pertinentiis pro yperperos tres et dimidium, quos recepit integre a dicta Miloslaua, que vinea confinat cum Hraneno Pripeith et cum Stanca sorore dicti Tverdoie(l), vt ipsa Miloslaua et heredes sui cum dei benedictione dictam vineam cum omnibus suis iuris et pertinentiis habeant et posideant in perpetuum et de ipsa omne velle suum faciant vendendi, donandi et pro anima dicandi. Et ista uenditio et donatio fuit preconicata per Siracum Odola plazarium comunis Laguste per loca solita. Hii sunt testes: Gineo Rechoeuich, Radoslau Roguscich et Budan Galicich.

(Drugi rukopis).

Et ego Jacobus de Montealto comes Lauste mea manu misi.

Et ego Michael scolaris iuratus notarius comunis Laguste hec scripsi et roboraui et cum meo signo sohto signaui.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivti. — Zbirka Saec. XIV<

377.

1348, 14. novembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu plemića Pavla listinu sudaca vrbaških od 30. aprila 1273.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus vniuersis[1], quod Jacobus filius Pauli Daach nobilis de Vrbaz accedens ad nostram presenciam humiliter nos supplicauit, ut priuilegium suum super possessiones Lipye uocatas per iudices de eadem Vrbaz eidem confectas et collatas cum metis et terminis infrascriptis nostro priuilegio dignaremur confirmare. Cuius quidem possessionis(l) tenor talis est: *(Slijedi listina od 30. aprila 1273).* Nos itaque iustis et condignis precibus eiusdem Jacobi fauorabiliter inclinati predictum priuilegium ratum habentes et acceptum possessionem predictam cum eiusdem metis et terminis introscritis(F)[2] presentes duximus sigillo nostro confirmatas. Datum feria sexta proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini MCCCXL[0] octauo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti M. 0. D. L. no. 828. — Stara sign. : N. R. A. fasc. 1532. no. 19.
Na listini visi jaka svilena vrvca Ijublčaste i žute boje; pečata nema.

378.

1348, 15. decembra, U Dubrovniku-

Radi strainoga pomora spremaju knjigu, u koju će se bilježiti svi testamenti.

Colo nome del omnipotente dio, pare, fiolo e spirito santo, e de madona santa Maria mare del fiolo di dio in ano domini 1348. Lo nostro signor dio mando giudizio oribile et inaudito in lo univerzo mundo, si sovra li cristiani, come sovra li pagani, zoe mortalitade de homeni, et piu de femene de infermita inaudita, et incurabile da getar sangve per la guola, e de nassenze in diverse **parti del corpo,** per tal **modo** che **uno** se impistava del altro intanto che fiolo scapava dal pare, et ancora plu lo pare dal fiolo, si che tuta l'arte d'Apocrate, Galeno,

[1] Očito manjka: »expedit«.
[2] Cini se, da manjka više riječi.

et Avizena non serviva niente, pero che non vale arte ne scienzia contro lo divino consilio. La qual mortalitade comenzo in Ragusi nel predeto milesimo die XV. de dezembrio, e duro VI. mesi de longo, intanto che dal die moriva persone CXX. e pliu. In lo qual tempo mori gentilhuomeni de conseio in numero CX. et altre persone di ogni condizione maschi e femine morirono intro. . . . . . Epoi nui Stefano de Binciola, Nicola de Marizo de Lucaris et Giovani de Polo de Gondola thesaureri di santa Maria considerando ia grande quantitade de testamenti, li quali ne uene a mano in lo predicto tempo, azo che non andasse in desordene, ordenassemo questo libro, in lo quaie si debe scrivere tuti testamenti antigi et del tempo de la mortalitade, et ancora del tempo, che. . . . . . deli predeti testamenti, azo che le ultime voluntade de li morti sia sodisfati.

Farlat III. sacr. VI. p. 130.

379.

1J48, 27. decembra. U Avignonu.

Klement VI. papa svomu nunciju Andriji de Tuderfo o uredj'enju dobara nekadanjega nadbiskupa spljetskoga Ivana.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Andree de Tuderto priori sancti Augustini de Rossano et sancti Pauli ad Ortum ordinis eiusdem sancti, apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dispositionem bonorum mobilium ac debitorum et creditorum bone memorie Johannis archiepiscopi Spalatensis, vel que pertinebant ad eum tempore mortis sue, nobis ex certis causis duxerimus reservandam, velimusque illa, ne pereant vel asportentur, aut devastentur vel consumantur indebite, sed ut de illis per nos possit oidinari utilius et liberius, sicut expedire videbimus, fideliter et integraliter custodiri, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus per te vel alium seu alios bona, credita et debita supradicta, quecunque sint, et in quibuscunque rebus consistant ac per quascunque detineantur vel debeantur personas, super quibus simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, si necesse fuerit, te informes, petere, exigere, recipere ac fideliter conservare procures, contradictores quoslibet super hiis et rebelles, cuiuscunque status, ordinis, dignitatis vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita compes-

cendo. Non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Voiumus autem, quod eos, a quibus receperis bona, debita et credita supradicta possis absolvere plenius et quittare de hiis, que tibi exinde assignanda duxerint, seu eciam super hoc persolvenda, faciendo exinde confici duo consimilia publica instrumenta, quorum uno penes assignantes seu solventes ipsos dimisso, reliquum ad nostram mittere cameram non postponas. Datum Avinione, VI. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 295. p. 222. — Iz reg. anni VII secr. ep. 620.

380.

1348.-1350. (?)

Ilelena supruga nekog magnata Cema, rnoli bana Nikolu za pomoć i zaštitu protiv neprij'atelj'a.

Honor[abili]s domine! Cum inimici cottidie molestent subditos domini et mariti mei de Curdig[ra]n, supplico vobis, quatenus talem ordinem ponere uelitis, quod alliqui ex vestris alliquando (!) equitent in confinibus inimicorum, vt subditi prefati possint de vino et alliis (!) victualibus recolligere, ad manutenendum castra et fortilicias(!) ad honorem et statum regie maiestatis Vngarie, cuius domini et^ maritus meus est fidelis subditus et seruitor.

Hellena de Cami[ni]s comit[is] Ce[r]n.

Datum in Port[is] VII. septembris.

Na hrptu: »Egregio et potenti militi domino Nicolao[1] ban'(!) honorabili capttaneo Vngarorum.«

Original na papirii u narodn. muzeju u Buđimpešti: sub c. 1348 do 1350.; bivša zbirka Veghelyeva.

Vidi se trag matena okrugla pečattt pritisnuta u zetenom vosku, kojim bijaše list zatvoren.

[1] Pisano bledjom tintora istom vukom. Vidjeti je po praznom prostoru, da je ovo ime kasnije napisano nego ostala adresa.

381.

1349, 7. januara. U Čazmi.

Cazmanski kaptol prepisuje darovnicu ipotvrdnicu učinjenu po kralju Karlu od 18. juna 13.29. crkvi sv. Benka u Bukovici (Špišić-Bukovica) posjeda Krasničanoga.

[N]os capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini M°CCC°XL° nono, in crastino festi epiphaniarum domini, religiosi viri priores Eremitarum Benedictus sancti Benedicti de Bukowa et Stephanus ecclesie beate virginis de montibus Garig suo et eorum conuentus nomine in predictis ecclesiis deo famulancium ad nostram personaliter accedendo presenciam a nobis humiliter et deuote postularunt, vt quasdam litteras priuilegiales excellentissimi domini domini Karuli dei gracia olym regis Hungarie felicis recordacionis, cuius anima in luce eterna pacifice requiescat, in nostris litteris priuilegialibus propter viarum discrimina et temporum incertitudinales occurrencias de verbo ad verbum redigi et transsumpmi presentibus faceremus, sigilloque nostro autentico consignari, quorum peticionibus iustis et condignis annuentes, maxime, quia easdem veras ac laudabiles fore comperimus, tenorem ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri et transscribi fecimus sigillique nostri appensione communiri. Quarum tenor talis est: *(Slijedi tistina Karia Roberta od 18. juna 1329.).*

Original na pergameni u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 32.761. — Stara signat.: Acta monast. Paulinorum de Bakva no. 1.

Na listini visi o crvenoj i zelenoj svilenoj vrvci pečat.

Na hrplu nota XV. vijeka: Littera metalis sancti Benedicti in Bahua.

382.

1349, 30. januara. U Avignonu.

Klement VI. papa premješta Bartola biskupa kotorskoga na biskupiju trogirsku.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Bartholomeo episcopo Traguriensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ro-

*

mani pontificis etc. Nuper siquidem Traguriensi ecclesia per obitum bone memorie Lampredii episcopi Traguriensis, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos ad provisionem ipsius ecclesie, ne prolixe vacationis subiaceret incommodis paternis et solicitis studiis intendentes, cum nuilus preter nos de provisione ipsius ecclesie se hac vice intromittere possit. pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi onines provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud predictam sedem vacantium, et vacaturarum imposterum apud eam, ordinationi et dispositioni nostre speciaiiter reservantes decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus deligentem, demum ad te tunc Catherensem(f) episcopum, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam divina gratia insignivit, et quod tu, qui regimini Catherensis ecclesie hactenus utiliter prefuisti, dictam Traguriensem ecclesiam scies et poteris, auctore domino, utiliter regere ac feliciter gubernare, nostrum animum duximus dirigendum. Intendentes itaque tam dicte Traguriensi ecclesie, quaro eius gregi dominico salubriter prouidere, a vinculo, quo tenebaris eidem Catherensi ecclesie cui tu preeras, de dicto fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ad dictam Traguriensem ecclesiam te transferimus, teque illi in episcopum preficimus et pastorem, curam et administrationem dicte Traguriensis ecclesie tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licenciam ad eandem Traguriensem ecclesiam transeundi, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera illius clemencia dirigente, a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Traguriensi ecclesie per tuam curiosam solerciam, tuumque ministerium studiosum honoris et prosperitatis multipliciurri votiva provenient incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Traguriensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, curam et administrationem predictas sic diligenter geras et solicite prosequaris, ut ipsa Traguriensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus Iatius diffundatur, tuque preter retributionis eterne premium nostre benedictionis augmentum, ac ipsius sedis gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, III. kalendas februarii, pontificatus nostri anno septimo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Traguriensis et clero ac populo civitatis et diocesis Traguriensis.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 2i)6. str. 222.—223. — Iz reg an. VII. tom. 3. ep. 212.

383.

1349, 21. februara. U Zadru.

Margarita udova Jakobucija de sancta Victoria pravi svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem incarnacionis millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, indictione secunda, die vigesimo primo mensis februarii, Jadre. Tempore equidem serenissimi domini nostri domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris archiepiscopi Jadre, ac magnifici domini Michaelis Faletro comitis et capitanei Jadre. Cum nil sit cercius morte et dies mortis ab omnibus ignoretur, idcirco domina Margarita relicta Jacobucii de Sancta Victoria licet infirma sanam tamen per dei gratiam habens mentem et intelectum, nolens decedere ab intestato, tale de omnibus suis bonis condidit testamentum: In quo suos fidei comissarios esse constituit et ordinauit venerabilem virum fratrem Marinum priorem sancti Platonis de Jadra ordinis Predicatorum et Cernullum condam Johannis Dobrosi ac Johannem condam Gregorii Diatrici[1], submittens dictus(!) frater(!) Marinus(!) temporali dominio, ita, quod teneatur cuilibet de dicta comissaria coram dicto temporali dominio respondere In primis dimisit redditus domus sue, in qua habitat Georgius Grintauac, fratribus et conuentui sanctorum Platonis et Francisci ac monachis sancti Grisogoni de Jadra inter eos perpetualiter equis porcionibus diuidendo, ita tamen, quod nullo modo dicta domus alienari possit seu uendi, et quando ipsam aptare oportuerit, quod aptetur de reditu ipsius; item dimisit fructus et redditus domus sue in qua ipsa testatrix habitat perpetualiter dandos monasterio monialium sancte Marie, sancti Nicolai et sancti Demetrii de Jadra pro anima sua et sui mariti. Item uoluit et ordinauit, quod Georgius Grintauag soluat solummodo pro affictu domus sue Jibras quinquaginta paruorum in anno. Item ordinauit sepeliri apud ecclesiam sancti Francisci de Jadra ordinis fratrum Minorum, cui conuentui dimisit libras quinquaginta paruorum in casu quo eam recipere

[1] Detrico.

uoluerint, et si eam predicti fratres recipere nolent, tunc ordinauit sepeliri apud ecclesiam sancte Marie presbiterorum de Jadra, cui ecclesie in casu predicto ditas libras quinquaginta dimisit. Item dimisit sorori Gracie monialis(f) monasterii sancti Dimitrii solidos sex grossos pro anima sua; item dimisit fratri Nicolino' ordinis Predicatorum solidos octo grossos pro anima sua; item dimisit Marino dicti ordinis solidos quatuor grossos pro anima sua; item dimisit fratri Zanino dicti ordinis solidos quatuor grossorum pro anima sua; item dimisit presbitero Johanni sancti Martini, patrino suo solidos sex grossos ; item dimisit Zischo filio magistri Nicole solidos quinque grossos pro anima sua; item dimisit Dobre uxori Francisci soiidos duos grossos; item dimisit cuilibet comissariorum suorum solidos duodecim grossos; item dimisit libras viginti quinque paruorum pro missis celebrandis pro anima sua et sui mariti; item apperuit et dixit comissariis suis secretum sibi ordinatum et comissum per Johannem condam Albertini in suo ultimo testamento, quod secretum fuit de libris viginti tribus grossis, quas libras viginti tres grossas dicti comissarii sui ualeant petere et exigere ac dispensare, sicut ipsamet facere posset, si personaliter interesset. In reliquis uero bonis suis sibi quoquo modo et iure spectantibus sibi pauperes Christi heredes instituit; que omnia sua bona uendi et distribui uoluit per dictos suos comissarios dictis Christi pauperibus pro anima sua et sui mariti.. Et hanc suam ultimam uoluntatem esse uoluit et suum ultimum testamentum, quod ualere uoluit iure testamenti, et si iure testamenti ualere non posset, saltim(l) ualere uoluit iure codicillorum uel cuiuslibet alterius sue ultime uoluntatis; dans et concedens dictis suis comissariis plenam, liberam et generalem potestatem in iudicio et extra, quam quilibet ueri et legitimi comissarii habere possent et quam ipsamet habere posset, si personaliter interesset, post suum obitum, nulloque pretermisso obstante. Actum in domo dicte testatricis, presentibus prouidis viris Marino condam Stephani Mucine et Misulo condam Drasoi becharii et aliis.

(Signum not.).

Ego Franciscus Simeonis de Mestre publicus et imperiali auctoritate notarius ac notarius et officialis comunis Jadre scripsi rogatus.

Original na pergam. u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 721.

384.

1349, 23. februara. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka firima pismo cara Dušana, kojim javlja, da su dubrovački trgovci namirili svoj dug za carinu novobrdsku i prizrensku.

Anno domini millesimo CCCXLVIIIL, indictione secunda, die XXIII. februarii.

Copia vnius apouillie misse pro parte domini imperatoris Rascye domino comiti et iudicibus et consiliariis Ragusii tenoris et continentie infrascripte.

Scriue lo imperio dando a sauer o ciascheduno. Sia facta gracja lo impero a Marcho de Basellio, a Mathe so fradello et a Stepe de Giorgi, como anno tenudo li mercadi dello imperio o mercado do Nouobrda et lo mercado de Preserin, de ogni cosa si se anno drecado allo imperio, non sono rimasi torti in cosa niguna allo imperio. Et per cio di imperio fia facto ad elli gracia essil la gio scripto apouilia che per elli non abia che fare nigune. Et che non si inpacie per elli, et se alguno se inpacasse per elli ouer dare alcuna casione alla grac[i]a et alla scripta dello imperio, che se debia destrur et condampnar, et che sia in desfedeltate allo imperio, et che paghi allo imperio yperperi mille, et questa gracia sil li a scripto I imperio del mese del octobrio, die XII. Dise Io protouistiar.

Ego Soffredus mandato domini comitis et sui minoris consilii scripsi et exemplaui dictam apouiliam, prout vidi scriptam et reductam in latinum pro per Giue de Parmigiano scribanum comunis sclauoneschum, que quidem apouillia scripta est ex alia facie slauonesci manu ipsius Giue.

Пнше цдрство мн СВЂДНННШ всдкома. СтворЂ МНЛОСТБ цдрство мн Мдрк8 Кдснлгекнкк) н врдта шегова Мдтетевн н Стнпетв TKsprOBHKK) КДКО С8 ДрЖДДН Tpbre ЦДрСТБЛ МН НОВОБрВСКН Tptrb Н пр*зр*нскн TpLrh, дд о всем1, се С8 цдрсткн мн нспрдвндн не остдше KptBH нн 8 YHMB цдрствв мн, дд тогд рддн цдрство нмк 8YHHH МНЛОСТБ поведк) HML пнсдхк, кдко зд Ntija дд не нмд пеудлн нннтко, нн дд се здденге зд ННХБ. ТКО дн се кге зд нн>ль здден ндн потворитн МНДОСТБ Н здпнсдше цдрствд мн, дд се рдспе н ндкдж н дд гесТЬ невирнв цдрствд мн н дд плдтн цдр-

стнн мн THC8KH) перћперв д сн то НМh МНАосТb здпнсд цдретко мн м*сецд октеврл -Kl- днв. Протокнстнлрк peYe.

Пнше цлрстко мн кнез« днкрокеукома н сиднкшк н клдстеломв н ксен OHYHHH дбкрокеукон дд зндте, гере дрвждд^ Tphre цдрсткд мн Мдрко Влснлгекнкв н крлтв MS Мдте и Стнпе *Жнр*-rOBHKb Tpbrb НОКОКрБДСКН Н ТрБП, np*3pt,HbKH, ДД ЦДрСТКО МН HXb рлзложн н ндпе н?св прдвех^ не остдше нн 8 YHMK кр*вн цдрСТВ8 МН, ДД 00 KCeMt HJib ОСКОВОДН ЦДрсТВО МН Н 8YHHH HXB МНДОСТБ Н ПОКелН) ПО ЗДКОИ8 ПО КДШеМ8, ДД 0 ТОМБ ВК ПНСД цдрство мн дд зидте мисецд сектекрд.

Л СНЮ кннга н покелго uptnece Рвгга.

Diversa cancellanae knjiga 1348. —1349. u dubrovačkom arkivu.
Ima prijepis. — Original ne nadjosmo.
Pucić Spom. srp. II br. 22, 18.

385.

1349, 4. marta. U Cazmi.

Cazmanski kaptol prepisuj'e listinu Nikole kaštelana bršljamčkoga od 5. septembra 1333., kojom se potvrdj'uje neki pos/ed samostanu garićkomu.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod discretus et honestus vir magister Gregorius socius et concanonicus noster vice et nomine religiosi et honesti viri domini fratris Stephani prioris Heremitarum ecclesie beate virginis de Garigh personaliter ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam patentes litteras magistri Nicolai filii Ladislai condam comitis et castellani de Borschanouch petens. a nobis cum instancia, vt tenorem et formam earundem de verbo ad verbum presentibus inseri et nostri sigilli apposicione consignari faceremus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina od 5. septembra 1333.)* Nos vero iustis peticionibus predicti magistri Gregorii vice et nomine supradicti prioris factis annuentes, predictas litteras de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus et nostri sigilli apposicione consignari. Datum feria quarta proxima post dominicam inuocauit, anno domini miliesimo CCC°XL° nono.

Iz originainog prijepisa čazmanskog kaptola od 4. jula 1402. u kr. Mgar. državn. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.17S. — Stara signatura: Acta monast. Garig, fasc. III no. 3.

386.

1349, 7. marta. U Cazmi.

Kaptol čazmanski odredjuj'e na molbu Petra zvanog Kastelan medje posjeda Podgorja г Kiškoceniča u garešničkom kotaru.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod nobilis vir magister Petrus dictus Castellan ad nostram personaliter accedendo presenciam per litteras magnifici viri domini Nicolai tocius Sclauonie et Coruacie(!) bani a nobis cum instancia postulauit, ut ad reambulandas, limitandas et separandas metas possessionum suarum Podgoria et Kiskocennicha vocatarum in districtu de Grisencha existencium, que ad ipsum iuxta euidenciam eficacissimorum instrumentorum nostrorum ex parte Andre filii Iwan filii Budona empcionis titulo olym fuerant deuolute, prout eciam in eisdem plenius vidimus contineri, cum magistro Andre Chepi castellano de Borschanouch ac Johanne filio Abraam hominibus eiusdem dicti domini bani vnum ex nobis virum idoneum pro testimonio destinare curaremus; cuius peticionibus iustis et honestis annuentes, maxime quia ipsa peticio iuxta regni consuetudinem ab antiquo aprobatam a nobis fieri postulabatur, discretum virum magistrum Petrum decanum, socium et concanonicum nostrum ad premissa facienda et exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui quidem socius noster iamdictus vna cum eisdem magistro Andre et Johanne hominibus ipsius domini bani ad nos pariter redeundo concorditer nobis retulerunt, quod predictas possessiones Podgorie et Kiskocennicha nominatas presentibus vniuersis vicinis et commetaneis eorundem absque contradiccione aliquali, ymmo omnibus fauorabilem consensum et assensum prebentibus reambulassent et separassent iuxta veteres metas et antiquas, nouas vbi necesse fuisset circa easdem erigendo, ac statuissent predicto magistro Petro in filios filiorum iure perpetuo pacifice possidere et habere; mete vero earundem possessionarium porcionum predictarum prout easdem iidem homines dicti domini bani et noster, ut predicitur, pacifice in scriptis nobis demonstrarunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit circa possessionem magistri Vgrini filii Johannis et fratrum suorum in fluuio Vratna sub arboribus bikfa et tilia nominatis et cruce

signatis, inde tendit per quoddam scuhodol versus monticulum ad arborem harast cruce signatam et meta terrea circumfusam, de inde transit vallem ad alium montem ad metam terream circa viam de nouo erectam, ab hinc per ipsam viam tendit in bono spacio ad arborem berkena cruce signatam meta terrea circumfusam, de qua exiens intrat iterum in paruam vallem et descendit versus occidentem vbi est in capite eiusdem vallis meta terrea sub arbore monerou, ab hinc asscendit ad montem ubi est meta terrea iuxta viam, deinde descendit versus occidentem vbi in latere montis est meta terrea, inde cadit in aquam Kiskocennicha et per ipsam eundo versus meridiem exit ad arborem cerasi ubi est meta terrea et ibi vicinatur terre Mark dicti Pechi, inde versus meridiem ad arborem gurtyan cruce signatam et meta terrea circumfusam et cadit in fluuium minoris Grisencha et per eundem fluuium contra meatum ipsius fluuii tendit in bono spacio et peruenit ad arborem salicis et tendit per potok ad partem sinistram et peruenit ad caput eiusdem potok et salit in calistam ad arborem tul cruce signatam deinde ad viam antiquam circa Gradische et per eandem viam, arborem harast cruce signatam meta terrea circumfusam et ibi descendit directe ad potok et asscendit per vallem ad montem versus Heremitas ad arborem harast cruce signatam meta terrea circumfusam circa viam, inde transit viam et descendit ad potok Sumechi et per ipsum potok supra versus aquilonem et exit de eodem Sumechi, vadit per quandam vallem versus montem et peruenit ad Gradische ad arbores tul et has cruce signatas et metis terreis ctrcumfusas, inde tendit per birch circa viam in bono spacio et peruenit ad arborem harast cruce signata(!) et ibi vicinatur terre castri de Borschanouch a parte orientali, de hinc descendit ad vnum potok ad partes meridionales, peruenit ad arborem harast cruce signatam, ex- hinc autem iterum ad vnum riuulum qui dicitur Borschanouch et per ipsum riuulum in magno spacio eundo vicinatur terre castri de Borschanouch et filiorum Mark et Domiani et peruenit ad priorem metam superius nominatam et sic terminatur. Datum et actum sabbato proximo ante dominicam reminiscere, anno domini millesimo CCCXL⁰ nono.

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebtt Diplomata 1349.

Na listini visi svilena vrvca Ijubičaste i žtue boje, pečat je otpao.

387.

1349, 9. marta. **U Dubrovniku.**

Općina dubrovačka prima pismo cara Dušana, u koj'em javlja, da su trgovci dubrovački namirili carinu u Rudniku.

Anno domini MCCCXLVIIII., indictione secunda, die VIIII. mensis marcii.

Copia unius apovillie misse pro parte domini imperatoris Sclavonie domino comiti, iudicibus et consiliariis ciuitatis Ragusii tenoris et continencie infrascripte.

Scrive lo imperio dando a saver a cascheduno. Si a fato gracia Io imperio a Lauro de Volchasso et a Marin et a Give de Pasqua de Goce, chomo anno tenudi lo merchado de lo imperio Rudnich, doue cossa si se ano adrecadi alo imperio, non ano remasi torti in cossa niguna, che lo imperio si la trovadi dreti; per co lo imperio si a fata gracia et si a scrito povelia, che negun per essi non abia che far ni per elli, che se devesse impacar. Et de algun volesse achasonar la gracia et le scriture del imperio, che se debia destrur et condanar et che page alo imperio perperi M. Et questa gracia si 1 a scrito lo imperio in anno domini VI. M. VIIIC. LIIII., del mese de decembrio, die VIII. Protovestiario si a recomandado.

Copia unius litere protovistiarii misse domino comiti, iudicibus et consiliariis Ragusii recomandantis superscripte apovelie tracta in vulgare per eundem Give de Parmessano.

Scrive lo imperio a lo conte di Ragusa, cudesi, centili 1 omeni et a tuta la comunita de Ragusa, che sappiate, che me anno tenudo lo merchade de Rudnich Laure de Volcasso et Marin et Ciue Pasqua et de tuto si sino sono alo imperio drecado, non remase debitori allo mperio niente. Et per 50 sia a 90 scrito povelia per le uostre usance.

Ego Franciscus de mandato domini comitis et sui minoris consilii scripsi et exemplaui suprascriptam apouiliam, prout uidi scriptam et reductam in uulgare per фие de Parmessano scribanum comunis in sclauonescum. Que quidem apouilia et lictera(!) fuit presentata per Raychum hominem Nenade voyvode Tribigne et Chanalis.

Ego Giue de Parmigan noder schlavonescho exemplai la povellia e la letera che manda misser lo imperador a misser lo conte e al comun de Ragusa.

Пнше цдрстко мн кнезн днвровеукомн. . . . снднкшц клд-стеломк н ксон сопкннн днкрокеукон, дд зндте іс্ре мн држдше тркг!. рнднпукн Лдкре Вл^кдсокнкк н Млрннв н Жнке Плскетнкк н о ВсеМh сесн нсћпрдкнлн цдрсткд мн не остдше ннунмкре цдрсткд мн ддкжнн дд о ТОМh НМh нокеднз здпнсдхк по здконн кдшемн.

Iz vana :

Пнше цдрстко мн кнезн днкровдукомн фнднпн (Орего н сн днвшк н влдстедомк н всен (ОНКННЂ днврокку кон.

TJnutra na dnu crvenom tintom:

М*сецк сектеврк.

Diversa cancellariae knji^a 1348. —1349, u dubrovačkom arkivu.
Original razderan, pisan modrom tintom.
Pucid Spom. srb. II. br. 23, str. 18—19.

388.

1349, 15. marta. U Budirmi.

Kraljev sudac dosudjuj'e posjede Kaprinu i Zelinu u županiji po-žeškoj samostanu sv. Mihajla u Rudini.

fNJos comes Paulus iudex curie excelentissimi principis domini Ludovici dei gratia illustris regis Hungarie, memorie commendamus significantes tenore presentium, quibus expedit universis. Quod cum nos primo die octavarum festi beati Georgii martyris, in anno proxime elapso preteritarum in sede nostra iudiciaria pro faciendo causantibus iudicio, sedissemus, et causales processus quorumlibet litigantium in statera equitatis partiri cepissemus, discretus vir magister Andreas prepositus ecclesie de Posoga, reginalis maiestatis vicecancellarius, ad nostram accedens presentiam, quasdam litteras nostras formam iudiciarie nostre deliberationis exprimentes, nec non iudiciales, ac unam capituli ecclesie Boznensis citatoriam in diversis terminis et annis confectas, contra Nicolaum, Petrum, Giletum et Johannem, filios Emerici filii Gileti, nostro iudiciario examini demonstrauerat, in quarum unius littere nostre formam iudicii nostri continentis tenore habebatur in hunc modum : Quod cum secundum continentiam priorum litterarum nostrarum modum iudicii

nostri exprimentium pretacti Petrus, Nicolaus, Giieth et Johannes filii Emerici fiiii Gilety, instrumenta ipsorum super facto possessionum Kaprinna et Zeina vocatarum in octavis festi beati Michaelis archangeli, in anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo preteritis, contra magistrum Andream prepositum ecclesie de Posoga, se patronum ecclesie seu monasterii de Rudyna esse et existere allegantem, et eo nomine dictas possessiones Kaprinna, et Zelna vocatas, ab eisdem filiis Emerici requirere volentem, exhibere debuissent coram nobis; tandem ipsis in octavis festi beati Michaelis archangeli adherentibus prenominato magistro Andrea preposito de Posoga personaliter nostri in presentia astante, et eadem instrumenta per ipsos filios Emerici, coram nobis exhiberi postulante, Mark filius Martunus pro predictis Petro, Nicolao, Gyleth et Johanne filiis Emerici filii Gilety, cum procuratoriis litteris dicti capituli de Posoga, ad nostram accedens presentiam, quasdam duas litteras privilegiales, unam dicti capituli ecclesie Boznensis, in octavis festi nativitatis beate virginis, anno domini M°CCC°XXX° tertio, et aliam predicti capituli de Posoga in octavis resurrectionis domini, anno eiusdem M°CCC°XXX° quinto preteritis confectas nobis presentarat, in quarum unius, videlicet littere privilegialis dicti capituli ecclesie Boznensis tenore reperieramus contineri manifeste in hunc modum: Quod religiosus et discretus vir, dominus Nicolaus, abbas de Rudyna, ab una parte, et magister Emericus filius comitis Gylety de Posoga parte ab altera, coram dicto capitulo ecclesie Boznensis personaliter constituti, idem dominus Nicolaus abbas proposuit et confessus esset oraculo vive vocis, quod quasdam possessiones ecclesie sue Rudyna prenotate, Zelna et Kaprinna vocatas in comitatu de Posoga existentes cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis ad easdem universis, sicut usque tunc habite fuissent et possesse, prelibato magistro Emerico et per eum suis heredibus heredumque suorum in posterum successoribus sub nomine prediali, pro sellario inferius nominato dedisset et contulisset perpetuo possidendas, tenendas, similiter et habendas, tali obiigatione mediante, quod idem magister Emericus, et per eum sui heredes, singulis annis, videlicet in festo beati Nicolai confessoris proxime tunc venturo incipiendo, quolibet anno quatuor marcas promptorum denariorum weronensium, et unum poledrum de equatia sua, exceptis duobus poiedris, quemcunque dominus abbas vel suus procurator ad hoc deputatus elegerit, coram eodem capitulo ecclusie Boznensis, aut in capitulo de Posoga prescripto domino abbati, vel sue ecclesie, aut suo successori dare et persolvere tenerentur; quod si aliquem terminum preterirent in solvendo, vel fidelia servitia eidem domino Nicolao abbati, vel suis successoribus in futurum non exhiberent, eedem possessiones

- in ius et proprietatem dicti domini abbatis et ecclesie sue converterentur ipso facto. Quarum quidem possessionum collationem et traditionem per predictum fratrem Nicolaum abbatem, sub censu feudario premisso, predicto Emerico fflio Gylety modo quo supra factam frater Petrus, abbas ecclesie de Rudyna prenotate, successor eiusdem fratris Nicolai abbatis in presentia dicti capituli ecclesie de Posoga, propria in persona comparendo, vigore dictarum litterarum procuratoriarum ipsius capituli ecclesie de Posoga preasumpto modo coram nobis exhibitarum, eidem possessionarie traditioni et collationi benevolum consenaum prebendo, ipsi Emerico filio Gylety roborasset. Quarum litterarum visis ac perlectis continentiis, quia absque interessentia domini abbatis dicte ecclesie de Rudyna, in facto possessionum predictarum inter partes predictas iudicium et iustitiam nullatenus facere poteramus; ideo unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio consedentibus, adiudicantes commiseramus, quod iidem Petrus, Nicolaus, Gyleth et Johannes filii Emerici filii Gylety, abbatem ecclesie de Rudyna, consuetudinaria lege observata, ad quindenas festi beati Martini confessoris nunc preteritas, nostram in presentiam ad causam attrahere teneantur, ut ipso in causam attracto de eo, utrum idem dominus Andreas prepositus ecclesie de Posoga patronus ecclesie, seu monasterii de Rudyna sit et existat, ipso domino abbate super hoc requisito, informari valeremus, et iuxta ipsam aquisituam nostram informationem super facto possessionum premissarum inter predictas partes iudicium iuri consonum facere possemus. Ipso itaque termino occurrente, ipso domino Andrea preposito de Posoga personaliter coram nobis adstando, iudicium sibi super premissis impendi postulante, quia Nicolaus filius Emerici filii Gylety pro se personaliter et pro aliis fratribus suis supradictis cum procuratoriis litteris memorati capituli ecclesie de Posoga ad nostram accedendo presentiam se et eosdem fratres suos propter quorumdam aliorum negociorum et necessitatum prosecutionem nondum adhuc predictum abbatem ecclesie de Rudyna, ratione premissorum, in nostram presentiam in causam attrahere potuisse, sed in termino ulteriori per nos ipsis dando, eundem iuxta premisse adiudicationis nostre modum in causam super factis premissis in nostram presentiam adducere velle referebat; ideo commiseraramus, ut iidem filii Emerici filii Gylety prenominatum abbatem de Rudyna, legitima citatione mediante, ad octavas festi purificationis beate virginis, anno in prefixo pretertas in nostram presenciam racione premissorum, cum iudicio trium marcarum ante litis ingressum persolvendo in causam attrahere tenerentur, ut tunc ipso in causam attracto et partibus, uel earum legitimis procuratoribus, coram nobis comparentibus, iudicium et iustitiam facere possemus in premissis,

moderamine iuris requirente. In illis aliis litteris vero nostris iudicialibus expresse continebatur, quod ipsis octavis festi purificationis beate virginis adherentibus, predicti Petrus, Nicolaus, Gyleth et Johannes fllii Emerici filii Gyleti non venissent, nec misissent, neque predictum abbatem de Rud^ma iuxta nostram iudiciariam commissionem cum predicto iudicio trium marcarura ante litis ingressum persoluendo in causam coram nobis attrahere, nec dictum iudicium trium marcarum persoluere curavissent, eodem domino Andrea preposito ipsos viginti duobus diebus continuis legitime coram nobis exspectante, et sic eosdem filios Emerici pro negligentia solutionis dicti iudici trium marcarum in duplo eiusdem, pro omissione vero dićti termini in uno simplici iudicio decreveramus convictos exstitisse. In litteris autem prenominati capituli Boznensis citatoriis expresse continebatur, quod predicti Petrus, Nicolaus, Gyleth et Johannes filii Emerici per Iwan filium Thome hominem reginalis maiestatis, presente magistro Andrea canonico dicte ecclesie Boznensis per idem capitulum in testimonium transmisso, feria quinta proxima ante dominicam reminiscere tunc proxime preterita contra predictum Andream prepositum ad octavas festi diei medii quadragesime proxime preteritas ratione premissorum in regie maiestatis presentiam legitime citati extitissent; ad quem quidem terminum iidem filii Emerici maiora iudicialia gravamina in se accumulare non formidantes, in nostram prescntiam modo simili non venissent, nec misissent, et sic se in iudiciis commisissent innodari. Quarum predictarum litterarum exhibitionibus factis postulans idem dominus abbas, ut secundum quod iuri et iustitie consonare videretur, huic cause sue finem decisiuum imponere dignaremur iustitia exigente. Et cum nos prefatum dominum Andream prepositum mediantibus Georgio filio Demetrii homine regie maiestatis et magistro Laur[encio] canonico dicte ecclesie Boznensis, per idem capitulum ob nostram litteratoriam petitionem in testimonium transmisso, vigesimo secundo die festi beati Georgii martyris, in anno iam proxime transacto preteriti, in dominium dictarum possessionum Kaprinna in Zelna vocatarum, ratione premissi iuris patronatus introducendo, easdem vicinis ac commetaneis earum universis et specialiter predicto domino abbate ecclesie de Rudyna, legitime inibi convocatis, per veras suas metas et antiquas reambulari, reambulatasque et ab aliorum possessionibus, novis metis iuxta veteres in locis necessariis erectis, separatas, predicto domino Andree preposito omni eo iure, quo eidem ex premissi -patronatus titulo pertinere dignoscerentur (!), si contradictio per quospiam in statutione earundam sibi non obviaret, sine preiudicio iuris alicui possidendas statui. contradictores vero, si qui fuerint in statutione eorundem, contra prefatum dominum Andream prepositum ad octavas

festi pentecostes, anno eodem transactas, contradictionis eorum rationem reddituros in regie maiestatis presentiam citari, possessiones autem vel particulas possessionarias per quempiam prohibitas, signis pro metis positis consignando, et regali mensura, si mensurari possent, mensurando, vel visu considerando, una cum aliis probis viris regni consuetudine exigente estimari, et post hec seriem premisse possessionarie reambulationis et statutionis cum cursibus metarum, vel si necesse fuerit, nominibus contradictorum et citatorum, ac totius facti processu ad dictas octavas festi pentecostes domino nostro regi per idem capitulum Boznense, in eorum litteris remandari commissemus(!) ipsum siquidem capitulum Boznense in eorum litteris rescriptionalibus dicto domino nostro regi in statutione earumdem possessionum Kaprinna et Zelna vocatarum, ipsi domino Andree preposito quo supra facienda, eosdem Petrum, Nicolaum, Gyletum et Johannem filios Emerici filii Gylety contradictores exstitisse, eaque ratione eosdem rationem premisse eorum contradictionis per ipsos regium et dicti, capituli Boznensis homines contra ipsum dominum Andream prepositum ad preoctavas pentecostes citatos fuisse rescripsissent, ipsaque causa ab eodem termino, volentibus partium procuratoribus, ad octavas festi beati Jacobi apostoli, ad quas etiam frater Hermannus modernus abbas dicte ecclesie de Rudyna per eosdem filios Emerici ratione prefnissorum legitime citationis modum observando, [nomine] iudiciario nostram in presentiam, extiterat in causam attractus, sub priori facie per nos prorogata extitisset; ipsis tandem octavis festi beati Jacobi apostoli advenientibus, prefato domino Andrea preposito de Posoga personaliter, et pretactus Petrus filius Emerici pro se similiter personaliter, ac pro predictis aliis fratribus suis cum procuratoriis litteris memorati capituli de Posoga, parte ex altera, coram nobis constitutis, iudiciumque finale super premissis per nos iuridice imponi postulantibus, Georgius filius Michaelis, pro eodem fratre Hermanno abbate predicte ecclesie de Rudyna, cum litteris procuratorris sepe dicti capituli de Posoga ex tertia parte ad nostram accedendo presentiam, iam dictum dominum Andream prepositum de Posoga, cum fratribus suis et eorum predecessores, veros patronos, seu fundatores dicte ecclesie, seu monasterii de Rudyna tutoresque eiusdem speciales ad ternariam nostram requisitionem esse et fuisse affirmando predictas possessiones Kaprinna et Zelna vocatas, ad eandem ecclesiam de Rudyna prem'isso modo alienatas, si ius admitteret rationis, ipsum fratrem Hermannum abbatem, et suam ecclesiam prenominatam iurisdictioni ipsorum applicari et converti velle allegarat pluries replicando coram nobis, honorandum(l) ipso domino Andrea preposito fieri postulante, iustitia exposcente; verum quia predicte possessiones

Kaprinna et Zelna vocate, primum per predictum fratrem Nicolaum, quondam abbatem de Rudina, postremoque per prefatum fratrem Petrum, similiter predicti loci abbatem, successorem eiusdem eidem Emerico filio Gylety suisque posteritatibus sub premisso feudario censu annuali, ut series dictarum duarum litterarum privilegialium eorumdem capitulorum Boznensis et de Posaga ecclesiarum explicabant, absque patronorum eiusdem ecclesie seu monasterii beati Michaelis archangeli de Rudyna consensu et permissione date atque locate fuisse reperiebantur, rationeque huius traditionem, seu locationem earumdem prenotatam ius rationis vigorque equitatis dissolvendo revocari easdem possessiones Kaprinna et Zelna vocatas, a premisso feudario titulo, seu censu annuali exonerando, iuri et iurisdictioni prescripti monasterii de Rudyna, et suorum patronorum de more convertere non inducebant; igitur nos, qui universorum causantium lites, seu iurgia recto tramite moderando, ad veritatis viam reducendi a dicto domino nostro rege accepimus potestatem, vna cum baronibus et regni nobilibus nobiseum [ad] tribunal iudiciale considentibus, et eorum consilio prematuro premissam possessionariam locationem seu traditionem per predictos fratres Nicolaum et Petrum quondam abbates de Rudyna eidem Emerico filio Gylety et suis heredibus sub premisso feudali nomine et censu annuali, ut prefertur, mediantibus predictis duabus litteris privilegialibus eorumdem capitulorum Boznensis et de Posoga ecclesiarum factam et ordinatam, iudiciarie nostre potestatis authoritate, de suo vigore dissolventes, et per omnia revocantes, commiseramus decernendo, ut prenotatus Petrus, Nicolaus, Gyleth et Johannes, filii Emerici filii Gylety, predictas possessiones Kaprinna et Zelna vocatas, usque festum beati Nicolai confessoris nunc transactum, absque destructione et desolatione aliquali conservare, solita tantummodo servitia et debita, ac collectas consuetas ab eisdem medio tempore requirere, seu exigere, usque earumdem et utilitatibus usque prefixum terminum, iuxta consuetudinem provincie[1] de Posega recipere possint atque valeant. Adveniente siquidem ipso festo beati Nicolai confessoris iam preterito, idem Petrus, Nicolaus, Gyleth et Johannes, filii Emerici, personaliter, uel per legitimos eorum procuratores in predictum capitulum de Posega accedendo, ubi primo easdem quatuor marcas promptorum denariorum compoti supradicti et dictum poledrum, ad quas eedem possessiones Kaprinna et Zelna per prefatum Emericum filium Gylety et filios suos prenotatos ab iisdem abbatibus singulis annis conducte fuisse, dignoscebantur, presentibus Johanne filio Egidii, homine regie maiestatis, et testimonio predicti capituli Boznehsis,

[1] Pod ovom riječju tri točke istom tintom.

ad arborem haraszth ab antiquo pro meta constitutam; exinde declinaret ad caput cuiusdam vallis Kuhinnyak vocate, per medium cuius descendendo in magno spacio caderet in predictum fluvium Pukruch vocatum, inde contra cursum eiusdem fluvii versus occidentem eundo in magno spatio verteretur ad priorem metam, scilicet ad commetaneitatem fluviorum predictorum et ibi terminaretur. Alterius vero possessionis Zelna nominate prima meta inciperetur a parte meridionali in loco,, ubi fluvius Mothouilna vocatus caderet in fiuvium Pukruch dictum, inde contra cursum eiusdem fluvii Mothouilna uocati versus aquilonem eundo in bono spacio exiret de eadem versus occidentem ad quandam siccam vallem, in qua quandoque aqua decurreret et vuigariter Zuhodol vocatam, per quam vallem eundo in magno patio ascenderet, et ad cacumen montis Kamennaberda vocati Zelemen dictum, et veniret ad commetaneitatem terre ecclesie de Bela, per quod Zelemen eundo versus orientem, cadit in magnam viam, per quam viam eundo versus orientem in magno spatio veniret ad veterem metam filiorum Nicolai, et .filiorum Beke filiorum Thome de Welike, que separaret terram predictorum filiorum Nicolai et filiorum Beke a terra dicti domini abbatis de Rudyna, et inde declinaret ad partem meridionalem per quoddam berch quod berch separaret terram predictarum filiorum Emerici filii Gylety de terra eiusdem abbatis, et iret ad arborem byk, et per eundem berch, in magno spatio semper versus meridiem eundo veniret ad arborem piri; et inde per magnum spacium eundo veniret ad quemdam dumum viridum, ab hinc per ipsum berch ulterius eundo in bono spacio caderet ad siccam vallem, de qua exiret ad Zauorsiapotaka, et per patak(l) tenderet versus meridiem, et caderet in fluvium Pukruch, per priorem berch in bono seu in magno spatio versus occidentem eundo veniret ad metam ante dictam, ibique terminaretur. Quarum litterarum prenominati capituli ecclesie Bosnensis perlectis continentiis, cum nos preattactos Petrum et Nicolaum filios Emerici filii Gylety, pro se personaliter et pro preasumptis Gyleth et Johanne fratribus ipsorum, cum procuratoriis litteris pretacti capituli ecclesie de Posoga coram nobis comparentes, in eo, si quid in contrarium statutionis et predictarum metarum erectionis antedictarum possessionum Kapriuna et Zelna vocatarum iuxta nostre adiudicationis sententiam per eos, quo supra resignatarum, obiicere velint, nec ne, ex officio nobis incumbenti trinario quesitos habuissemus; iidem magistri Petrus et Nicolaus filii Emerici, suis et eorundem Gyleth et Johannis, fratrum ipsorum in personis in contrarium statutionis et metarum predictarum erectionis possessionum Kapriuna et Zelna nominatarum, per eos, ut prefertur resignatarum, nil obicere, imo iuxta nostre iudiciarie commissionis formam et prescriptarum litterarum, ac

ipsius capituli Boznensis litterarum continentiam, easdem possessiones Kapriuna et Zelna vocitatas, dictis fratri Hermanno abbati de Rudyna et suo monasterio, in honore beati Michaelis archangeli inibi fundato, ac per consequens domino Andree preposito ecclesie de Posega patrono eiusdem monasterii cum omni plenitudine iuris eorumdem per resignationem premissam remittere velle allegarunt per litteras explicantes coram nobis. Verum quia predicte possessiones Kapriuina(f) et Zelna vocate per premissarum litterarum limitationes ab aliorum possessionibus separando iuxta nostri iudicii formam per eosdem filios Emerici filii Gjdety rnodo prehabito resignate per prescriptos regium et ipsius capituli ecclesie Boznensis homines, dominis fratri Hermanno abbati, et eius monasterio beati Michaelis archangeli de Rudyna, et per consequens domino Andree preposito ecclesie de Posoga statute fore, ex serie predictarum litterarum antedicti capituli ecclesie Boznensis reperiebantur, iidem etiam Petrus et Nicolaus filii Emerici in ipsorum et dictorum Gyleth ac Johannis fratrum eorum personis, possessiones easdem ipsis fratri Hermanno abbati et eius monasterio, ac dicto Andree preposito de Posoga patrono eiusdem monasterii ad nostram iudiciariam requisitionem remittebant, inde nos una cum prelatis et baronibus regnique nobilibus nobiscum iudiciario pro tribunali assidentibus, easdem possessiones Kapriuna et Zelna nominatas, eo iure, quo ipsis fratri Hermanno abbati et suo monasterio beati Michaelis archangeli de Rudyna, et per conscquens dicto domino Andree preposito ecclesie de Posega pertinere dignoscerentur sine alieni iuris preiudicio eisdem fratri Hermanno abbati et eius monasterio de Rudyna, per consequensque ipsi domino Andree preposito patrono monasterii eiusdem adiudicavimus perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes litteras nostras privilegiales, pendentis et authentici sigilli nostri munimine raboratas eisdem fratri Hermanno abbati, et suo monasterio beati Michaelis archangeli, ac perconsequens dicto domino Andree preposito patrono eiusdem monasterii duximus concedendas. Datum Bude, duodecimo die octavarum diei cinerum predictamm, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 2790. — Stara signatura: Abbatia de Rudma fasc. 31. no. 15.

Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Na hrptu rukom konca XV. vijeka: »Super Kaprinna et Zelna.*

Fejer Codex Dipl. Hung. IX. 1. p. 718—734. stampao po rukopisu Hevenesievu tom. XLVII. p. 340.— i dalje.

389.

1349, 15. marta. Na Rabu.

Svećenik Matija de Rade prior hospitala sv. Franje na Rabu posudjuje 50 dukata od Isabete Gaucigna iz Zadra.

C. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indicione secunda, die quinto decimo mensis marcii, Arbi. Temporibus equidem domini nostri Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Georgii de Hermolao Arbensis episcopi, ac domini Marci Justini egregii comitis. Presentibus et presbitero Domaca et clerico Dominico Cauatino canonicis Arbensibus, testibus vocatis et rogatis et aliis. Ego quidem presbiter Matheus de Rade canonicus . Arbensis prior hospitalis sancti Francisci de Arbo fatheor(l), et sum contentus habuisse et recepisse mutuo gratis et amicabiliter a vobis quidem domina Ysabetta filia condam Pauli de Gaucigna de Jadra ducatos quinquaginta boni auri et iusti ponderis conuersos in vtilitatem et comodum et necessitatem dicti mei hospitalis. Quos quidem promitto et teneor per me et meos successores priores et super bonis omnibus dicti hospitalis habitis et habendis dare et soluere vobis dicte domine Ysabette uel vestris heredibus aut successoribus hinc ad festum natiuitatis domini primitus venturum, sub pena dupli et omnium expensarum omni condicione remota.

(Drugi rukopis). ,

f Ego Stefanus Bernaba de Pebicafjj[1] examinator manum missi.

Ego Christoforus de Cambonino de Rodano imperiali auctoritate notarius et iuratus Arbensis hiis interfui, rogatus scripsi, [conjpleui, roboraui et consueto signo signaui.

(Signum not.).

Origmat u ark. samoslana sv. Marije u Zadru. a. 1349.

Petrica?

390.

1349, 23. marta. U Križevcima.

Jakov iupan križevački i suci očituju, da su se pred njima izmirili udova Hedrikova sa svojim sinovima i Pavao sin Draginjm i t. d.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis, comes Petrus filius Dyonisii, Andreas filius Georgii, Ladislaus filius Nicolai et Nicolaus filius Jacobi quatuor iudices nobilium memorie commendamus, quod domina relicta Heydrici vnacum Valentino et Georgio filiis suis ab vna parte et Paulus filius Dragyna ac Demetrius filius Michaelis parte ab altera coram nobis constitutis retulerunt, [quodj in omnibus iniuriis que hactenus inter eos illate fuissent de nostra licencia et permissione speciali ad plene pacis deuenissent vnionem, preter particulam terre quam ipsis Paulo et Demetrio mediantibus aliis litteris nostris obligarant temporibus in preteritis, que per eosdem filios Heydrici in suo tenore debet liberari ab eisdem. Datum in Crisio, secunda feria proxima post dominicam letare, a-nno domini M°CCC.XL. nono.

Original na paptru u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 34.633. — Stara signatura: Acta monast. de Streza fasc. 1. no. 3.

Na hrptu listine vidi se pritisnuti pečat ali slabo sačuvan. U sred pečatnog polja vidi se kaciga. Okolo je gotski napis: f $. JA COBI COMITIS CRISIENSIS.

391.

1349. 26. marta. U Avignonu.

Nikola -npostulatust biskup zagrebački moli kod papine kurije kon~ servatore za kaptol zagrebacki.

Supplicat sanctitati vestre deuota et humilis creatura uestra Nicolaus electus et confirmatus Nitriensis, nunc postulatus ecclesie Zagrabiensis, ambassiator regis Vngarie, quatenus capitulo ecclesie Zagrabiensis conseruatoriam licenciam seu conseruatores iuxta concilium Vienense concedere dignemini, ut in forma. Fiat ad terminum R. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat R. Datum Auinione, VII. kalendas aprilis, anno septimo.

Clement. VI. Reg. Suppt. an. VII. P. 17./ol. 2ll-b.

392.

1349, 26. marta. **U Avignonu.**

Nikola »postulatus«. biskup zagrebački moli od papine kurije kanonikat zagrebački za Ivana Dominikova.

Supplicat sanctitati vestre deuotus vester Nicholaus electus et confirmatus Nitriensis et postulatus Zagrabiensis, quatenus si in personam dilecti sui capellani Joh[ann]is Dfomijnici de Surdis de Place[n]cia specialem graciam facientes eidem de canonicatu ecclesie Zagrabiensis dignemini prouidere, prebendam uero et dignitatem vel personatum seu officium, si quis, qua uel quod in predicta Zagrabiensi ecclesia vacat uel vacauerit ad presens uel cum simul aut successiue vacauerit -in eadem, predicto Johanni conferendam seu conferendum seu conferenda donacioni apostolice (!) reseruar. . . . cum accepc. . . inliibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Johannes cantoratum, canonicatum et prebendam [in] ecclesia Casmensi, Zagrabiensis diocesis canonicatum cum prebenda in ecclesia sancti Antoni Placenftine] [diocesis] noscitur obtinere . . . quem canonicatum paratus est dimittere postquam dignitatis uel personatus seu officii possessionem pacificam in predicta Zagrabiensi ecclesia fuerit assecutus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et execut . . . Fiat R. et quod transeat. sine alia leccione. Fiat R. Datum Auinione, VII. kalendas aprilis, anno septimo.

Clement. VI Reg. Suppl. an. VII. P. III. 17. /ol. 210-6.

393.

1349, 27. marta. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim daje Ivan arhidjakon gorički Ivanu Ivanovu predij Prevlaku uz predijalne uvjete.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclfesie] . . . quod honorabilis vir dominus Johannes archidiaconus de Guerche in nostri presencia personaliter constitutus, quandam possessionem in Prelaka, Otok et Coznycha vocatam, metis et terminis infrascriptis distinctam et conclusam, quam a nobis more prediaii optinebat, dedit, tradidit et vendidit nobili viro comiti Ivan filio Ivan filii Jarozlai et per eum suis heredibus more et condicione aliorum predialium nostrorum cum omnibua utilitatibus et pertinenciis suis, terris scilicet, silvis, pratis, aquis et aliis quibuscumque pro marcis triginta monete domini Nycholai bani nunc currentis, quas se dixit ab eodem plenarie recepisse, perpetuo habendam, tenendam et possidendam, hoc cauto et expresso, quod si umquam ipse comes Ivan, vel sui heredes contra nos vel nostram ecclesiam notam infidelitatis vel ingratitudinis incurrerint eo ipso omni iure, quod in ipsa possessione habebant vel habere poterant quoquomodo, sint privati et disposicio eiusdem possessionis extunc ad nos libere devolvatur. Dicimus eciam quod ipse comes Iwan et eius heredes pro censu ordinario dicte possessionis nobis annuatim infra octavas beati Martini confessoris tenebuntur solvere duas pensas denariorum bonorum banalium. Item ad cellarium nostrum tenebuntur deduci facere eodem tempore quatuor cubulos pur' frumenti et alios quatuor avene et ultra hec eodem tempore tenebuntur nobis solvere duas partes marturinarum, tercia parte eisdem remanente, et decimas sicut nostri alii prediales. Nec hoc pretermittimus, quod portus Zaue in eadem possessione existens cum suis redditibus et proventibus pro nobis semper remanebit. Cuius quidem possessionis mete, prout eas nobis predictus archidiaconus in scriptis attulit, hoc ordine pretenduntur . . . . Datum feria VI. proxima post festum anunciacionis Marie, 1349.

Acta cap. antiqua fasc. 23. n. 8. Prepisao Ivan Tkalčić.

394.

1349, 13. aprila. U Zadru.

Samostan sv. Marije u Zadru, daje St/epanu kmetu svornu nekoliko vinogradiča u Bibanju na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo(!) nono, indictione secunda, die tercio decimo mensis aprilis. Temporibus domini nostri domini Andree Dandullo incliti ducis Venecie, et domini Nicolay de Matafaris archiepiscopi Jadre, ac domini Michaelis Faletro honorabilis comitis et capitanei Jadre. Religiosa domina soror Phemia abbatissa monasterii sancte Marie monacharum de Jadra de voluntate et consensu suarum monacharum in dicto suo monasterio ad sonum campanele more et loco solitis congregato, dedit et concessit Stephano condam Prib . . . ' vilano et gastaldio dicti monasterii pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et reci-

[1] Pribces?

pienti clapos sex vinearum dicti monasterii positarum in villa Bibani gognaiorum sex uel circa, et si plus fuerit, quod cedant in presenti cessione; quibus omnibus dixit fore confines de sirocho terra olim Thomaxii de Benedicto, de austro uia publica, de borrea terra dicti monasterii et de quirina Georgius vilanus dicti monasterii, ad laborandum et procurandum quousque vites in eis durabunt, bis in anno quolibet zapandum et semel putandum et multiplicandum cum pocladis et grebeniciis secundum formam et sonsuetudines statutorum Jadre; et taliter, quod dictus laborator cum heredibus et successoribus suis teneatur et debeat dare et reddere dicte domine abbatisse et successoribus suis siue dicto monasterio annuatim fideliter quartam partem omnium frugum ex dictis vineis prouenientium conductam ad rippam maris omnibus ipsius laboratoris expensis; et si furtum manifestum uel damnum fraudulenter commiserit contra dicte domine abbatisse siue dicti monasterii racionem, eidem domine abbatisse siue dicto monasterio persoluere atque dare teneatur sex ypperperos nomine pene quociens contrafecerit; et si ius suum vendere voluerit, dicte abbatisse siue successoribus eius denunciare teneatur et eidem dare pocius quam alicui alteri, si emere voluerit; et si emere noluerit facta denunciacione, tunc vendere et alienare possit ius suum cuicumque voluerit iure dicti monasterii semper saluo. Quas quidem vineas cum omnibus et singulis suis iuribus, adiacentiis et pertinentiis dicta domina abbatissa per se et successores suas promisit e'dem laboratori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti excalumpniare et deffendere ab omni homine et persona in ratione super bonis omnibus dicti monasterii presentibus et futuris. Actum Jadre, presentibus Phylippo plebano sancti Petri noui et Radosclauo precone condam Stanichi, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis specialites et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Franciscus ser Manfredi de Placentia notarius curie Jadre examinaui et me subscripsi.

(Signum not.J

Ego Coradus condam domini Rangerii imperiali auctoritate notarius, ciuis Paduanus et Jadre iuratus premissis interfui et rogatus scripsi.

Original « arkivu samostana sv. Marije u Zadru. a. 1349.

395.

1349, 23. aprila. U Ninu.

Ninski kaptol potvrdjuje kupnju nekih posjeda u Lici braći Novakovićima.

Nos capitulum vniuersum ecclesie catliedralis Nonensis sancti Asseli, omnibus et singulis Christi fideSibus tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis. Ad vniuersorum noticiam et perpetuam rei memoriam harum serie facimus manifestum, quod accedentes ad nostram presenciam, ibidem in dicta ecclesia, Lukasius quondam Hrelsi de generacione Mogorouig de Lyka, Novachus. Martinsius et Petrus fratres, filii quondam Borislaui, et Gregorius quondam Tollimiri de Lyka et de eadem generacione Mogorouig, nepotes dicti Lukasi, non vi vel metu aut per errorem, sed ex certa sciencia et sua propria uoluntate omnimoda et forma quibus melius dici potest, dederunt, vendiderunt et tradiderunt iure perpetuo in perpetuum pro se suisque heredibus et successoribus, nobilibus viris comitibus Curiacho nato quondam comitis Dissisclaui et suis nepotibus comiti Nouaco, Gregorio et Johanni fratribus, filiis olim comitis Petri Dissisclauig et Petro filio quondam comitis Johannis de Lyka, omnibus de dicta generacione Mogorouig, pro se suisque heredibus et successoribus, recipientibus et ementibus infrascriptas villas et possessiones eorum proprias patrimoniales, positas in Lyka; inprimis villam vocatam Schmolofzi, item villam vocatam Bilsane, item villam vocatam Sichieuo, item villam vocatam Grebenari, item villam vocatam Brochinane, cum omnibus suis undecunque iuribus et pertinenciis eisdem villis pertinentibus ad habendum, tenendum et possidendum, et quidquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis terris, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, arboribus, lapidibus, aquis et aquarum decursibus, iuribus et iurisdiccionibus, habenciis et pertinenciis suis, tam subtus terra, quam super terram, in integrum, omnique iuri et accioni, usui seu requisicioni eis nomine dictarum rerum aut dictis rebus modo aliquo pertinenti, et cum omnibus et singulis que infra predictos cuiuslibet predictarum villarum et rerjm veuditarum .continentur confines vel alios si si qui forent accessibus et egressibus suis cuiuslibet earum usque in vias publicas, et cum omnibus et singulis que quelibet ipsarum villarum et rerum venditarum habet supra vel infra se, tam de consuetudine, quam de iure, et hoc pro precio *et* nomine precii librarum trium millium de-

nariorum paruorum venetorum, quod precium predicti venditores fuerunt contenti et confessi a predictis emptoribus habuisse et recipisse, ac eis integre dafcum, solutum et numeratum in prompta pecunia, excepcioni sibi non dati, non soluti non numerati sibique manualiter traditi dicti precii, tempore cuius contractus omnique alio iuri et legum auxilio omnino renunciantes, quas predictas villas venditas cum pertinenciis et attinenciis suis dicti venditores seu ipsorum emptorum nomine possidere constituerunt, usque quo ipsi emptores dictarum rerum possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eis licenciam omnimodam contulerunt, promittentes, per stipulacionem unusquisque eorum principaliter et in solidum, sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando dictis emptoribus pro se et eorum heredibus et successoribus stipulantibus litem, questionem vel controuersiam eis, vel eorum heredibus de dictis rebus venditis, aut aliqua parte ipsarum vllo tempore non inferre nec inferrentibus consentire, sed ipsas villas, terras et possessiones predictas et quamlibet ipsarum cum omnibus pertinenciis suis tam in proprietate, quam in possessione eis et eorum heredibus et successoribus ab omni homine et persona, collegio et vniuersitate legitime defendere, excalumpniare, auctorizare et disbrigare in racione, et predictam vendicionem et omnia et singula in hoc priuilegio contenta perpetuo firma et rata habere et tenere et non ćontra facere uel uenire per se uel alios aliqua racione uel causa de iure uel de facto. Pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis, obligauerunt ipsi venditores dictis emptoribus se et omnia eorum bona presencia et futura, cedentes et mandantes dictis emptoribus omnia iura sibi et suis heredibus et successoribus in dictis villis et rebus venditis cum pertinenciis suis competencia undecunque et qualitercunque, nulla in ipsis reseruacione facta, constituentes insuper ipsos procuratores in rem suam ponentes ipsos in locum eorum, ita, quod deinceps in iudicio et extra accionibus vtilibus et directis uti et experiri possint, tam in agendo quam in defendendo et cetera facere que veri domini in suis rebus, et de rebus suis facere" possunt. Asserentes dicti venditores et affirmantes dictas res et villas predictas venditas liberas esse et habere libere et nulli obligatas esse, et si contrarium appareret, promiserunt, ipsos emptores indempnes penitus conseruare, dantes et concedentes per se suosque heredes et successores dicti uenditores predictis emptoribus et suis heredibus et successoribu.s ex certa sciencia irreuocabiliter inter uiuos plenaria potestate ac facultate dictas villas et terras cum omnibus pertinenciis que sunt uel que erunt in futurum tenendi, gaudendi usufructus dandi, donandi, vendendi, alienandi, pro anima et corpore adiudicandi et omnimoda uoluntate eorum, sicut de rebus et bonis propriis faciendi, nemine eis in perpetuum contradicente. Voluerunt eciam dicti venditores, quod hoc presens priuilegium non possit infringi, viciari vel anichilari in parte uel in toto nullo modo uel ingenio, per testes instrumenti uel alia scriptura siue quacunque alia probacione, renunciantes expresse predicti venditores omni iuri scriptis uel non scriptis ingratitudinis vicio, per quam vendiciones revocari possint et omni auxilio iuris canonici et civilis, consuetudinibus, statutis et reformatis consimilibus factis uel fiendis cuiuscunque loci, cum quibus se possent uel vellent contra predicta defendere uel tueri de iure uel de facto. In cuius rei testimonium in perpetuam firmitatem de rogatis et peticione ambarum parcium hoc nostrum contulimus priuilegium sigilli nostri de suptus pendentis munimine roborat. Actum et datum in nostra cathedrali ecclesia sancti Asseli de Nona, die XXIII° mensis aprilis, currentis anno natiuitatis domini milesimo CCC-mo XL-mo nono, indiccione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Clementis pape sexti, anno septimo.

Iz originalne potvrde kralja Ljudevita I. g. 1358. u arkivu knezova Esterhazia u Željeznom. Rep. 42. fasc. F. no. '12.

Vijesnik zemaljskog arkiva. god. VII. 147.—149.

Llslina Je puna pisarskih pogrešaka, koje kušasmo ispraviti.

396.

1349, 29. aprila. U Zagrebu.

Ban Nikola nalaie kaptolu zagrehačkom, da ispita nepravedne daće, koje tište plemiće kralj'evine Slavonij'e.

Viris discretis et honestis capitulo Zagrabiensis ecciesie, amicis suis reuerendis Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus amiciciam paratam cum honore. Conqueruntur nobis vniuersi nobiles regni Sclauonie inter Drauam et Zauam existentes, quod quam plurima indebita tributa in medio ipsorum tam tempore aliorum banorum, predecessorum nostrorum quam nostro facta fuissent et incoata, propter quod non modicam iniuriam seu dampnum paterentur; vnde quia nostro banatui incumbit officio, ut nobilibus regni de necessitate ipsorum preuideamus(l) remedio oportuno, volentes ipsos alleuiare, amiciciam vestram presentibus petimus affectuose, quatenus vnufn ex uobis vestrum ydoneum vnacum

magistro Benedicto de Kalanda castellano nostro de Minori Kemluk et comite de Moroucha in medium vniuersorum nobilium regni Sclauonie pro testimonio transmittatis, qui sciant et inquirant de premissis ab omnibus hominibus. quibus decet et licet omnimodam veritatem, et post hec prout vobis veritas premissorum constiterit, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Zagrabie, feria quarta post festum beati Marci ewangeliste, anno domini M°CCC°XL°nono.

Iz orig. izvješća zagreb. kaptola od god. 1349. upravljenog na bana Nikolu, na papiru u kr. zem. arkivu u Zagrebu : Privilegia no. 4.

Kukuljević Jura regni I. p. 114.—115.

397.

1349, 30. aprila. V Avignoim.

Klement VI. papa dozvoljuje Hugolinu nadbiskupu spljetskomu, da moie nastupiti upravu nadbiskupij'e.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Hugolino archiepiscopo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Nos ad personam tuam claris virtutibus insignitam nostre mentis aciem dirigentes, de fratrum nostrorum consilio eidem (!) ecclesie in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem postmodum palleum, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, pro parte tua fuisset a nobis cum ea qua decuit instancia postlatum, ipsum de corpore beati Petri sumptum per dilectos filios nostros Galhardum sancte Lucie in Silice et Bernardum sancti Eustachii dyaconos cardinales tib: fecimus assignari, ut illo infra ecclesiam tuam illis dumtaxat diebus utaris, qui expressi in ipsius ecclesie Spalatensis privilegiis continentur, recepto a te postmodum nostro et ecclesie Romane nomine fidelitatis debite solito iuramento. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, intus serves in mente, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus apostolice sedis beneplacitis te conformans ad predictam ecclesiam cum nostre benedictionis gratia te personaliter conferens, humilitatem et iusticiam observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, sic te in predicte ecclesie administratione diligenter et solicite habiturum, quod ecclesia ipsa utili administratori et provido non immerito gaudeat se commissam, ac fame laudabilis tue odor ex tuis probabilibus actibus latius diffundatur, et preter retributionis eterne premium nostre benivolencie gratiam et favorem exinde uberius consequaris. Datum Avinione, II. idus maii, pontificatus nostri anno septimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 300. p. 324.—225. h reg. an. VII. tom. 3. ep. 1196.

398.

1349, 6. maja. U Zagrebu.

Nikola ban odgadja parnicu izmedju Martina i Guke sinova Gjurinih, i Nikole sina Gjurinoga radi zemlje u gornjem dijelu Kostanjevca.

Nos Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum Martinus et Guke filii Georgii in octauis sancti Georgii martiris contra Nicolaum filium Georgii actorum[1] curn eorum instrumentis super quadam particula terre in superiori parte Gezteneuch habita sine dilacione et occasione qualibet proculmota coram nobis comparere debuissent; quo termino adueniente idem Nicolaus personaliter coram nobis comparuit, Guke vero mortuus dicebatur, Martinus autem propter letalia vulnera sua in ipso termino comparere non poterat, et quia idem Martinus[2] in letalibus vulneribus existebat, pro eo nos ipsam causam ad octauas festi penthecostes proxime nunc venturas ad plenam et peremptoriam difinicionem faciendam sine aliqua dilacione exhibicionem instrumentorum predictorum duximus prorogandam. Datum Zagrabie, sexto die termini prenotati anno domini MCCCXL° nono.

Na hrptu: Pro Martino filio Georgii ad octauas festi pentecosthes proxime nunc venturas contra Nicolaum filium Georgii prorogatoria.

Original na papiru u arkivti jugoslavenske akademije н Zagrebu: Diplomata a. 1349.

Na hrptu nalazi se trag oktugla pritisnuta pečata od obicna voska, kojim bijaše listina zalvorena.

[1] Actorum sa navodnicima.
[2] Umetnuto istom rukom.

399.

1349, 18. maja. U Zagrebu.

Za°rebački kafttol izvješćuje bana Nikolu gd.je i kakove se ncftravedne daće. ubiru u kraljevini Slavoniji.

Pvlagnifico viro domino Nicolao tocius Sclauonie et Croacie bano, capitulum Zagrabiensis ecclesie salutem ct oraciones pro eo ad dominum. Noueritis nos vestras recepisse litteras in hec verba: *(Slijedi listina bana Nikole od 29. aprila 1349.)* Volentes igitur nos vestris peticionibus satisfacere, cum predicto magistro Benedicto homine vestro discretum virum magistrum Dyonisium archidiaconum de Warasd, socium et concanonicum nostrum ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod cum ipsi iuxta vestrum mandatum accessissent ad locum in Kamarcha qui vocatur Jakowzeredahel, vbi vniuersi nobiles et regnicole feria quarta proxime preterita post festum inuencionis sancte crucis conuenerant pro quibusdam expedicionibus eorundem, ibique ab ipsis nobiiibus et regnicoiis seriose requisiuissent, que tributa et in quibus locis inter Zauam et Drauam iniuste exigerentur et contra antiquam obseruacionem; tandem dixerunt se ab eisdem nobilibus et regnicolis veraciter et certitudinaliter resciuisse, quod tributum, quod nunc in Rakonuk a transeuntibus exigitur esset iniuste et indebite inpositum tempore Mykch condam bani et per ipsum, nec vmquam ibidem alias fuisset institutum tributum; item in Poroztoch, Bukoya et apud ecclesiam sancti Johannis de Sabnycha similiter tempore eiusdem Mykch bani fuissent inposita tributa indebita et iniusta, que vsque hodie a transe[unti]bus indebite exiguntur; item in Hraschyna tempore domini Nicolai filii Stephani condam bani fuisset inpositum tributum similiter indebite et iniuste. quod vsque hodie exigitur indebite et iniuste; item in fiuuio Cranya vocato, ubi in magna via qua itur ad Wereucham quidam pons existeret; item circa arborem iegina est in fluuio Breznycha vbi quidam iobagio nomine Gregorius pertinens ad Racham resideret, similiter tributa indebita et iniusta exiguntur, que tempore vestro fuissent instituta, que nunc per Stephanum filium Thome officialem vestrum de eadem Racha indebite exiguntur; item in Zobochyna in . . . ezouch[1] et Zybouch tributa indebita exiguntur, que tempore vestro fuissent instituta indebite et iniuste; item in Megeriucha in sex locis tempore vestro t[ri]buta fuissent instituta, que vsque hodie indebite exiguntur; item [in] Borsonouch in septem locis tempore domini Nicolai filii Stephani condam bani fuissent tributa indebita et iniusta, que vsque nunc indebite exiguntur et iniuste; item in Gersencha quoddam tributum indebite exigitur et iniuste; item in Garygh solum fuit tributum fori ab antiquo, in quo quatuor denarii de curru exigebantur, nunc autem in quinque locis circumquaque tempore Nicolai filii Stephani condam bani tributa instituta pcr vestros indebite exiguntur et iniuste; item prope ecclesiam sancti Jacobi in Polosnycha tempore magistri Stephani filii Mykch condam bani et per ipsum fuit quoddam tributum iniuste institutum et nunc per vestros indebite exigitur et iniuste; item in Velyka duo tributa in viis, vnum videlicet in viila Velyka et aliud in villa Pukur per vestros indebite exiguntur et iniuste; item in Gordoa duo tributa in viis tempore Nicolai filii Stephani condam bani iniuste fuissent instituta, que et nunc per vestros indebite exiguntur et iniuste ; item in ponte fluuii Toplica in possessione Ladislai filii Jacobi prope Zdench tempore Mykch condam bani quoddam tributum indebite fuisset institutum, quod vsque hodie sic indebite exigitur et iniuste; item in Decha et in Gorbonokfeu de nouo duo tributa per magistrum Stephanum fiiium Mykch condam bani fuissent indebite instituta et nunc indebite exiguntur et iniuste; item in Cereborda in possessione magistri Johannis filii Mark quoddam tributum fuisset indebite institutum et nunc per castellanum vestrum de Maiori Kemluk indebite exigitur et iniuste; item inuestigando diligenter resciuissent, quod ab antiquis temporibus pro marturina a quolibet iobagione integre curie exigebantur duodecim denarii banales; item pro Iucro camere iidem denarii septem et sic denarii decem et nouem simul coniungendo, et ultra hec exigebantur duo denarii competentes exactori ipsarum marturinarum et septem denariorum; item vnus denarius similiter de quolibet iobagione pro homine domini episcopi Zagrabiensis, qui homo domini episcopi ab antiquis temporibus pro testimonio in exaccione huiusmodi procedebat, ne aliquis ex regnicolis iniuste posset per exactores huiusmodi agrauari; nunc vero vltra hec indebite et iniuste exigitur lucrum camere in foris loco cuius fuerunt ipsi septem denarii ordinati, quamuis ipsi septem denarii et nunc exigantur cum marturinis, ut est dictum. Datum feria secunda proxima ante festum asscensionis domini, anno eiusdem supradicto.

Original na papiru u kr, zem. arkivu u Zagrebu : Privilegia no. 4. Na krptu listine bijaše prilisnut pečat zagrebačkog kaptola, Kukuljevid Jura regni I. p. 114.—116.

[1] Terezouch?

400.

1349, 19. maja. U Zadru.

Mihajlo de Sgagno stanovnik šibenički, prima od Nikole Karbonića svotu novaca kao povratak duga,

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, die decimo nono mensis maii, temporibus domini nostri, domini Andree Dandulli inciiti ducis Venetiarum, et domini Nicolai de Matafaris archiepiscop i Jadre, ac domini Michaelis Faletro honorabilis comitis et capitanei Jadre. Ser Michael condam Mathei de Sgagno de Jadra habitator Sibinici sponte contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Nicolao Carbunifch] de Jadra ducatos triginta boni auri et iusti ponderis, in quibus idem Nicolaus erat eidem ser Michieli (!) obligatus per publicum instrumentum scriptum in millesimo trecentesimo quadragessimo septimo, indictione quinta decima, die quinto mensis octubris, per Nicolaum Cosme iuratum notarium comunis Sibinici et scribam [per curijam consulum deputatum, per me notarium infrascriptum visum et lectum Quapropter dictus ser Michael clafra uoce] dixit, sibi fore et esse plene et integre solutum et satisfactum, ac plenam et integram solucionem in se habere dixit a dicto |Nicolao] Carbunich de dictis ducatis triginta- boni auri et iusti ponderis; faciens dictus ser Michael per se et heredes ac successores suos eidem Nicolao pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti plenam et inreuocabilem securitatem siue remissionem, quietacionem et perpetuam liberacionem de ulterius non petendo eidem aut suis heredibus et successoribus dictos ducatos triginta boni auri et iusti ponderis nec aliquam partem ipsorum per se nec per interpositam personam aliqua racione uel causa, iure, modo, forma uel ingenio. Promittens dictus ser Michael per se et heredes ac successores suos eidem.Nicolao pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti litem, questionem, causam aut controuersiam eidem ullo tempore non mouere nec inferre nec mouenti seu inferrenti consentire de dictis ducatis triginta boni auri et iusti ponderis, nec de aliqua ipsorum parte vigore dicti instrumenti dictorum triginta ducatorum auri, nec aliqua alia racione uel causa, set dictam securitatem siue remissionem, quietacionem et perpetuam liberacionem firmam et ratam habere et tenere perpetuo et nunquam contrafacere uel venire aliquo modo, iure, forma uel ingenio sub pena quarti eius quod contrafaceret uel veniret; et pena soluta uel non, nichilominus contractus iste ratus maneat. Et ad maiorem firmitatem dicti Nicolay ser Michael supradictus eidem Nicolao suprascriptum instrumentum dictorum triginta ducatorum auri dedit et tradidit incissum, volens ipsum penitus esse irritum et cassum et nullius valoris et cum omni suo rubore et vigore; et pro predictis omnibus et singulis attendendis et obseruandis idem ser Michael obligauit se et omnia eius bona mobilia et immobilia, presencia et futura. Actum Jadre. presentibus Petro condam Viti d'e Obsesiquo, et Johanne condam Petri de Grixogonis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Franciscus ser Manfredi dc Placencia notarius curie Jadre examinaui et subscripsi.

(Signum not.)

Ego Coradus condam domini Rangerii imperiali auctoritate notarius, cuis Paduanus et Jadre iuratus premissis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Original u gubcrnijalnom arkivu ti Zadru. odio samostana sv. Dominika no. 24G2.

401.

1349, 20. maja. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim opozivlje se neki ugovor glede garićtcih zemalja sačinjen medju priorom garićkim Stjepanom i Petrom Kaštelanom.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini M.°CCC°XL-mo nono, in vigilia asscensionis domini, frater Stepbanus prior Heremitarum de Dubicha vnacum Thoma fratre Heremitarum de Garig vice et nomine fratris Nicolai prouincialis ordinis eorundem ad nostram accedendo presenciam proposuerunt in hunc modum protestantes, quod ordinacionem et composicionem, quam frater Stephanus prior Heremitarum ecclesie beate virginis de Garig cum magistro Petro dicto Castellan in facto possessionis seu terre ecclesie beate vircinis iamdicte ob fauorem amicicie eiusdem magistri Petri vel alio quouis modo seu ingenio fecisset uel habuisset in preiudicium iamdicte ecclesie nostris litteris mediantibus vel alias vbicunque fieri procuraret temporis in processu, ipsum magistrum Petrum a recepcione dicte terre et dictum fratrem Stephanum priorem a tradicione eiusdem auctoritate

*

presencium uoce publica in persona predicti prouincialis eorundem et sui conuentus nomine inhibuerunt et contradixerunt, afnrmantes non de consensu sui conuentus ordinacionem premissam fecisse et habuisse, petentes a nobis cum instancia, ut predicto prouinciali et conuentui ipsorum presentes litteras nostras concedamus. Datum die et anno prenotatis.

Original na papiru u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M- O. D. L. 36.194. — Stara signatura: Acta monast. de Garig. fasc. I. no. 27.
Na hrptu btjaše pritisnut pečat.

402.

1349, 21. maja. U Varaždinu.

Podžupan vara&dinski Stjepan odredjuje, da se ima zaloiiti polovica imanja Semovca za dug.

Nos magister Stfephanus] filius Johannis vice magistri Niculay(!) filii LarecifH comes Varosdiensis memorie commendamus, quod totalem dimidietatem possessionis Seymouch vocate in dicto comitatu Varosdiensi existentis pro iudiciis quadraginta marcarum, saluis porcionibus parcium aduersarum, in quibus Deseu et Go[r]dos uelud actores xontra Mykaelem et Egidium filios Emrici de Losan de eodem comitatu Varosdiensi tamquam respondentes coram nobis legitime extiterunt conuicti, nostris iudiciariis manibus abuolute (!), nobili domine relicte Beke filii Benedicti de eadem Seymouch, Johanni filio Stephani, filio videJicet dicte nobilis domine et Petro filio Juan genero eiusdem domine pro eo, quia dicti Deseu et Go[r]dos antedictam dimidietatem possessionis eorum Seymouch nec propinquiores affines sui per nostram continuam choa[r]tacionem(!) redimere noluerunt pro eiusdem quadraginta marcis plene ab ipsa nobili domina, filio et genero suis receptis, pignori obligauimus ipsis statuentes, ita videlicet, quod si temporis in processu dicti Deseu et Gordos uel alii propinquiores affines eorundem pretactam dimidietatem possessionis Sceymouch pro prefatis -quadraginta marcis ab ipsa nobili domina, Johanne filio atque Petro genero eiusdem nobilis domine uel eorum heredibus heredumque suorum successoribus redimere poterunt, liberam habeant redimendi facultatem. In cuius rey memoriam presentibus nostrum sigillum autenticum duximus apponendum. Datum in Varosd, in festo asscensionis domini, anno eiusdem MCCC-moXL°

nono. Hoc non pretermisso, quod in posterum per quempiam non possit hec ordinacio reuocari. Datum in Varosd, die et anno prenotatis.

Iz originalnog prijepisa podžupana Nikole od g. 1350. u kr. ugar. drž. arkivu M. O. D. L. no. 35.854., bivsa zbirka Kukuljeviceva.

403.

1349, 27. maja. U Brezovici.

Petar kaslelan Kalnika odgadja sud u poslu gospodj'e Prekane Lukačeve.

Nos magister Petrus comes et castellanus de maiori Kemluk damus pro memoria, quod causam, quam domina Precana consors Lucachii filii Thome, pro qua idem Lucachius maritus eius cum sufficientibus literis procuratoriis magistri Jacobi comitis Crisiensis astitit, iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum tercia feria proxima post festum beati Vrbani pape, contra Gregorium et Petrum filios Benedicti movere habebat coram nobis, ad peticionem nobiiis doriiine consortis magistri Jacobi comitis Crisiensis, pro eo eciam, quia in servicio domini nostri bani fuimus, ad quindenas tercie ferie proxime post diem reversionis nostre in Kemluk peremptorie duximus prorogandam. Dicimus eciam, quod idem Lucachius ipsam dominam Precanam consortem suam in factis potenciario, possessionario et rerum acturam(!) indicavit. Datum in Brezouicha sub castro Kemluk, secundo die termini antedicti anno domini M°CCC°XL° nono.

Na hrptu: Prorogatorie pro domina Precana consorte Lucachii filii Thome contra Gregorium et Petrum filios Benedicti ad quindenas tercie ferie proxime post diem reuersionis seu aduencionis nostri in Kemluk.

Original na paplru u kr. ug. drž. arkivu u Budimpeštl: M. O. D. L. 4047. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1747. no. 74.
Na hrptu se vidl trag okrugla pečata, kojim bifaše listina zalvoretta.
Nagy Cod. dipl. Andeg. V., no. 284.

404.

1349, 31. maja. U Topuskom.

Ivan opat topuski daje sinovima Simonovim posjede Viduševec, Svojninu i Dvorište kao dozivotni predip.

Frater Johannes abbas monasterii beate Marie virginis in Toplica totusque fratrum conuentus ibidem, vniuersis et singulis ad quos presentes peruenerint salutem in eo qui condidit vniuersa. Cauta modernorum vestigia, qui rerum gestarum seriem scripto, ne pereat, mandare satagunt inuitare cupientes, que maturo inter nos habita sunt consilio, huic pagine duximus inserenda, hinc est quod constare volumus quibus expedit, quod attendentes ad grata seruicia nobis et ecclesie nostre de Toplica prefate per viros nobiles, scilicet Demetrium, Thomam et Stephanum filios magistri Symonis fratris quondam venerabilis in Christo patris fratris Viti dei gracia episcopi Nytriensis hactenus aliqualiter inpensa et iuxta promissum eorum imposterum fideliter impendenda, possessiones ecclesie nostre Viduscheuich, Suoynino, Duorischa vocatas eisdem contullimus, assignauimus et tradidimus, quousque vitam in humanis duxerint, [tenenjdas, possidendas et habendas cum vniuersis vtilitatibus, certis metis et terminis, siluis, pratis, agris, vineis, aquis ceterisque pertinenciis ad easdem possessiones spectantibus quocunque nomine censeantur, tali condicione et pacto interiec[to, vt] nobis, ecclesie nostre et successoribus nostris fideles existant et annuum censum nobis et ecclesie nostre memorate annis singulis in festo beati Martini hyemalis videlicet tres marcas bonorum denariorum banalium monete currentis cum tribus asswetis(l) muneribus dare non obmittant, necnon descensus duo de possessionibus supradictis; adicientes nichilominus,. quod iobagiones nostros sine nostra licencia non suscipiant, iudicia ad nos pertinencia non impediant, subsidium ad dominum regem nobis euntibus aministrent et in armis ecclesie nostre ac nobis seruient, quociens fuerint requisiti; volentes eciam, vt orrinia et singula fideliter obseruent, que ceteri prediales ecclesie nostre obseruare tenebuntur, quod si in vno predictorum, quod absit, neglientes(l) seu nolentes reperti fuerint, a iure cadent omnium premissorum et possessiones antedicte ad nos et ecclesiam nostram reuertantur quantumlibet emendate. In cuius rei testimonium et memoriam perhemnem has litteras ipsis, videlicet Demetrio, Thome et Stephano pro vita eorum, vt premittitur, concessimus duraturas, sigillorum nostrorum pendencium caracteribus communitas. Datum in Toplica, anno domini M°CCC° quadragesimo nono, die pentecostes.

Original na pergameni u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: fasC. 7. no 15.

Na listini vise dvije vtvce crveno-zelene boje bez pečata.

405.

1349, 1. juna. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski dozvoljuje Dominiku de Konj'ska, da moze svoj'e posjede u iivotu i pri smrti prodati i darovati.

. . . . . . .quarum prima, videlicet domini Lodouici regis littera patens, Bude, secundo die festi pentecosten, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, confecta enodabat, quod Dominicus filius Jacobi parui filii Michaelis de Konzka in ipsius domini Lodouici regis accedendo presenciam eidem humiliter supplicauit, vt ipsius seruiciis intuitu sibi hanc benignitatis graciam dare et facere dignaretur, vt possessiones suas Konzka predicta cum terra Izkyrfelde vocata ac Zelnycha et Chanow nuncupatas, cui vellet dandi, donandi, legandi et perpetuandi in vita vel in rnorte liberam et securam haberet facultatern. Ipse itaque dominus Lodouicus rex peticionibus predicti Dominici fauorabiliter inclinatus, eidem pro suis fidelibus seruiciis et speciali sua gracia id annuisset, vt idem Dominicus prescriptas suas possessiones cuicunque voluerit dandi, donandi, legandi et perpetuandi in vita vel in morte liberam et securam haberet facultatem.

Doslovni izvadak iz originalne listine Vlrika Celjsko^a bana hrvalskoga od 25. januara 1454., na pergameni u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti M. O. D. L. no. 34.0/1. — Stara signat. : JV. R. A. Jasc. 1675. no. 19.

406.

1349, 2. juna. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebaćkim prodaj'u sinovi Jarosavljevi svoj posjed Glinica u dubičkom kotaru.

Nos capitulum Zagrabiensis ecdesie memorie commendantes significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quos Stephanus filius Nicolai filii Jarozlai de districtu Dubycensi ab una parte, ab altera vero comes Georgius filius Alexandri de Tolztouh coram nobis personaliter constituti, idem Stephanus filius Nicolai quandam possessio-

nem suam empticiam Glynicha vocatam in eodem districtu Dubicensi iuxta fluuium Wn existentem, cum omnibus suis utilitatibus, prouentibus et pertinenciis vniuersis sub eisdem metis et terminis, quibus ipse eandem tenuisset et possediset, ex consensu et permissione omnium vicinorum et cometaneorum suorum, specialiter nobilium de generacione de Tolztouh, Andree ac Pauli filiorum Morthonos, ac Jacobi, La[dizlai et] Johannis filiorum Iwan filii Pozebech de Greda, eidem comiti Georgio et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, pro quinquaginta duabus marcis bonorum denariorum plene ab eodem habitis, vt retulit, et receptis vendidisse confessus est et assignasse; imo coram nobis vendidit, tradidit et assignavit irrevocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam, nil iuris, nilque proprietatis sibi aut suis heredibus deinceps in eadem reseruando, sed omne ius et dominium in ipsum comitem Georgium et suos heredes transferendo. Cuius quidem possessionis mete, prout nobis dominus Benedictus archidiaconus Zagrabiensis, quem ad reambulandas ipsas metas transmiseramus, in scriptis reportavit, taliter distinguntur: Prima meta eiusdem possessionis incipit in ryppa(!) fluminis Wn vocati apud arborem salicis, ubi est meta terrea, abhinc versus septentrionem ascendit ad duas metas terreas in campo positas, inde ad arborem brezt cruce signatam in cheret, et venit ad campum, ubi sunt due mete teree, abhinc ducit ad quandam mlakam in arborem brezt cruce signatam, inde ascendit ad duo pomeria, inde transit ad unam .kalistham ad duas metas terreas, ab hinc ducit ad arborem grabor, deinde transit cheret et venit ad duos cherasos, ab hinc transit cheret ad arborem grabor, inde per quendam riuulum ducit ad fontem, vbi sunt due mete terree, abhinc per vallem ascendit longe gradiendo ad duas metas terreas, deinde vadit ad arborem lyppa(!), inde ascendit per riuulum longe grediendo ad alium fontem, ubi sunt due mete terree, ab hinc per vallem ascendit ad duas metas terreas, inde ducit ad montem, ubi sunt due mete terree, abhinc recte transit vallem ad caput cuiusdam monticuli, ubi sunt due mete terree, deinde recte ascendit ad quendam riuulum, ubi sunt due mete terree, abhinc ascendit per ipsum riuulum ad locum, ubi alter riuulus sibi coniungitur, et ibi exit in zohodol ad arborem bresa, ubi sunt due mete terree, inde ascendit ad magnam viam step vocatam, ubi sunt due mete terree, abhinc per ipsum longe gradiendo ad orientem peruenit in glibosam Lyppam, ubi Lypoycenses commetantur, inde vadit ad arborem cher ctuce signatam, ab hinc per villam versus meridiem peruenit in Megnipotok, et per ipsum longe procedendo transit cheret, et per ipsum cadit in flumen Wn superius nominatum, ibique terminantur. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus pendentis sigillii nostri

munimine roboratas. Datum tercio die festi penthecostes, anno domini millesimo trecentesimo XL° nono.

Original na pergam. u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.106. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 635. no. 10.

Na listmt vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Originalni prijepis kaptola požonjskog od 14. novemira 1770. (na papiru u obliku knjižice' ti fol) u kr. ugar. državn. arkivu u Budimpešti: M. O- D. L. no. 34.298. — Stara sign. kao gore.

407.

1349, 5. juna. U Zagrebu.

Nikola ban ftiše kaptolu zagrebačkom, neka bi učinio obhodnju ftosjeda Rakitovca i Petruševca.

Viris discretis et honestis capitulo Zagrabiensis ecclesie, amicis suis reuerendis Nicolaus tocius Sclauonie et Croacie banus arnieiciarn paratam cum salute. Noueritis, quod Gregorius filius Stephani ab una, item Rodyk filius Pozotha, Leuk filius Radyn et Woynch filius Johannis fratres patrueles ipsius Rodyk ex altera coram nobis constituti, pari voluntate retulerunt concorditer vna voce, quod ipsi omnes causas seu lites manere hucusque inter ipsos motas et exortas penitus sedassent et soppissent, et ad pacis vnionem ac concordie taliter deuenissent, vt prenominati Rodyk, Leuk et Woynch omnes possessionarias porciones ipsorum, que fuissent intra metas possessionis ipsius Gregorii Pethrusouch vocate habitas, ipsi Gregorio perpetuo reliquissent, sicut prius idem Gregorius iuxta tenorem litterarum domini regis cum hominibus eiusdem et vestro reambulandas cum limitacionibus metarum occupauerat, vt plenius in ipsis litteris vestris patebit seu continetur, similiter in possessione Rakytouch habitas, exceptis duabus particulis terre intra metas ipsius possessionis Rakytouch habitis, idem Gregorius e conuerso predictis Rodyk, Leuk et Woynch perpetuo reliquisset sub tali tamen obligamine, vt si qua parcium ipsarum concordiam seu pacem quandocumque in temporis curriculo remoueri intenderet, extunc quinquaginta marcas, totidem iudici ante litis ingressum, parti vel partibus pacem obseruanti vel obseruantibus soluere teneatiur. Sed quum nos de quantitate et qualitate nec nominibus dictarum particularum terrarum siue separacione ab aliorum possessionibus reambulando et certis signis metalibus erigendo earundem sciscitari non possumus, nec eisdem perpetuare, ideo

vestram petimus amiciciam presenttbus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iwan filius Iwan aut Iwan filius Bogdan altero absente homo noster ad facies dictarum particularum terre accedendo, conuocatis suis vicinis et commetaneis vniuersis presentibusque eorundem(l) reambulando, premissas particulas terre et cum certis signis metalibus ab aliorum possessionibus separando, quantitatem et qualitatem certitudinaliter reuidendo, quorriodo vobis per eosdem veritas constiterit, post hec nobis amicabiliter rescribatis, quibus visis litteras nostras perpetuales eisdem de premissis dare valeamus. Datum Zagrabie, feria sexta proxima ante octauas festi penthecostes, anno domini M°CCC°XL° nono.

Original u kr. ugar. drž. arkivu M. O. D. L. no. 33.5S9. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1509. no. 3.

U arkivu turopoljske općine prijepis XVI vijeka.

Laszowski Spom. Turop. I. 62.— 63.

408.

1349, 15. juna. U Zagrebu.

Pred Leustakijem kraljevim namjesnikom prosvjeduju Ivan sm Jurja iz Polja (Turopolja) firotiv otudjenju posjeda Tome sina Petrova u Rakitovcu.

Nos Leustachius vicarius tocius regni Sclauonie generalis per dominum Lodouicum dei gracia regem Hungarie deputatus memorie commendamus, quod Johannes fiiius Georgii de Campo in sua ac Stephani, Georgii et Iwan fratrum suorum personis ad nostram accedendo presenciam nobis per modum protestacionis significare curauit, quod Thomas filius Petrus de eodem quandam possessionariam porcionem suam in Rakytowch secus riuulum Obdyna vocatum habitam, quibusdam aliis vendere niteretur, que tamen racione contigue vicinitatis et commetaneitatis magis ipsis- quam aliis secundum huius regni consuetudinem ad emendum vel pro pignore recipiendum et alio quouis modo ad habendum competeret, vnde facta huiusmodi protestacione idem Johannes suo viceque et nomine dictorum fratrum suorum prefatum Thomam filium Petrus a vendicione, impignoracione et alienacione qualibet ipsius possessionarie porcionis aliis quibuscunque quoquo modo facta vel facienda et alios quoslibet ab empcione, pro pignore recepcione eiusdem et alia quauis pro se perpetuacione similiter quouis modo facta vel facienda prohibuit contradicendo coram nobis. In cuius protestatorie prohibicionis

testimonium presentes ad instanciam ipsius Johannis duximus concedendas communi iusticia suadente. Datum Zagrabie, in festo beatorum Viti et Modesti martirum, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

Prijepls XVI. vijeka jednostavan na papiru u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.590. — Stara signura: N. R. A. fasc. 1509. 110 2.

Laszowski Spom. Turopolja. I. pag. 63.—6'^.

409.

1349, 19. juna. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački izvješćuje banu Nikoh o obhodnji Petruševca i Rakitovca.

Magnifico viro domino Nicolao tocius Sclauonie et Croacie bano capitulum Zagrabiensis ecclesie salutem et oraciones pro eo ad dominum. Noueritis nos vestras recepisse Iitteras in hec verba: *(Slijedi listina od 5. juna 1349.)* Volentes igitur nos peticionibus vestris satisfacere, cum predicto Iwan filio Iwan homine vestro, discretum virum Georgium sacerdotem ecclesie nostre prebendarium, ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod cum ipsi conuocatis vicinis et commetaneis eorundem vniuersis et presentibus, ad faciem predicte possessionis Rakythowch vocate accessissent, ibique predictus Gregorius quandam particulam terre intra metas eiusdem sue possessionis existentem, metis infrascriptis distinctam, ac duas mensuras terre vulgo wreten vocatas in campo sub silua Natop vocata existentes, reliquit et dimisit predictis Rodyk, Lewk et Woynch et eorum heredibus iure perpetuo possidendam et habendam. Cuius quidem particule terre mete, prout eas nobis iidem homo vester et noster in scriptis retullerunt, hoc ordine distinguuntur: Videlicet, prima meta incipit a quodam fluuio Wrany vocato et per eundem fluuium procedit versus orientem in modico spacio salyt ipsum fluuium et peruenit ad quandam metam terream versus meridiem, deinde procedendo peruenit ad aliam metam terream in quadam terra arabili existentem, ab inde peruenit ad quandam metam terream inter duas vias constitutam, in loco aquoso existentem, deinde uersus occidentem procedendo peruenit ad quandam viam publicam et per eandem viam vadit versus meridiem et peruenit ad ar-

borem thwlfa vocatam cruce signatam. Ab inde versus occidentem procedendo cadit in fluuium Wrany vocatum, et de eodem versus septemtrionem in modico spacio eundo exit de ipso fluuio et peruenit ad quandam arborem cerasi. deinde procedendo versus occidentem peruenit ad arborem thwlfa vocatam, abinde procedit ad quosdam colles sew monticulos et peruenit ad riuulum Wranycha vocatum, deinde peruenit ad prefatum fluuium Wrany vocatum, ab inde versus partem septemtrionalem in modico spacio procedendo peruenit ad metam prius nominatam ibique terminantur. Datum feria sexta proxima post festum beati Viti martiris, anno domini supradicto.

Original na papiru u arkivu općine turopoljske, na hrptu ulomak kaptolskoga pečata.

Prijepls jednostavni XVI. vijeka na papiru u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešli: M. O. D. L. no. 35.589. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1509. no. 3.

*Laszowski Spom. Turopolja 1. 64.—*65.

410.

1349, 20. juna. U Zadru.

Koia de Saladino prodaje kćeri svojoj Peregrini dvanaest solana.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, die vigesimo mensis iunii, tempore incliti domini domini Andree Dandulo dei gratia Veneciarum ducis, reuerendique patris domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Micaelis Faletro comitis et capitanei Jadre. Actum in domo habitationis infrascripte domine Peregrine, presentibus domino presbitero Cresio, archidiacono ecclesie sancte Nastaxie, Marino condam Pauli Vite de Paulo et aliis testibus rogatis. Ibique ser Coxa de Saladinis ciuis Jadre de licencia ac consensu dicti domini comitis et consiliariorum eius precio quinquaginta Jl quinque ducatorum auri boni et iusti ponderis et grossorum octo argenti, quos fuit confessus et manifestus habuisse et recepisse a dona Peregrina filia ipsius ser Coxe et uxore condam Francisci olim Barti de Grisogono presente; renuncians exceptioni non numerate et non recepte pecunie et non soluti precii et exceptioni doli, conditioni sine causa et indebiti et actioni in factum, omnique alii exceptioni et iuri, deceptionis dimidie iusti precii, omnique alii exceptioni que posset opponi; fecit dicte domine Peregrine presenti, ementi et recipienti ven-

ditionem, traditionem, cessionem et datum iure proprii nominatim de parte que pertinet ipsi ser Coxe in duodecim salinis ipsius ser Coxe cum quasilis ptalibus et omnibus earum pertinenciis in Belogado(l) districtus Jadre, quibus ex omnibus partibus possidet dictus ser Coxe, saluis aliis confinibus, ita, ut dicta domina Peregrine emptrix et eius heres et cui dedit suprascriptas salinas siue ius pertinens dicto ser Coxe in ipsis salinis ab hodie in antea, habeat, teneat et usufructet cum omnibus suis iuribus, prout faciebat dictus ser Coxa; et eidem emptrici recipienti dictus ser Coxa omnia sua iura et actiones realia et personalia sibi competentia et competitura in predictis duodecim salinis uersus quamcumque personam et quamlibet rem, cessit, dedit et tradidit fecitque eam procuratricem tanquam in rem suam, vt sic possit agere, causari, petere, uti et frui, et omnia et singula dicere et facere que et sicut dictus ser Coxa poterat aut posset; ut de cetero eadem emptrix sit et succedat in omnem locum et ius dicti uenditoris et mandauit ei, ut de predictis sua auctoritate tenutam capiat corporalem, et interim pro ea et eius nomine[1] se constituit precario possidere uel queri. Quam uenditionem et datum et omnia supradicta dictus ser Coxa uenditor promisit dicte emptrici stipulanti perpetuo firmam et ratam habere et tenere et non contrauenire aliquo rnodo, de iure uel de facto, et ipsas salinas ab omni persona de iure excalumniare et guarentare sub pena quarti, qua soluta uel non, contractus huiusmodi in sua firmitate perduret. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmiter obser^uandis et pena dictus ser Coxa uenditor obligauit dicte emptrici pig[nore] omnia sua bona presentia et futura.

(Drugi rukopis).

Ego Coradus condam domir.i Rangeri imperiali auctoritate notarius suprascriptum instrumentum de mandato suprascriptorum domini comitis examinaui et subscripsi.

(Signum not.)

Ego Franciscus ser Manfredi de Placentia imperiali auctoritate notarius ac notarius curie Jadre hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

Original U arkivu samostana sv. Marije u Zadrti a. 1349.

[1] Pisano dva puta.

411.

1349, 20. juna. U Zadru.

Petar de Valle iz Mljetaka olituje, da je primio od Peregrine, ovršiteljice oforuke pokojnoga Mihe de Rosa trideset dukata,

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono, in[dictione] secunda, die vigesimo mensis iunii. Tempore incliti domini domini Andree Dandulo [illustris] ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doc[toris,] Jadrensis archiepiscopi Jadfrensis], et magnifici domini Michaelis Faletro comitis et capita[nei] Jadre. Act[um] [in domo habitatio]nis infrascripte domine Peregrine, presente domino presbitero Cresio, arcfhidiacono sanctje Nastaxie, Marino condam Pauli Vite de Paulo et aliis [uocatis et rogatis testibus. Ib]ique Petrus de Valle de Veneciis habitator Jadre sponte et ex certa sciencia fuit confessus et manifestus, tacitus et contentus habuisse et recepisse a dona Peregrina uxore condam Francisci olim Barthi de Grixogono commissarie condam Miche de Roxa dante et soluente de denariis ipsius commisarie ducentos triginta auri pro integra so[luti]one et plenaria satisfactione totius eius quod idem Petrus a dicto [condam] Micha uel in bonis aut ab eius heredibus habere deberet seu pe[tere] posset per scripturam, manus uel per scripturam librorum uel aliter ullo [tempore] cum carta et sine carta et quacumque de causa ab hodie recifpere] Renuncians idem Petrus exceptioni non numerate et non recepte pecunie et non habiti et non soluti precii et non habite et non recepte integre solucionis et satisfactionis predicte et exceptioni doli, condicioni sine causa ec indebiti orfmique alii exceptioni que posset opponi. Quare dictus Petrus fecit eidem domine Peregrine commissarie antedicte presenti et recipienti dicto nomine plenam et inreuocabilem securitatem, finem, reputationem, absolutionem, liberationem et pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum de suprascriptis triginta ducatis solutis occasione predicta et de omni et eo toto, quod a dicto condam Micha uel in bonis aut heredibus eius petere posset uel habere deberet quacumque occasione uel modo. Promittens eidem domine Peregrine dicto nomine stipulanti suprascriptas confessionem, securitatem et pactum et omnia suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere, attendere et obseruare et non contrauenire aliquo modo de iure uel de facto, sub pena quarti quantitatis predicte uel eius quod peteretur; qua pena soluta uel non, contractus huiusmodi in sua firmitate perduret. Pro quibus omnibus et

singulis attendendis et firmiter obseruandis et pena idem" Petrus obligauit dicte domine Peregrine commissarie pignori omnia sua bona presencia et futura.

(Drugi rukopis).

f Ego Johannes Vido Jadre cancellarius examinaui et subscripsi.

(Signum not.)

Ego Franciscus ser Manfredi de Placentia notarius publicus ac notarius curie Jadre hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Ma^ije u Zadru a. 1349.

412.

1349, 1. jula. U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje za Pavla sina Petra zvanog Zedyna privilegije kralja Karla od g. 1319. i 1323., kojima su Ivan i Juraj smovi Poačinovi učinjeni plemićima, pošto je dio fosjeda sinova Poačinovih prešao na Pavla.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Paulus dictus Zedine filius Petri ad nostre maiestatis. presenciam accedendo exhibuit nobis quoddam priuilegium domini Karuli regis, patris nostri karissimi bone memorie sub mediocri sigillo eiusdem, quod in partibus transalpinis causu[1] extitit amissum, super facto exhempcionis de iobagionatu castri, tunc per eundem dominum Karulum regem, patrem nostrum Iwan et Georgio filiis Iwachini auunculis eiusdem Pauli facte confectum, tenoris infrascripti, petens nos humiliter et deuote, vt quia possessionaria porcio quondam eorundem Iwan et Georgii filiorum Iwachini auunculorum suorum tunc ex collacione predicti Georgii auunculi sui cum eciam ex nostra donacione et confirmacione ad ipsum foret deuoluta, ideo eciam eundem similiter cum dicta possessionaria porcione a predicto iobagionatu castri eximendo prenominata libertatis perogatiua per prefatum dominum Karulum regem patrem nostrum predictis filiis Iwachini auunculis suis mediante priuilegio suo facta potiri, et ipsam conseruare admittere ac nunc sibi ipsum priuilegium confirmare dignaremur. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od 21. septembra 7323., kojom se potvrdjuje povelja istog*

[1] Ima biti: icasu«.

kralj'a od 10. januara 1319.). Nos igitur peticionibus eiusdem Pauli filii Petri maxime supplicacione intercessibili magnifici viri Nicolai Konth magistri pincernarum nostrorum, domini sui, erga nostram maiestatem interueniente. pro eodem fauorabiliter inclinati, predictum Paulum filium Petri cum predicta possessionaria porcione sua a dicto iobagionatu castri sicut predicti auunculi sui per predictum patrem nostrum dominum Karulum regem exempti a prefato iobagionatu castri habebantur, sic ipsum nos de regali Iargiflua pietate prorsus exemimus et ipsam possessionariam porcionem suam sibi et suis successoribus eadem libertate, qua prenotati auunculi eiusdem ipsam testimonio dicti priuilegii patris nostri tenuisse dignoscebantur, commissimus conseruare presencium per tenorem, dicto priuilegio paterno de verbo ad verbum presentibus inserto, eatenus, quatenus rite legitime existit emanatum cum libertate expressa in eodem nunc quoad dictum Paulum et suos heredes conuerso et confirmato. Datum Bude, feria quarta proxima post festum bjatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M°CCC°XL° nono.

Iz originalnog prijepisa čazmanskoga kaptola od 4. Januara 1351. na papiru u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. D. 0. L. no 35.166. — Stara signatura: Acta monast. de Garig. fasc. I. no. 29.

413.

1349, 9. jula. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuj'e odredbu biskupa zagrebačkoga 'Jakoba proti popovima pravdašima.

' Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod anno domini MCCCXL. nono, feria quinta proxima post octavas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, honorabilis vir dominus Johannes archidiaconus de Guerche, nunc ecclesie nostre sede vacante in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis, iuris beneficio per nos deputatus, in nostri presencia personaliter constitutus a nobis peciit, quatenus tenorem cuiusdam constitucionis edite et promulgate per venerabilem patrem dominum Jacobum olim ecclesie nostre episcopum et prelatum faceremus transcribi et nostro sigillo consignari. Cuius quidem tenor talis est: *(Slij'edi listina od 13. marta 1348.)*

Lib. stat. capit. Zagrab. part. IV. cap. XXVI.
Tkalčić Mon. episcop. Zagr. I. 144.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 195.

414.

1349, 10. augusta U Temešvaru.

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski potvrdjuj'e Nikoli nekada banu posjed Domašinac u Medjumurj'u.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fideli suo magnifico viro domino Nicolao olim tocius Sclavonie bano, nunc vero comiti Zaladiensi salutem et graciam. Nunciastis nobis per Johannem filium Pauli famulum vestrum, quod possessio Damasa vocata inter fluvios Dra(!) et Mara vocatos in comitatu Zaladiensi existens vestra esset, et iusto titulo emticio ad vos pertineret. Igitur si ita est, extunc post reversionem nostram, domino concedente, de presenti nostro processu in Budam fiendam, instrumenta vestra, quorum vigore ipsam possessionem optinetis, Bude coram nobis exhibere debeatis, quia nos, non ut uestram possessionem intencionem haberemus auferendi, sed pocius vobis de nostris propriis conferendi habemus voluntatem. Datum in Themeswar, in festo beati Laurencii martiris, anno domini M°CCC°XL° nono. Ipsam tamen possessionem ita detineatis, si ius super ipsa habetis; sin autem, tunc ipsam remittatis. Datum ut supra.

Iz vana: Fideli suo magnifico viro domino Nicolao olym tocius Sclauonie bano nunc comiti Zaladiensi.

Original na papiru u kr. ug. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 4067. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 458. no. 20.

Na hrpiu vidi se slabo izražen pritisnut mali pečat u crvenom vosku, kojim bij'aše list zatvoren.

Na hrptu bilješka XV. vijeka: »Possessio Damasa seu Domasynez«.
Zala varmegye to'rte'nete I. p. 486.—481. no. 305.

415.

1349, 26. augusta. U Olvinczu.

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski dariva Stjepanu banu scvermskomu posjed sv. Margita u županiji srij'emskoj'.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nos attendentes inuiolabilem fidei puritatem magnifici viri Stephani bani de

Zeurino dilecti et fidelis nostri, quam primum ad excelsum principem dominum Karolum quondam regem Hungarie, nostrum progenitorem karissimum laudande recordacionis- et demum eodem patre nostro debitum vniuerse carnis exsoluente, nobisque ad gubernaculum ipsius regni Hungarie iure successorio nobis debiti succedentibus ad nos et ad sacrum nostrum dyadema indefesse fidelitatis studio habuisse nosscitur, considerantesque giata et immensa obsequiosa merita eiusdem, quibus nobis in cunctis nostris et regni nostri negociis, prosperis et aduersis fortune casibus se submittens studuit complacere et se reddere graciosum vtique et acceptum, in particularem recompensacionem suorum seruiciorum et fidelitatum quandam possessionem Scenth-Margyta-azzun vocata in comitatu Syrmiensi iuxta fluuium Danubii inter Zurduk et Byliguz existentem, vacuam et habitatoribus destitutam, in qua ecclesia lapidea in honorem beate Margarete virginis noscitur fore constructa, que eciam quondam eiusdem Stephani bani et predecessorum suorum esse, sficut] litteralia eorum instrumenta super eadem confecta deperdita ab eisdem et alienata extitisse dicuntur, per eundem nunc a nostra maiestate nomine possessionis nostre humiliter petitam, eisdem Stephano bano et Dyonisio filio suo ac ipsorum heredibus, successoribus et posteritatibus cum omnibus et quibuslibet suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis quouis nomine vocitatis, sub suis veris et antiquis metis eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscitur, saluis iuribus alienis, noue donacionis nostre titulo dedimus, donauimus et contulimus, ymo damus et conferimus in hiis scriptis perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam; presentes autem in formam nostri priuilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum in Olwynch, feria quarta proxima post festum beati Bartholomei apostolii anno domini MCCC°XL-mo nono.

Original u knjižnici narod. muzeja u Budimpešii iz arkiva baruna Balaše.

Na hrptu vidl se trag pritisnutoga velikoga kraljevoga pečata.

Vjesnik zem. ark. VIII. p. 167.—168.

416.

1349, 4. septembra. (U Požegi).

Lukačij mali sudac posvjedočuje, da 'je Nikola poreznik izjavio, da je Petar sin Mirkov platio fertone.

Nos comes Lu[ca]cius(!) viceiudex magistri Akus comitis de Posaga, Nicolaus. filius Nicolay capitaneus nobilium generacionis Borich bani, ac Mogas filius Petri comes terrestris, damus pro memoria, quod magister Nicolaus dictus de Gucha aule regie myles(l), exactor marturinarum et fertonum in comitatu Posaga, constitutus asseruit coram nobis, quod magister Petrus filius magistri Emerici filii Gyleti fertones ex parte iobagionum suorum domine regine tempore sue dicacionis et prout litteris capituli de Posaga ad solucionem eidem Nicolao obligauit, plenarie persoluisset, racione quorum fertonum ipsum . magistrum Petrum reddidit coram nobis expeditum et absolutum. Datum feria sexta proxima ante festum natiuitatis beate virginis Marie, anno domini M°CCC°XL° nono.

Na hrptu: Super solutis fertonibus pro magistro Petr.o fiiyp(!) Emerici filii Gyleti contra Nicolaum dictum de Gucha expeditorie.

Original na papiru u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpčšii M. O. .D. L. no. 33.958. — Stara sign. N. R. A. fasc. 1598. no. 6.

Na hrptu vidi se trag triju pečata (jedan do drugoga), kojim bifaie hstina zaivorena.

(1349), 20. septembra.

Stjepan car srpski i grčki daje Dubrovcaniwia slobodu trgovanfa u njegovoj zemlji.

† Сиєзи повелѣниє записа царьство ми вь сведениє вьсакомꙋ, како приде кь царьствꙋ ми поклисарь бенетьчьки Никола Гωрьгиє и ш нимь властелѣ дꙋбровьчци Маринь Бꙋникь и Симонь Бенешикь и Живѣ Урьвикь, и споведаше ми за вьсе кривинѣ и дльговѣ, що имь сꙋ били по земли царьства ми, и за вьсе за този исправисмо, и зговори се царьство ми синомь царьства ми кралюємь Урошемь и с властели, и ωдь селѣ напредь сикози

*

ȣчинин милость царьство ми градȣ дȣбровьчаномь, да гредȣ своими главами, иманиѥмь своимь и нихь трьговьци с кȣпломь свободно бе-з-абавѣ по земьлн царьства ми и кралѥвѣ, да имь никтоѡ нищо не ȣзмѣ по силѣ ни закаки ни властелинь царьства ми ни кралѥвь властелинь, да ни ктоѡ любо вь земьли царьства ми и кралѥвѣ, тькмо да ходе свободно; ако ли се ѡбреще кто ȣземь що любо по силѣ ȣ земли царьства ми и кралѥвѣ, вьсе този да плати царьство ми ѡномȣзи, комȣ бȣде що ȣзетоѡ, а тогази кривьца да ище царьство ми, и да ȣзьме на нѥмь, кто бȣде ȣзель ȣ ȣчиниль злоѡ коѥ. И нихь трьговьци, с трьгомь кьто люби ити ȣ ниȣ земьлю, с трьгомь с кȣпьломь да греде прѣ-з-емлю царьства ми и кралѥвȣ свободно бе-з-абавѣ, тькмо ѡрȣжиꙗ да не носѣ ни ȣ Бȣгаре ни ȣ Басарабинȣ земьлю ни на Ȣгрѣ ни ȣ Боснȣ ни ȣ Грьке ни нимо камо любоѡ ȣ тȣгю земьлю, тькмо ȣ земьлю царьства ми и кралѥвȣ; кьто ли се ѡбрете понесь ѡрȣжиꙗ ȣ ниȣ земьлю, да мȣ се вьсе този ѡрȣжиѥ ȣзьме. И кто греде ȣ Дȣбровникь и изь Дȣбровника, да им се не ȣзима царина на Требиии, да ни на ѥдиномь пȣти ни на бродȣ, да ходи всаки свободно бе-з-абаве. И ѡще трьговци Дȣбровчанѣ, кои се ѡбрѣтаю по трьговѣхь царьства ми и кралѥвехь, що им се слȣча кои любо сȣдь, да се сȣде предь цариникомь и кьнеземь а или пред кѥпалиѡмь, кои бȣде града тогази, закономь родителꙗ и прародителѣ царьства ми; и за сиѥзи да гредȣ предь царьство ми на сȣдь: за крьвь и за земьлю и за проводь и за чловека и за сводь и за ино ни за що. И кьди при Латининь Срьбина, да да Латининь Срьбинȣ половинȣ Латинь а половинȣ Срьбль сведоке, такожде и Срьбин кьди при Латинина, да мȣ даѥ сведоке половинȣ Срьбль а половинȣ Латинь по законȣ, како сȣ имали ȣ родителꙗ и ȣ прародителꙗ царьства ми светаго кралꙗ. И где комȣ даѥ Дȣбровьчанинь свои добитькь комȣ годе трьговьцȣ, тере мȣ ѡдь нѥгга ȣ вѣхь ȣдрить, да се кьнѣ Латининь за този, да бȣде вѣровань по законȣ, какѡ сȣ имали ȣ родителꙗ и ȣ прародителꙗ царьства ми. И кои трьговьць кȣпи коиꙗ на трьгȣ, и плати за нь царинȣ, да рече цариникь дȣшомь, ере ѥсть тогази коиꙗ кȣпиль, и за нѥга платиль царинȣ, а тати

не зьнаа, да мȣ за този свода несьть; ако ли га такози не ѡправи цариникь, да да сводь, ȣ кога ѥст кȣпиль. А кои любо трьговьць доведе кѡнииѥ кȣпивь из тȣгѥ земьлѣ, а познаю се, да се кьлне тьзи трьговць сам дрȣги, ере га ѥсть кȣпиль ȣ тȣгѥи земьли, и не зьна тати и гȣсара, да не даѥ за този свода; да ако си ȣзлюби сизи, кои га познава, ȣзети коиꙗ, да си га ȣзьмѣ, а ѡномȣзи да пода трговьцȣ ценȣ, що бȣде подаль за нѥга. И кьди царьство ми приходи ȣ трьгь, да ме почитȣю и дарȣю своѡмь волѡмь, како ѥст подобно цара (почитати), а посилиога дара и ȣзетиꙗ да имь несть. И ако се царьство ми сьвади з Дȣбровникомь, що се ѡбретаю Дȣбровчанѣ по земли царьства ми, да им се постави рокь за ·Ꙁ· мѣсець, да се испрате свободно бе-з-абавѣ, и да походе, а з градомь да се ратȣѥ царьство ми. И що се разьбиѥ дреко бенетьчко и дȣбровьчкоѡ що ȣтече ȣ землю царьства ми и кралѥвȣ, да се не ȣзме нищо, да ѥсть свободноѡ. И кои трьговци гредȣ по земли и трьговехь царьства ми и кралѥвѣхь, да плакꙗ всаки царинȣ по законȣ, како сȣ давали ȣ родитель и прародитель царьства ми. И ѡще ѡь инии сикози ȣтькми царьство ми: що се обрѣтаю людиѥ царства ми, кои бȣдȣ пришьли ȣ Стонь по толѣ, кьди га ѥ дало царьство ми Дȣбровьчаномь, тези люди царьства ми Дȣбровьчанѣ да ѡдьженȣть. И що бȣдȣ прѣȣзели землю царьства ми прѣз мегю, коꙗ ѥсть била мегꙗ ȣ родителꙗ и прародителꙗ царьства ми светаго кралꙗ, аке сȣдȣ и винограде по нѥи насадили прѣзь мегю, вьсе да ми поврате. И за сȣдовѣ и всако ѡправданиѥ, како сȣ имали ȣ родителꙗ и прародителꙗ царьства ми, такози и ѡдь дьньсь напреда да имаю; и за вьсе да ѥсть сȣдь на Желѣзиои Плочи, како ѥсть и ѡть прежде било. И за Млѣть да не имаю печали ни за що, тькмо да ѥсть царьства ми, како ѥсть прѣжде било ȣ родителꙗ и прародителꙗ царьства ми. И ѡдь сели напрѣда да не прѣиме ни ȣзьмѣ никьто залоге ни ѡдь властелина царьства ми ни кралѥва ни кога любо дрьжаниꙗ царьства ми и кралѥва; кьто али се ѡбрѣте ȣземь, да залогȣ тȣзи пократи ѡнеть, а за що ѥ прѣѥль, да мȣ се тази кȣплꙗ ȣпадьиѣ. И поткрьд-и-мь царьсво ми законѣ и повелѣ, що сȣ имали ȣ родителꙗ и прародителꙗ и праро-

дитела царьства ми, како да іеесть нищо не потворено. И сизи ѡбразомь писа царьство ми: записахь три хрисовꙋлѣ, едьна да стои ꙋ царьства ми, а дрꙋга ꙋ Бенецех ꙋ дꙋжда, а третиꙗ ꙋ Дꙋбровьнице. И записа се сизи златоѡпечатьни хрисовꙋль царьства ми вь лѣто ·ꙁѡни·, индикта ·г·, мѣсеца сектебра ·к· дьнь. И ѡще такози и инии ꙋглави царьство ми, що сꙋ залоге заложенѣ кога любо мала и голѣма и-з-емлѣ царьства ми и кралевѣ, да се ищꙋ сꙋдомь и правьдомь.

† Стефань кь Христа кога благѡвѣрни царь Срьблемь и Грькѡмь.

Miklosich Mon. Serb. p. 146.—149.

418.

1349, mjeseea septembra.

Stjepan car srpski javlja općini dubrovačkoj, da su braća Marko i Mate Vasiljević i Sijepan Zurgović namirili sve svoje dužnosh za trg prizrenski i novobrdski.

Adresa :

Пише царство ми кнезꙋ Дꙋбровачькомꙋ Филипꙋ Ѡрею и сꙋдиꙗмь и властеломь и всеи ѡпкине Дꙋбровьчкои.

Tekst :

Пише царство ми кнезꙋ Дꙋбровчкомꙋ Филипꙋ Ѡрею и сꙋдиꙗмь и властеломь и всеи ѡпкинѣ Дꙋбровьчкои, да знате, іерь дрьжаль трьгь царства ми Марво Василиевикь и брать мꙋ Мате и Степе Жꙋрговикь трьгь новобрьдски и трьгь призренски да царство ми разложи и наге ихь правехь. Не ѡсташе ни ꙋ чимь криви царствꙋ ми, да ѡ всемь ихь ѡсвободи царьство ми и ꙋчини ихь милость и покелю по законꙋ вашемꙋ. Да ѡ томь ви писа царство ми да знате.

Мѣсець сект[е]врь.

Original u knfizi Diversa cancellariae knjiga 1348.—1349. u dubrovačkom arkivu.

Pucic Spom. srp. II. br. 24, '?0.

419.

1349, 1. oktobra. U Dubiei.

Pred Baldonom županom dubičkim i Nikolom zemskim iupanom rijeiavaju gradjani dubički Petra. zvanog Kastelan svake odgovornosti zbog nanešenih im nasilja.

Nos frater Baldonus comes Dubicensis et castellanus castri sancti Johannis, ac comes Nicolaus filius comitis Odoleni comes terrestris de eadem significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magistrum Petrum dictum Castellanum vniuersitas ciuium libere ville Dubicensis de eorum bona voluntate propter bonum pacis ipsum magistrum Petrum ab omnibus iniuriis, dampnis, nocumentis, incendiis, spoliis et ab aliis hiis similibus, que per ipsum magistrum Petrum temporibus Mykch bani et aliorum usque emanacionem presentis littere prefatis ciuibus debite aut indebite iiiferta(!) aut facta dignoscuntur, eundem magistrum Petrum et suos a premissis omnibus coram nobis et tribus coniuratoribus regni Sciauonie: Dyonisio filio Petri, Ladizlao filio Borouine, Johanne dicto Veres, nec non eciam in facto metarum a parte predii Bichcha vocate('), et ab earum lite et causa et ab uniuersis discordiis quouis nomine nuncupatis permisserunt liberum atque absolutum, conferentes eidem magistro Petro a premissis veram et perpetuam pacem • In cuius res testimonium presentes eoncessimus sigillo comitatus Dubicensis munimine roboratas. Datum tercio die festi sancti Mychaelis archangeli; pristaldis ad hoc deputatis: comes Petrus filius Georgii de Brochina, comes Thomas' filius Blasii de Kosucha, anno domini M°CCC° XL° nono.

Original na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplomata a. 1349.

Na listini visi svilena vrvca crvene boje; pečat je otpao.

420.

1349, 12. oktobra. U Lastovu.

Prodaje se zemlja pred knezom otoka.

In dei nomine amen. Hec est copia cuiusdam instrumenti reperti in libro comunis Laguste, conditi in tempore domini Jacobi de Monte-

alto comitis Laguste, cuius tenor talis est: Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indicione secunda, die quarto mensis octubris. Cusma Tortorouich de Curculla sua bona et plena voluntate per se suosque heredes et successores iure proprio et in perpetuum vendit et dedit Cipriano Dobrouich vnam suam terram positam in Vinopole Nauarpolle, que finat ex parte leuantis cum Marino Maladur et ex parte ponentis cum Jacobo Crancouich et ex parte tramontane cum Jouano Ratchouich et ex parte pelagi cum Budeno Galcich et cum aliis suis finibus, cum omnibus suis iuris (!) et pertinensis (!) pro precio et nomine precii grossos quadraginta septem, quam quantitatem presentialiter habuit et. recepit. Quam terram de fraude propughauero contra omnes partes in iudicio et extra, que terra preconicata fuit per Odolam placarium in locibus(!) consuetis, dando licenciam et liberam potestatem, vt de dicta terra ab hodie in antea voluntatem possit facere eam, quam de šua propria et corpore. Ac[tum] in Lagusta ante domum comunis, presentibus Nouako Marinich, Vidos[lao] Derisclauich et Stepko Rechoeuich, testibus ad hec uocatis et rogatis.

Et ego Francesco de Fiorenza conte de Lagusta.

(Signnm not.)

Et ego Dompnus Georgii de Spassa iuratus notarius comunis Lagusti [sicuti] inueni |in dicto libro comunis, ita fideliter scripsi, copiaui et exemplaui nil adens(!) vel minuens, nec puntum uel silabam quod sensum vel substantiam immutet, set de Kcentia et mandato et auctoritate nobili(!) et sapienti(!) et discrepti(!) viro(!) domini domini Francisco.de Florencia honorabele(f) comiti (!) dicte insule Laguste in puplicam formam redegi. Sub anno domini rriille CCC die XXVI. Actum Lagusta ante domum domini comitis, ipso sedendo pro tribunali presentibus.

Onginal u dttbrovackom arkivtt, sa strane pergamena oštcćena. — Zbirka Saec. XIV.

421.

1349, 3. novembra. U Avignonu.

Klement VI. papa imenuje Ivana opata biturskoga biskupom skradinskim.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Johanni electo Scardonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Angit nos cura pastoralis officii etc. Dudum siquidem bone memorie Andrea episcopo Scardonensi regimini Scardonensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, ydoneam secundum cor nostrum presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ea vice dispositioni nostre duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a. quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum autem dicta ecclesia per obitum dicti Andree, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacationem huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius ecclesie, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, tunc abbatem monasterii sancti Satiri ordinis sancti Augustini Bituricensis diocesis, virum utique vite laudabilis et conversationis honeste, litterarum sciencia preditum, morum honestate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, ac aliis multiplicium virtutum meritis apud nos fidedignorum testimonio commendatum, convertimus oculos nostre mentis. Cjuibus omnibus diligenti meditatione pensatis, de persona tua eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod eius dextera tibi assistente propitia eadem ecclesia per tue circumspectionis industriam prospere dirigetur, et salubria, dante domino, suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamuš, quatenus impositum tibi onus a domino devote suscipiens, curam et adrriinistrationem predictas sic diligenter gerere studeas, ac salubriter prosequaris, quod eadem Scardonensis ecclesia tue vigilancie studio votivis amplietur commodis et honoribus, [ac] divina cooperante clemencia prospere dirigatur, tuque nostram et dicte sedis gratiam tanquam benedictionis et obediencie filius

uberius consequi merearis. Datum Avinione, III. nonas novembris, pontificatus n-ostri anno nono.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Scardonensis et archiepiscopo Spalatensi.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 301. pag. 225. — Iz reg. an. IX. tom. I. ep. 52.

422.

1349, 11. novembra, U Požegi.

Pred kaptolom požeikim očituj'e Benak Tiburcijev de Vojska, da je založio svoj posjed Prisav/e u vrbaskoj županij'i Tomi Rikulfovu.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes quibus expedit universis, quod Benak filius Tyburcii nobilis de Voyzka in comitatu de Orbaz ab una, Thomas filius Wezelk vice et nomine magistri Nicolai filii Rykolphy comitis de Orbaz, parte ab altera in nostri presentia personaliter constituti, idem Benak filius Tyburcii confessus est oraculo vive vocis, quod ipse quandam possessionariam portionem suam in comitatu de Orbaz existentem Pryzawya vocatam, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis eiusdem possessionis» videlicet terris arabilibus, pratis, silvis, molendinis ac aliis utilitatibus eiusdem pro quinquaginta marcis promptorum denariorum veronensium compoti de Posaga prefato magistro Nicolao filio Rykolphy, ab eodem plene, ut dixit, receptis, usque festum nativitatis domini pignori obligasset, tali ordinatione mediante, quod si idem Benak filius Tyburcii predictam possessionariam portionem suam usque prefixum terminum, scilicet festum nativitatis domini redimere non posset vel non curaret, extunc transacto ipso termino redemptionis, eadem possessio pro predictis quinquaginta marcis prefato magistro Nicolao remanebit perpetuo possidenda, tali obligatione mediante, quod quicumque super prefata possessione Prizawya vocata in processu temporis sepenominatum magistrum Nicolaum inpeteret vel inpetere attemptaret, idem Benak expedire tenebitur propriis laboribus et expensis, et si expedire non curaret, vel non posset, extunc de alia possessione sua hereditaria in Voyzka habita similem quantitate, qualitate, utilitate, valore congruem, sepedicto magistro Nicolao assignare tenebitur similiter perpetuo possidendam.

Datum feria quarta in festo beati Martini confessoris, anno domini millesimo CCC°XL° nono.

Thallcczy-Horvdth Also-Szlavonia okmdnyidr. p. 36—37.

423.

1349, 18. novembra, U Križevcima.

Jakov zupan krizevački moli kaptol čazmanski, da pozove stranke na sud.

Viris discretis et honestis [capitulo] Chazmensi amicis suis reuerendis magister Jacobus comes Crisiensis amiciciam paratam cum honore. Amiciciam vestram petimus presentibus diligenter, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fide dignum, coram quo Georgius filius Petri uel Johannes filius Bank altero absente homo noster Thoman filium Egidii contra Dyonisium filium Cosme, item Georgium filium eiusdem Egidii contra Salomonem filium Petri ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et post hec diem et locum citacionis, terminum assignatum cum nominibus citatorum nobis amicabiliter velitis intimare. Datum in Crisio, feria quarta proxima ante festum beate Elyzabeth vidue, anno domini MCCC°XL° nono.

Na hrptu: Viris discretis et honestis capitulo Chazmensi amicis suis reuerendis citatoria.

Original na papiru u narodnom muzeju u Budimpešii 1349., prldošao g. 1897.

Na hrptu vidi se trag pritisnuta okrugla pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

424.

1349, 23. decembra- U Čazmi.

Pred kaftolom čazmanskim prodaj'e Nikola Stj'epanov jedan dio svoie zemlje na potoku Zredni.

Capitulum Chasroensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Antiquorum invenit prudencia et modernorum approbat discrecio, vt in signum perpetue

memorie ea, que aguntur in tempore, ne simul cum tempore per obliuionis caliginem transeant et vacillent, et ne per actus temerariorum iilicitos possit veritas occultari, set(!) pocius veridicorum acta legitima in suo robore valeant permanere, falsidicorum temeraria repugnacione non obstante, solent ad perpetuam rei memoriam litterarum testimonio roborari. Proinde ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Nicolaus filius Stephani filii Jacobi ab una parte, Andreas voyeuoda et predialis magnifici viri magistri Symonis filii Mauricii de Izdench vice et nomine eiusdem magistri Symonis domini sui ab altera coram nobis personaliter constituti, idem Nicolaus filius Stephani quandam particulam suam possessionariam separando et derivando de quadam possessione sua, quam videiicet possessionem quondam Belch et Chakan habebant et possidebant, ex utraque parte fluvii Zredna adiacentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis ipsius particule vniuersis, sub metis infrascriptis, per hominem nostrum, videlicet per magistrum Andream socium et concanonicum nostrum per nos ad hoc ad instancium parcium deputatum, coram universis commetaneis et vicinis ipsius particule, ymo eciam coram Petro filio Luce, et in nullo contradicentibus, ymo (!) pocius benivolum consensum, ut idem Andreas socius noster et partes predicte nobis retulerunt prebentibus, distinctam, dixit et confessus est se predicto magistro Symoni filio Mauricii et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro quadraginta quatuor marcis bonorum denariorum banalium, receptis ab eodem magistro Simone integralitsr, sicut dixit, vendidisse, tradidisse et assignasse iiire perpetuo possidendam irreuocabiliter et habendam, nichil iuris, nil dominii, nilque proprietati idem Nicolaus filius Stephani sibi aut suis heredibus in eadem particula possessionis modo predicto ipsi magistro Symoni vendita peritus reservando, set omne. ius seu proprietatem. eidem magistro Symoni et per eum suis heredibus perpetuo dimisit et reliquit in eadem; obligans se idem Nicolaus filius Stephani et suos heredes, ab omni, si qua racione predicte particule seu possessionarie porcionis aut vtilitatum eiusdem in parte uel in toto, in iudicio aut extra iudicium in futurum ex cognatis seu proximis ipsius Nicolai quibuscunque oriri contingeret questione, expedire sepedictum magistrum Simonem et eius heredes in propriis suis laboribus et expensis. Astiterunt eciam coram nobis Andreas filius Johannis, Egidius filius Wratisa, Johannes filius Andree, item Johannes et Stfephanus] filii Stjephani], tam pro se, quam pro Paulo fratre eorum, proximi sepedicti Nicoiai fiiii Stjephani], qui huic vendicioni suum consensum personaliter in.nostri presencia comparentes prebuerunt pariter et assensum. Mete, autem. ipsius pafticule seu possessionarie porcionis eidem magistro Symoni, vt est dictum, vendite, secuntur et sunt tales Prima incipit ab oriente in magna via circa silvam ipsius magistri Symonis et circa terram Petri fiiii Luce ac Nicoiai filii Stephani fiiii Jacobi memorati ab arbore tilie meta terrea circumfusa, ubi est coniuncta cum capite quedam via ipsi magne vie; inde procedens infra ad occidentem vadit per ipsam magnam viam circa metas ipsius Nicolai filii Stephani pervenit ad unam arborem pomi silvestris meta terrea circumfusam; abhinc per eandem magnam viam similiter versus occidentem pervenit ad arborem piri silvestris in fine nemoris meta terrea circumfusam; inde exit de ipsa via ad partem sinistram in modico spacio et venit ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circum-. fusam; inde adhuc ad occidentem semper procedens circa metas ipsius Nicolai pervenit ad arborem gertan circa viam, sub qua est puteus et ibidem est ex alia parte vie meta terrea; abhinc descendens per potok siccum vadit versus aquilonem in magno spacio per ipsum potok et pervenit a duas arbores tulfa cruce signatas meta terrea circumfusas, et ibi intrat ipse potok ad alium potok Zredna vocatum; abhinc per ipsum Zredna versus occidentem vadit in magno spacio semper circa metas predicti Nicolai filii Stephani et pervenit per ipsum Zredna ad arborem harazt cruce signatam, et ibidem est meta terrea; inde exit de ipsa arbore ad partem dextram et vadit directe versus aquiionem ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam; inde similiter ad aquilonem ad aliam arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam, usque ad silvam semper circa metas ipsius Nicolai; abhinc per ipsam silvam procedens per arbores tulfa cruce signatas versus aquilonem pervenit ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam in medio ipsius silve situate(f), inde adhuc ad aquilonem per ipsam siivam et per arbores tulfa cruce signatas, semper circa metas predicti Nicolai fiiii Stephani pervenit ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam; inde similiter ad aquilonem per arbores tulfa cruce signatas pervenit ad viam usque metas magistri Symonis predicti ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam, terra predicti Nicolai a parte sinistra existente, terra vero ipsius magistri Simonis ab eodem Nicolao modo predicto comparata a parte dextera remanente et sic terminantur. In cuius rei memoriam et firmitatem perpetuam presentibus šigillum nostrum duximus appendendum. Datum feria quarta proxima post festum beati Thome apostoli, anno domini M°CCC°XL° nono.

Original na pe7-gameni u kr. ug. drž. arkivu u Budapešti: M. O. D. L. no. 4103. — Stara sign. N. R. A. fasc. 777. no. 13.

Na listini ziisi pletena uzica od crvene i žute svile; pečata više nema-

Na hrptu savremena bilješka pismom knjiga: »Priuilegium super emcione cuiusdam possessionis de Sclauonie(l) cum[1] meta[1].«

Nagy Cod. dipl. Andeg. V., 346—348.

425.

1349, ... U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje gradu Zagrebu povelju danu mu od kraljice Marije patronata župe sv. Marka.

Lodouicus dei gratia rex Hungari§ fidelibus suis iudici, iuratis ciuibus et vniuersis hospitibus de monte Grecensi salutem et gratiam. In tenore literarum nostrarum seriem priuilegialium literarum quondam domine Marie regine Hungarie proauie nostre clarjssim§ super ljbertatibus vobis per ipsam concessis confectarum confirmatiue. explicantium nobis innotuit euidenter, quod inter ceteros libertatum articulos in eisdem explanatos plebaniam eiusdem castri Grecensis dicta domina Maria regina liberam constituisset et exemptam ab omni iurisdictione episcopalis dignitatis ex consensu tunc venerabilis patris domini Philipi episcopi ecclesie Zagrabiensis (a. 1251). Vnde quia iuxta libertatem vestram discretum virum Pangratium presbiterum, capellanum magnifici viri Nicolai de Zeech totius Sclauonie et Croacie bani fidelis nostri in vestrum plebanum per literas vestras a nobis postulatis, ideo nos cum domina regina genitrice nostra charissima de dicta plebania ipsius ecclesie vestre sancti Marci, prout iure patronatus nobis incumbit, . iuxta . . . iuelam electionem et petitionem vestram cum omnibus suis vtilitatibus sub premissa libertate vestra eidem domino plebano duximus prouidendum. Et ad statuendum ipsam plebaniam transmisimus in medium vestri Jacobum fratrem domini Nicolai prepositi Strigoniensis et comitis capelle, iuuenem aul§ nostre. Quapropter fidelitatem vestram requirimus diligenter per presentes, quatinus ipsum domifnum]. . . . . . . verum et legitimum plebanum vestrum in prefatam ecclesiam vestram .. . . et omnia iura et prouentus plebanie consuetos eidem plena et . . . . [mini]strare debeatis. Datum Bude, feria quarta proxima post dom[inicam] . . . . anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

[1] Drugom tintom (blijedom) istom rukom.

Iz prijepisa XV. vijeka na papiru u arkivu jugoslavenske akademije.

Na ledjima: »Paria litterarum exemptionalium plebanie a iurisdictione episcopatus Zagrabiensis«.

426.

1349.

Ugovor izmedju Venecije i Paga glede prodaje stare soli.

Puncta pactorum factorum inter commune Venetiarum et commu >e Pagi super facto salis veteris, cuius tenor talis est: Convenerunt inter se, quod totum sal vetus collectus et factus(!) pro annis eiapsis qui est ad presens in insula Paghi dividatur in duas partes equales, quarum.una sit et esse debeat illius domini ducis et eius consilii et communis et ad mensuram suprascriptam debeat mensurari et esse bonus et mercadantus, quem possint trahere de insula et de eo facere, sicut v.oluerint. Verum est, quod in navigio debet carizari sal predictus ad expensas eorum quorum erit ipse sal. Et pro pretio illius salis tenetur et debeat dictus dominus dux et consilium et commune predictum solvere et satisfacere, dare et numerare eidem comiti et consilio et communi vel illis quorum erit sal predictus ducatos auri XX pro quolibet centinario modiorium salis; altera vero medietas saiis veteris supradicti colecti (!) et facti remaneat in insula supradicta eidem comiti et iudicibus et consilio et communi seu hiis quorum est, quem ipsi possint vendere, tradere et dare quibuscumque et undecumque voluerint de sale predicto, et etiam de insula Paghi extrahere et portare et in canipa tenere, sicut voluerint, ita tamen, quod de dicto sale qui extraheretur de insula, solvant dacium ordmarium, videlicet V. ducatos pro quolibet centinario modiorum etc.

Ruić: Rifiessioni sopra Pago. T. I. 234.—235. — flz arkiva općine paške.) Rukopis u arkivu jugoslevenske akademije.

427.

1350, 8. januara. Na Pagu.

"Jakov sin Deše de Fanfogna gradjanin zadarski pravi svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indicione tercia, die octauo mcnsis

ianuarii intrantis, Pagi in cancelaria comunis ipsius terre, temporibus equidem serenissimi domini domini Andree Dandulo dei gratia incliti ducis Venecie, nec non viri nobilis et sapientis domini Andree Geno honorabilis comiti Pagi. Cum homo natus de muliere breui temporis viuat et multis miseriis subito repleatus et fugiat vellut(!) vnbra(!), non est sanitate uel prosperitate momentanea vllatenus confidendum. Qua propter ego Jacobus condam ser Desse de Fanfogna ciuis Jadrensis nolens decedere ab intestato, ne post meum decessum mea bona inordinata remaneant, tale de meis bonis facio et ordino meum ultimum testamen--tum: Igitur primo facio et ordino meos fidei commissarios et commissarias: Dobram uxorem meam et filium meum Matheum et meas filias Nicholotam et Cuuigam ita tamen, quod dicta Dobra vxor mea sit, donec uixerit donna, domina et matrona et gubernatrix omnium meorum bonorum mobilium et stabilium ubicumque sit uel reperiri posset Jadre, in insulis et alibi. [Et] dimitto et relinquo dicte vxori mee Dobre libras centum grosorum(F) ad bonam monetam grosorum venetorum, quas ab ea habui pro dote et nomine dotis sue, quando ipsam in vxorem recepi; ita et taliter, quod, si pacificare uel stare nolet(!) cum predicto meo filio et filiabus, ipsos denarios extrahere possit de meis bonis omnibus ubicumque sint et uolet(!) absque contradictione aliqua dicti filii uel filiarum mearum; de qua dote facere possit pro anima et corpore suam omnimodam uoluntatem et mea bona intromittere, gaudere et usufructuare usque ad integram satisfationem dicte sue dotis. Item relinquo libras trecentas parvorum denariorum dandas pro anima mea de meis boriis per predictos meos commissarios in hunc modum uidelicet: Libras viginti quinque capitulo ciuitatis Jadre; item libras viginti quinque monasterio sancti Dmitrii de Jadra; item libras viginti quinque loco fratrum Minorum; -item libras sexdecim loco fratrum Predicatorum de Jadra; item argenti quinque Brade famule et seruitrici mee; item quod dicti commissarii mei de predictis celebrari facere teneantur mille missas et de residuo dictarum trecentarum librarum dare debeant pauperibus et in elimosinis, secundum quod discrecius et sancius dictis meis commissariis uidebitur faciendum; et predictum ordino iure legati. Item relinquo predicte Quuuice filie et mee commissarie libras mille ducentas

paruorum denariorum ad bonam monetam . . . . et quicquid velit, faciat et in ipsis uolo esse tacitam et contentam et in ipsis michi eam heredem instituo; item relinquo predicte Nicolotte filie mee libras ducentas denariorum paruorum ad bonam monetam non obstante dote quam sibi dedi, quando nupsit, et in ipsis uolo eam esse tacitam et contentam et in ipsis michi eam heredem instituo; item volo, quod si vnurh uel plures dictorum meorum commissariorum moriretur, his qui

remanserint officio omnium in dicta commissaria mea fungantur. In reliquis uero omnibus bonis meis mobilibus et stabilibus, honoranciis et proprietatibus predictum Matheum filium meum mihi uniuersalem heredem instituo ita et taliter, quod semper teneatur seruire pro anima mea et meorum defunctorum . . . . ' dominus omnipotens sibi gratiam concedet; verum si dictus Matheus filius meus moriretur absque herede uel heredibus legitimis ab eo descendentibus et dicta domina Dobra vxor mea decessisset, uolio(!) et iubeo, quod medietas omnium meorum bonorum predictorum uendatur et detur pro anima mea et dicte domine Dobre vxoris mee et dicti filii mei et omnium meorum defunctorum, et reliqua medietas deueniat in dictas filias meas Nicholotam et C.ишсат et in eorum heredes; et si vna ipsarum filiarum mearum moriretur et reliqua superuiueret, sucedat sibi in sua hereditate, intelligendo, si illa que premoriretur non haberet heredes legitimos et aliter non, nisi in sua parte pro dimidietate et in reliqua dimidietate heredes iilius que premoriretur ipsarum filiarum mearum. Preterea uollo(!) quod dicti mei commissarii de residuo" predicto predictarum librarum trecentarum tienariorum paruorum teneantur induere viginti "quinque pauperes Christi Jesu, sicut eis melius uidebitur faciendum. Et hoc meum asero et uolo esse ultimum testamentum et ultimam uoluntatem, quod uallere uollo iure testamenti, et si iure testamenti non ualeret, ualeat iure codicilli uel codicillorum, et si iure codicilli uel codicilorum ualere non posset, sa-I-tem valeat iure cuiuslibet alterius ultime voluntatis et iure, modo et via et forma quibus melius ualere potest. Actum fuit et firmatum vo'catis testibus et rogatis: Damiano Thomiche iudice et consiliario Pagi, Damiano Radosigii Premondich[2] consiliario Pagi, Petro Contareno de Jadra et aliis testibus.

Et ego Johannes condam Zanis de Rauinali de Regio publicus auctoritate imperiali et Pagi notarius et cancelarius comunis iuratus et salariatus predictis omnibus et singulis adfui, ab ore dicti testatoris me rogantis scribere audiui uerbo suo et rogatus pubiicaui, roboraui et scripsi solitumque signum et nomen meum apposui, scripsi.

CSignum not.)

Na rubu istom rukom sitnije a ima i u prijepisu:

Millesimo CCCLI., indictione V-a., die XXIIII. nouembris recomen-

[1] U orig. nečitljivo, u prijepisu krnje.
[2] Nije čitljivo u originalu, već uzeto po prijepisu.

datum fuit curie hoc instrumentum per litteras domini comitis Pagi. Datum XVIII. nouembris.

Original u arkivu grojova Begna u Posedarju. P. no. 89. (Signum not.).
Prijepis od 5. novembra 1374. u istom arkivti. P. no. 90.

428.

1350, 11. januara. U Avignonu.

Klement VI. papa imenuje Nikolu njitranskoga biskupa biskupom zagrebačkim i preporuča ga oblastima i narodu.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Nicolao electo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Credite nobis dispensationis officium urget et excitat mentem nostram, ut qui dispositione divina cunctis ecclesiis potestatis plenitudine presidemus, singularum utilitatibus, quantum nobis ex alto permittitur, sic prospiciamus solicite, sic vigilanter et diligenter etiam intendamus, quod per participationis nostre studium, prout ipsarum ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis ipsis quandoque per simplicis provisionis officium, quandoque vero per ministerium translationis accomode pastores deputentur ydonei, per quos ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, votive prosperitatis successibus gratulentur. Nuper siquidem ecclesia Zagrabiensi ex eo pastoris regimine destituta, quod nos venerabilem fratrem nostrum Dionisium episcopum olim Zagrabiensem in archiepiscopum Colocensem electmn, licet absentem, a vinculo, quo ipsi Zagrabiensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Colocensem tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum dicte Colocensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem. Nos volentes eidem Zagrabiensi ecclesie, ne dispendia prolixe vacationis incurreret, salubriter providere, cum nullus preter nos de provisione ipsius Zagrabiensis ecclesie hac vice se intromittere possit pro eo, quod nos diu ante vacationem ipsius Zagrabiensis ecclesie provisiones omnium ecclesiarum cathedralium, tunc ubicumque inantea vacaturarum per translationes de preiatis earum ubilibet constitutis, tunc per nos imposterum faciendas ad alias ecclesias tunc vacantes et imposterum vacaturas, dispositioni nostre duximus restrvandas, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, post deliberationem, quam de preficiendo ipsi Zagrabiensi ecclesie personam utilem ac etiam fructuosam habuimus cum eisdem fratribus diligentem, demum ad te tunc electum Nitriensem, multipiicium virtutum meritis, prout fidedignorum habet assertio, insignitum, sperantes te fore ipsi Zagrabiensi ecclesie multipliciter fructuosum, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, te a vinculo, quo ipsi Nitriensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de potestatis predicte plenitudine absolventes, te de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica ad Zagrabiensem ecclesiam transferimus supradictam, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi licentiam tribuendo ad ipsam Zagrabiensem ecclesiam transeundi; firma spe fiduciaque conceptis, quod eadem Zagrabiensis ecclesia, gratia tibi assistente divina, per tue circumspectionis industriam et providentiam circumspectam salubria recipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus ipsius Zagrabiensis ecclesie a domino devote suscipiens, sic ipsius Zagrabiensis ecclesie regimen sollicite studeas exercere, gregem dominicum in ea tibi creditum doctrina verbi et operis informando, quod prefata Zagrabiensis ecclesia tue operationis ministerio votivis iugiter proficiat commodis et successibus prosperis augeatur, tuque proinde divinam, dicte sedis et nostram benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, III. idus ianuarii, anno octavo.

In eodem modo. Capitulo Zagrabiensi, clero et populo civitatis et diocesis Zagrabiensis, vassallis eiusdem ecclesie, archiepiscopo Colocensi et Ludovico regi Ungarie etc. ut in aliis similibus.

Theiner Monum. Hung. 1. no. 1179. pa<r. 775.— 776. — Iz reg. orig. an. VIII. com. lib. III p. 1. fol. 58.

429.

1350, 15. januara. U Zagrebu.

Pred izaslanikom kaptota zagrebaikog pravi župan Paris iz Glavnice svoju oporuku.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Pasa filius comitis Paridis filii similiter Paridis de Glaunycha vice et nomine eiusdem comitis Paridis patris sui, quem propter imbecillitatem et debilitatem ac senectutem ad nos non
*

posse venire asserebat, ad nostram personaliter accedens presenciam nomine et uerbo eiusdem patris sui, per quem missus ad nos fuerat, ut dicebat. peciit a nobis, quatenus vnum ex nobis ad dictum comitem Paridem patrem suum mittere dignaremur, in cuius presencia suum v[o]tum seu testamentum ipse comes Paris facere et condere ualeret. Cuius nos peticioni annuentes, discretum virum dominum Lucam ecclesie nostre lectorem duximus ad eundem comitem Paridem transmittendum; qui quidem dominus lector demum ad nos cum predicto Pasa rediens nobis presente dicto Pasa retulit, quod sepedictus Paris v[olen]s preuenire tempus et non preueniri a tempore, licet eger corpore, sanus tamen mente esset« de possessionibus et bonis suis sibi a deo collatis et quouis titulo aquisitis in eiusdem domini lectoris presencia tale suum testamentum seu votum, quod antea per plures annos facere desiderasset, ut asseruit, fecisset et condidisset modo infrascripto, videlicet, primo et principaliter pro sue anime salute quendem equum suum pegh coloris, quem cum corpore suo eo mortuo ad ecclesiam beati Francissci confessoris de eadem Zagrabia, in qua sepulturam habere dinosscitur, ducere commisisset, legasset fratribus ecclesie prenotate. Item omnia animalia in bobus, vaccis, vitulis et porcis, que in curia eiusdem Paridis essent, legasset Pasa filio suo antedicto; item equacias suas cum poledris omnibus similiter legasset predicto Pasa filio suo, excepto vno poledro tercii anni, quem Philipo filio suo seniori, quem duxerit eligendum, legasset ; condicionales vero seu seruos suos, qui sibi in diuisione prius habita cum dictis filiis suis cesserant ad suam porcionem ipsum contingentes, similiter legasset Pasa filio suo antedicto; ancillam vero suam Chuchka vocatam cum duobus filiis eiusdem ancille, quam domina Cecilia consors sua tempore mortis sue ipsi Paridi legasset, ipse similiter legasset eidem Pasa filio suo. Item porciones suas possessionarias in possessionibus Wyoduor et Kenegench vocatis ipsum contingentes, item porcionem suam possessionariam ipsum contingentem in possessione Glaunicha vocata. item porciones suas possessionarias in possessionibus Zelne, Chehtelke et Trebeuch vocatis existentes vsque fluuium Jazuynnak nuncupatum, quas a priore Cruciferorum ordinis sancti Johannis Jerusolimitani et suo ordine optinere dinosscitur; item porciones suas in possessionibus Casina et Bensafeulde vocatis existentes ipsum similiter contingentes, videlicet terciam partem earundum similiter legasset et commisisset predicto Pasa filio suo iure perpetuo possidendas ita, quod semper de ipsis pro sue anime salute diuina celebrare et pietatis opera que plura poterit facere teneatur. De litteris vero priuilegialibus super prefatis possessionibus Wyoduor et Kenegench confectis, que apud pre-

dictum Philipum filium suum haberentur, ita decreuisset et commisisset eidem Philipo, si suam benediccionem paternalem vellet habere, tunc ipsas litteras et alias quascumque que apud ipsum essent, ad nianus comunes traderet et assignaret et quandocumque et ubicumque alicui ex dictis filiis suis uel ambobus necesse esset, exhibere, simul pari uoluntate et consensu valerent recipere et exhibere. Asseruisset eciam predictus comes Paris ibi, quod, ut predicti filii sui inter se pacem obseruarent fraternalem et ipse eos in bona pace dimitteret et perfrui relinqueret, commisisset predicto Philipo filio suo, quod, si ipse possessiones Gyanfeulde in comitatu Crisiensi et Obroua in comitatu Zagrabiensi vocatas existentes, quas ipse Philipus de communi pecunia eorum precio comparasset et alias suas porciones vniuersas ipsum quoquomodo contingentes simul iungendo, quandocumque temporum in processu per medium cum dicto Pasa diuidere voluerit, tunc eciam dictus Pasa vniuersas porciones suas possessionarias ipsum contingentes cum dictis porcionibus sibi per dictum patrem suum legatis simiiiter simul iunctas e conuerso cum dicto Philipo diuidere teneretur, prout in talibus fieri consueuit; si autem dictus Philipus predictas possessiones suas et porciones suas possessionarias per medium cum ipso Pasa diuidere noluerit, tunc porciones possessionarie ipsius comitis Paridis sepedicto Pasa legate per prefatum patrem suum iure perpetuo remanebunt possidende; premissis omnibus post mortem ipsius comitis Paridis et non antea prefatis filiis suis remanentibus pleno iure possidendis. Executores autem et commissarios dicti sui testamenti prefatus comes Paris sepedictum Pasa filium suum et Nicolaum filium Arlandi fecisset et ordinasset et eisdem commisisset execucionem dicti sui testamenti, prout eis salubrius videbitur ipsum exequi et expedire. Acta fuissent predicta in presencia dicti domini lectoris, in octauis festi epiphanye domini proxime preteritis, anno eiusdem MCCC⁰ quinquagesimo. Datum feria sexta proxima post predictas octaua« festi epiphanye domini, anno eiusdem prenotato.

Original na pergameni, kod prof. Julija Jankovića u Varaždinu. Na hrptu nalazi se trag pritismtta ovalna pečata.

430.

1350, 16. jannara. U Vrani.

Pred Baudinom Kornutijem, Petrom priorom vranskim i t. d. izjavljuju Kosma Mihovilić i t. d., da su pritnili od Franje iz Zadra •30 dukata za Hrana Gradina.

Etsi etiam aput(!) ciuitates et capitula None et Scardone contractus de terris et aliis et littere aliquo tempore fieri soluerunt, quia tamen tamquam adultere et a suo naturali domino separate ab honoribus et graciis regiis promeruerunt priuari, infrascripte partes ad locum debitum autenticum et fidelem pro huiusmodi celebrandis contractibus properarunt. Quare nos frater Baudonus Cornuti sacre domus hospitalis sancti Johannis ferosolimitani per Vngariam et Sclauoniam prior humilis, frater Jacobus de Redeoterio preceptor Lubalfensis], frater Petrus de Gaudiosa prior ecclesie Aurane, frater Guilielmus Altanis castellanus castri de Bella, frater Marcolinus de Ancona preceptor Aurane, frater Michael de Jadra et frater Dominicus de Genua preceptor de Pristeci et omnes et singuli fratres tunc Aurane existentes notum facimus quibus expedit vniuersis presentibus et futuris, quod accedentes ad nostram presenciam Cosmas Michouilig Tugomirig, Nouac condam Stanislaui Vireuig, Johannes condam Dissoy de Quirino, Dragoslaus Pritigeuig, Jacobus Gregorii et Stephanus Merdesse de Quirino plecii seu fideiussores, ut asserunt, constituti pro Hrano Gradini magistro Nicolao castellano Ostrouice ex vna parte, et Franciscus Stephani de Jadra ex altera, predicti fideiussores coram nobis sponte proposuerunt et confessi sunt vnanimiter se habuisse et integre recepisse a nobili viro Francisco Stephani predicto ducatos triginta auri boni et iusti ponderis, computato quolibet libras tres et solidos quatuor denariorum paruorum, pro quibus induxerunt et posuerunt dictum Franciscum in tenutam in corporalem possessionem terrarum omnium quas dictus Hranus possidet et possedit in Draginichi. In quibus terris dicunt fideiussores predicti se positos fuisse in possessione per pristaldos datos per iudices regionis pro satisfaciendo sibi omni modo quo melius possent de triginta florenis, quos soluerunt pro fideiussione predicta, quam fecerant rogatu Hrani predicti detenti in carceribus aput Ostrouicam pro sua infidelitate. ut dictus magister Nicolaus asserebat; quas terras dictus Franciscus ad se asserit pertinere et se uelle tanquam indebite detentam per iusticiam requirere. Hiis conditionibus inter partes habitis et conuentis, videlicet, quod; si dictus Franciscus per se uel suos heredes et successores obtinebit dictas terras ds iure usque ad annos

quinque, promictunt (!) ex nunc fideiussores predicti prout et tunc soluere et assignare eidem Francisco ducatos triginta auri predictos; quod si idem Franciscus ipsas terras non obtinebit, promictunt in hoc casu antedicti fideiussores dicto Francisco uendere terras predictas et uenditionem precessam et de uenditione perpetua litteras siue instrumenta facere cum plena excalumpniatione super se et suis bonis, ordinatum et ualatum omnibus solitis et debitis firmitatibus ad sensum cuiuslibet sapientis; quod si dictam uenditionem sibi facere non poterunt, non obtenta, ut dictum est, per ipsum Franciscum terra predicta, tunc etiam promictunt per solempnem stipulationem dare et asignare dicto Francisco pecuniam antedictam omni ocasione et prolongatione remota. Promictentes predicti fideiussores per se suosque heredes et successores dictas terras eidem Francisco excalumpniare et defensare a dicto Hrano et suis heredibus et successoribus et ab aliis fideiussoribus dicti Hrani. et ipsum Franciscum et heredes et successores suos tenere et conseruare per totum tempus predictum in possessione libera et quieta; que omnia et singula suprascripta predicte partes promiserunt inuicem altera pars alteri solempnibus stipulacionibus et promissionibus interuenientibus per se et suos heredes et successores actendere(!) et obseruare et non contrafacere de iure uel de facto, sub pena quinquaginta pensarum soluenda per partem contrafacientem, medietate parti obseruanti et reliqua curie pro tempore constitute; qua pena soluta uel non, omnia et singula in hiis Ktteris contenta debeant adimpleri, obligantes ad hec omnia sua bona mobilia et stabilia presencia et futura et personas suas suorumque heredum et successorum. In cuius rei certitudinem presentes litteras duplices vnius et eiusdem tenoris sigillis sancti Gregorii baiulie Aurane et prioratus nostri Vngarie et Sclauonie pendentibus fecimus communiri et tradere partibus, prout postularunt. Datum in castro nostro Aurane, sub anno natiuitatis domini nostri Yesu Christi millesimo trecentesimo auinquagessimo, die sexto decimo mensis ianuarii.

Original na pergam. u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krševana no. 261.

Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Na hrptu savremena bilješka: De possessionibus in villa Draginichi de fideiuditioni (!) Cromi de ducatorum XXX. . .

431.

1350, 18. januara.

Tomo župan križevački odgadja rok parnice izmedju Dioniza Kuzmina i Tome Egidijeva.

Nos magister Thomas filius Petri comes Crisiensis damus pro memoria. quod causam, quam[1] Dyonisius filius Cosma iuxta continenciam litterarum nostrarum feria secunda proxima post octauas festi epiphaniarum domini contra Thomam fiiium Egidii habebat coram nobis, set quia idem Dionisius causam suam in facto furtis(!) et rerum dampni contra predictum Thomam declarabat, et eciam tercius fuit terminus ad feriam secundam proximam, videlicet ad octauas datarum presencium duximus prorogandam. Datum die predicto, anno domini MCCC⁰ quinquagesimo.

Na hrptu: Pro Dyonisio filio Cosma contra Thomam filium Egidii ad octauas datarum presencium prorogatorie.

Original na papiru u narodnom muzeju u Budimpešti; bivša zbirka Veghelyeva.

Na hrptu vide se pojedini dijelovi pritisnuta okrugla pečala u običnom vosku.

432.

1350, 22. januara. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim biva rasprava izmedju magistra Denka Našičkoga i Filipa Koroga Lovrina radi posjeda Ladislavovca, Luke i Jagodne.

Nos capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod nos iuxta continenciam literarum honorabilis viri domini Nicolai Strigoniensis ecclesie prepositi, comitis capelle ac secretarii cancellarii domini regis. cum Ladislao filio Ladislai dicti Pocroh[2] homine dicti domini regis, magistrum Joannem socium et concanonicum nostrum pro par<:e magistri Denk de Nehche, item cum Leukus filio Nicolai similiter homine eiusdem domini regis magistrum Stephanum similiter socium et conca-

' Iznad linije.
[2] Potroh?

nonicum nostrum pro parte magistri Phylpus filii Laurencii de Korog, ad exequenda infrascripta pro testimoniis duximus destinandos; demum iidem homines regii, videlicet et nostri pro vtrisque partibus ad nos reversi', primo idem Ladislaus filius Ladislai unacum predicto magistro Johanne testimonio nostro concorditer nobis retulit in hunc modum, quod ipse in octavis epyphaniarum domini nunc proxime preteritis, unacum prescripto magistro Johanne testimonio nostro, iuxta continenciam dictarum literarum comitis capelle regie, ad facies possessionum Zentlazlou, Luka et Jagodna vocatarum, in comitatu de Baranya existencium, partibus utrisque in facie earumdem comparentibus accessisset, et prefatus magister Denk easdem possessiones per metas, terminos et limitaciones signis arboreis consignatas, et aquarum meatus seu cursus, quas suas, videlicet dictarum possessionum fore asserendo, in ipsorum hominum regiorum et nostrorum pro utrisque partibus assignatorum presencia circuendo reambulasset; intra quas metas et circuitus alias tres villas P[re]Iacha, Ledenyk et Lychaan vocatas, et silvas in magna quantitate per eundem magistrum Denk reambulatas, dicti homines, regii videlicet et nostri pro ambabus partibus deputati[2] dixerunt, quas scilicet dictus magister Denk in territorio earumdem possessionum Zentlazlou, Luka et Jagodna vocatarum locatas et existentes esse dixisset, predictus autem magister Phylpus suas hereditarias et ad possessionem suam Zombathel vocatam pertinentes asseruisset, nec unquam super eisdem viliis ac silvis aliquam causam vel questionem cum eodem magistro Denk et aliquibus aliis habuisset; ubi idem magister Phylpus et procurator filiorum suorum eundem 'magistrum Denk non a reambulacione sed ab occupacione, eosdemque homines regios et nostros a statucione villarum P[re]lachan, Ledenyk et Lychan ac silvarum prescriptarum sub hoc nomine prohibuisset, quod dicte ville et silve eisdem filiis Phvlpus cessissent in divisione a magistro Phylpus patre ipsorum memorato. Tandem prefatus magister Denk eodem die et in facie dictarum possessionum Zentlazlou, Luka et Jagodna vocatarum solo suo iuramento prout moris est super terram iurare, in uno loco easdem possessiones nomine sui iuris hereditarii sibi pertinere iuxta regni consvetudinem comprobasset et suum iuramentum deposuisset, et sic - prout iidem homines, regius videlicet et noster pro eodem magistro Denk deputati dixerunt, terram quam magister Denk manu super caput suum tenuisset, deposuisset. Facta autem confessione dictorum Ladislai hominis regii et magistri Johannis testi-

[1] Slijedi debelo precrtano istom tintom: discordes magis quam concordes nobis fore videbantur.
[2] Iznad linije.

monii nostri pro prefato magistro Denk deputatorum, prenotatus Leukus homo regius et magister Stephanus nostrum testimonium pro predicto magistro Phylpus assignati, taliter nobis retulerunt, quod cum inter cetera prefatus magister Denk in reambulacione dictarum possessionum ad unam metam pervenisset, ubi locum deposicionis sui iuramenti, scilicet unam foueam effodi fecisset, ubi dictus magister Phylpus eundem locum talem metam communem fassus extitisset, que ipsum separaret de possessione Pogorach eiusdem magistri Denk, que inciperetur ab oriente et tenderet ad occidentem, ubi dictus magister Phylpus ipsas possessiones, pro quibus eundem magistrum Denk contra se in causam attrahere voluisset, quas eciam ad suum iuramentum commisisset, sibi demonstrare voluisset, idemque magister Denk ibi ire noluisset, set in quodam saco[1] aliam foueam pro deposicione sui iuramenti effodi fecisset, ubi dictis hominibus, regio videlicet et nostro pro eodem magistro Phylpus deputatis audientibus et videntibus, tale deposuisset iuramentum, quod sic deus eum adiuvet et terra eius ossa sic assumpmat, ac semen suum semini suo sic relinquere possit, quod predicte terre, quas reambulando circuisset, pertinerent ad possessiones prenotatas; vnde idem magister Phylpus coram dictis hominibus, regio videlicet et nostro pro parte sua deputatis, contra iuramentum eiusdem magistri Denk taliter obiecisset, quod ipse magister Denk in suorum forma verborum ipsum iuramentum deponendorum deerrasset et deviasset. Datum feria sexta, videlicet in festo beati Vincencii martiris, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Na hrptu: Pro magistro Denk de Nechche contra magistrum Phylpus filium Laurencii de Korog super facto possessionum Zenthlazlou, Luka et Jagodna uocatarum et iuramento per eundem magistrum Denk deposito memorfia][2].

Original na pergameni « kr. ugar. driavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. ±108. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1509. no. 5.
Na hrptu se vide ostaci okrugla pritisnuta pečata, kojim bijaše h- stina zatvorena. Od legende: [f Sigillum] CAPITUfLI SJanCtl {PE]TRI

Nagy Cod. dipl. Andeg. V., 353.—354.

[1] Sato?
[3] Memor(iale)?

433.

1350, 26. januara. U Gradu.

Pred patrijarhom gradskim očituju Umbsrto de Furno i Durando iz Treviza, da je nekoč fiafia Klement VI dozvolio ofiatu Ivanu samostana sv. Krševana u Zadru, da posudi 500 dukata iz rimske kurije, a da je ovaj' doiio samo 300 dukata.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo quinquagesimo, indictione tercia, die uigesimo sesto (!) ianuarii. Coram uobis reuerendo in Christo patre domino domino Andrea dei et appostolice sedis gracia dignissimo patriarcha Gradensi compareo ego Johannes abbas monasterii sancti Grixogoni Jadrensis diocesis exponens et dicens et coram uobis fidem faciens per proprium iuramentum, quod sanctissimus pater et dominus Clemens papa VI. de anno qui fuit in millesimo trecentesimo XLV. mihi specialem graciam faciendo concessit, quod pro expensis promotionis, que fuit septimo kalendas marcii, pontifficatus domini nostri anno tercio, uallerem(i) muttuo acquirere quingentos(f) florenos auri monasterium meum obligando, et super hoc pectitionem(f) mihi asignauit; de quibus non recepi nisi trecentos; et ad faciendum fidem de premissis ad perpetuam rei memoriam produco Vmbertum de Furno notarium papali auctoritate imperiali et Durandum de sancto Treuisio Lungdunensis diocesis, quia sunt recessuri et quia timet de morte ipsorum, suplico, quod ipsorum dicta per uos recipiantur et in formam redigantur. Qua propter ipsius domini abbatis suplicationibus inclinati, et ne copia probationis pereat pro ueritate habenda et super capitulis a suplicatione predicta formauimus capitula que secuntur(f).

In primis: An sit uerum, quod dominus papa Clemens VI. concesserit domino Johanni abbati monasterii sancti Grixogoni Jadrensis, quod quingentos ducatos auri recipere posset mutuo monasterium antedictum et ipsius bona obligando . . . }

Item an sit uerum supradictum abbatem trecentos ducatos siue florenos uigore ipsius gracie sub uxuris(!) in curia recepisse . . .[1]

Eodem die constitutus. Vmbertus de Furno notarius imperiali et papali auctoritate Lugdunensis diocesis coram reuerendissimo in Christo patre et domino domino Andrea dei gracia patriarcha Gradensi citatus per Cursettum nuncium iuratum et iuratus de ueritate dicenda interogatus super primo. capitulo quod incipit: In primis, quod capitulum fuit sibi

[1] Točke ove u originalu.

uulgaricatum et lectum de uerbo ad uerbum, respondit suo sacramento et dicit uera esse que in dicto capitulo continentur. Interrogatus, quomodo scit predicta, respondit et dicit, quod ipsemet scit hoc modo, quia suplicationem signatam recepit propriis manibus suis de registro pape continentem specialiter et nominatim, qualiter sanctissimus pater dominus noster dominus Clemens papa VI. concedebat venerabili patri domino Johanni abbati monasterii sancti Grixogoni predicti, quod posset mutuo recipere quingentos florenos auri pro exoneratione debittorum suorum et pro aliquibus aliis negociis peragendis. Interrogatus, quo anno, mense et die predicta gracia predicto domino abbati fuit concessa, respondit et dicit, quod anno tercio pontifficatus domini nostri pape de mense marcii; interrogatus, quibus presentibus, respondit et dicit, quod presentibus dominis Johanne de Montaniaco cappelano commensali pape, domino Guilielmo de Marciaco canonico Lugdunensi, Vmberto Darte canonico Lugdunensi.

Super secundo capitulo quod incipit: Item an scit, interogatus, an scit uerum, quod ipse dominus Johannes abbas sancti Grixogoni uigore supradicte gracie sibi facte trecentos florenos auri receperit ad usuram in curia Romana, respondit et dicit ipse testis uera esse que in dicto capitulo continentur. Interrogatus, quomodo scit predicta, respondit, quia uidit et presens fuit, quando Johannes Banduti Florentinus uxurarius ipsos trecentos florenos numerauit atque mutuauit supradicto domino abbati. Interrogatus, quibus presentibus, quando prefatus dominus abbas mutuo recepit supradictos trecentos florenos, respondit et dicit, quod presens fuit dominus Tomas Asini monacus, decretorum doctor et supranominatus ipse testis et Durandus de sancto Treuisio; interrogatus, quo anno, mense et die predictus dominus abbas supradictos trecentos florenos ad uxuram recepit, respondit et dicit, quod de anno qui fuit millesimo trecentesimo quatragesimo quinto, de mense madii, de die autem non recordatur; interrogatus, in quo loco, respondit, quod in Romana curia et in domo ipsius uxurarii supradicti.

Die uigesimo septimo mensis ianuarii constitutus Durandus de santo(!) Treuisio coram predicto domino patriarcha cittatus per Cursettum nuncium iuratum et iuratus de ueritate dicenda interrogatus super primo capitulo, quod incipit: In primis, respondit et dicit uero(F) esse que in dicto capitulo continentur; interrogatus, quomodo scit predicta, respondit et dicit, quia uidit dictam suplicationem signatam; interrogatus, quo anno, mense et die dicta gracia fuit concessa per dominum nostrum papam ipsi domino abbati, respondit, ut supradictus; interrogatus quibus presentibus, respondit, quod non recordatur.

Super secundo capitulo, quod incipit: An scit, interrogatus, respondit et dicit uerra esse que in dicto capitulo continentur; interogatus, quomodo scit predicta, quia uidit aportari dictos florenos de domo dicti uxurarii et ipsi domino abbati tradi et consignari atque numerari; interrogatus quibus presentibus et in quo loco, respondit, quod in curia Romana et in hospicio dicti domini abbatis; qui autem fuerint presentes, non recordatur.

Ego Tomas filius condam ser Francissci Christiani de Rauena imperiali auctoritate notarius ac scriba curie Gradensis omnibus presens fui et rogatus scribere scripsi meumque signum aponens in testimonium premissorum; et ad maiorem roboris firmitatem prefatus dominus patriarcha ad petitionem reuerendi patris domini Johannis abbatis supradicti dictos testes et ipsorum dicta aperuit et publicauit et pro apertis et publicatis haberi uoluit atque mandauit, pressente(!) fratre Albertino monaco monasterii sancti Prossperi de Regio, Cursetto de justis de Parma et Francisschino de Bononia et aliis; et ut plenior fides ipsis testibus et atestationibus perpetuo addibeatur(i), ipsos sui sigilli mandauit munimine roborari.

(Sienum not.).

Original na perg. tt gubem. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XXIII. no. 601.

iVa listini nalazi se svilena tanka uzica zelene i žute boje, pečat je otpao.

434.

1350, 28. **januara. U Avignonu.**

Moli se od papinske kurije kanonikat zagrebački.

Supplicat sanctitati vestre deuota creatura uestra G[uilelmus] sancte M[arie] in Cosmedin diaconus cardinalis, quatenus sibi specialem graciam facientes in personam Johannis Pelios clerici Albiensis diocesis dilecti familiaris et procuratoris sui in Vngaria, canonicatum et prebendam ecclesie Zagrabiensis, quos Nicoiaus prepositus Strigoniensis electus ecclesie Nitriensis noscitur obtinere, dignemini reseruare conferendam dicto Johanni quam primum illos vacare contigerit per consecracionem vel per lapsum temporis de consecrando episcopis a sacris canonibus statutum vel alias quouismodo, preterquam per mortem ipsius electi. Non obstante, quod dicta sanctitas vestra prouiderit de canonicatu et prebenda ecclesie

Wratislauiensis, quorum nondum assecutus est possessionem, seu quod vigore qualis gracie sibi facte beneficium ecclesiasticum cum cura uel sine cura ad collacionem seu prouisionem prioris de Ambileto ordi--nis sancti B[enedicti] dicte Albiensis diocesis expectare noscatur. Cum omnibus aliis non obstantibus ac clausulis et executoribus oportunis. Fiat R. et quod transeat sine alia leccione. Fiat R. Datum Auinione, V. kalendas februarii, anno octauo.

Clement. VI. Re%. Suppl. an. VIII. P. 18. fol. 135.

435.

1350. 6. februara. U Križevcima.

Pred Petrom županom kriievačkim prodaj'e Dionizije Mirkov svoj'u zemlj'u,

Nos magister Thomas filius Petri, comes Lypthoviensis, Crisiensis et castelanus de Chokaku, memorie commendamus tenore presencium, quibus- expedit universis, quod Dyonisius filius Emerici ex una parte, ex altera vero Paulus dictus Crispus, famulus et procurator magistri Johannis dicti Caplan, personaliter coram nobis constituti, per eundem Dyonisium filium Emerici de Chanouch nobis propositum extitit et relatum, quod quandam sessionem seu possessionariam porcionem suam, que in vicinitatibus Johannis filii Georgii et predicti Johannis Caplan dicti, ac penes fluvium Bednic uocatum habere dignoscitur, propter quedam necessaria sua in decem fiorenis, prefixo magistro Johanni Caplan pignori obligasset, cum universis utilitatibus et pertinenciis suis universis, tali condicione mediame, quod quandocumque predictus Dionisius vel sui heredes pro ipsa sumpma pecunie redimere valerent ab eodem, reddere et restituere teneatur universa edificia, que usque nunc super predicta possessione ordinarent, iuxta extimationem tempore redempcionis redimere debeant, prout partes predicte coram nobis assumpserunt. Datum in Crisio, secundo die festi beate Agate virginis et martyris, anno domini MCCCL.

Fejer Coa. dipl. Hung. IX. 1. p. 631.

Fejer veh, da je lislina u c. k. tajnom arkivu u Beću. U dvorskom tajnom arkivu ne ima originala ove listine. Mi se o tom uvjerismo našom pomnom poiragom.

436.

1350, 11. februara. U Zagrebu.

Kaptol zagrebaćki prepisuj'e na molbu Dujma Blagajskoga listinu kralja Bele o slobosiinavta njegove obitelji.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod anno domini M°CCC° quinquagesimo, feria quinta proxima post festum beate Scolastice virginis nobilis vir comes Duymus fiiius comitis Radozlay de Blagay ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales serenissimi principis domini Bele dei gracia olim regis Hungarie, dupplicis .sigilli sui munimine consignatas tenoris infrascripti, petens nos, ut ipsas transscribi nostrique sigilli apposicione faceremus consignari. Cuius nos congrue et condigne peticioni annuentes, maxime quia ipsas literas inuenimus non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua earum.parte viciatas, set omni prorsus vicio et suspicione carentes, ideo tenorem earundem presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus et nostro sigillo pendenti consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Bele od 23. septembra 1241.)*

Dva originala u blagajskom arkivu 11 muzeju budimpeštanskom. Na jednom nalazi se svilena vrvca tamnoljubičaste boje.

Na hrptu bilješka: »Copia Bele regis super libertatem«. *Mnogo ble-4j'om tintom:* »Litera iudicatoria«.

Vjesnik zem. ark. VIII. 229.

437.

1350, 11. februara.

Pavao župan požeški i Mago iupan zemski izriču osudu za Levka Pelrova proti Matij'i Ivanovu.

Nos magister Paulus filius Laurencii comes de Posaga, et Magas filius Petri comes terrestris damus pro memoria, quod feria quinta proxima post octauas purificacionis beate virginis, Thomas filius Ladislai in persona magistri Leukus filii Petri conparuit in termino coram nobis •contra Mathe filium Johannis de Zuuynna legitime citatus sicut dixit, qui scilicet Mathe non venit necque(!) misit aliquam personam pro se

responsalem misit(!), vnde decreuimus ipsum in iudicio remansisse. Daturrt-feria quinta supradicta, anno domini miliesimo CCC°. quinquagesimo.

Na hrptu: Pro magistro Leukus filio Petri contra Mathe filium Johannis de Zuuynna iudicialis.

Original ti kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. Z.. no. 33959. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1598. no. 7.
Na hrptu bila su pritisnuta dva mala pečata.

466.

1350, 16. februara. U Tpogipu.

Kaptol trogirski izabire punomoćnike za parnicu s kanonikom Ivanom Kastrafocifem pred nadbiskupom spljetskim.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tercia, die sextodecimo mensis februarii,. actum Tragurii in maiori ecclesia cathedrali sancti Laurencii, presentibus Duymo Damiani Dominche, Andrea Marini, Petro Biuizi, et Silurino Baronis, ciuibus Tragurii et aliis pluribus testibus ad infrascripta uocatis specialiter et rogatis. Conuocato capitulo maioris Traguriensis ecclesie auctoritate reuerendi uiri domini dompni Helye Luche canonici Tragu-riemsis et uicarii in spiritualibus reuerendi in Christo patris domini Bartholomei dei gratia Traguriensis episcopi ad sonum maioris campane ipsius ecclesie, ut moris est, ipsoque capitulo ad infrascripta facienda specialiter in ipsa Traguriensi cathedrali ecclesia congregato, in quo capitulo interfuerunt due partes et ultra ipsorum canonicorum, qui canonici, qui ibidem interfuerunt totum faciunt, constituunt et representant capitulum dicte maioris ecclesie Traguriensis. Ipsi omnes et singuli canonici et eorum nemine discrepante fecerunt unanimiter, constituerunt et ordinauerunt eorum et dicti capituli ueros et legiptimos(!) procuratores, actores, factores, negotiorum gestores et sindicos speciales seu alio quocumque nomine de iure communi uel stilo romane curie dici potest uel ualeat reputari, venerabilem virum dominum Franciscum primicerium Spallatensem et nobilem virum dominum Franciscum Damiani ciuem Spalleti absentes tamquam presentes et eorum quemlibet in solidum ita, quod non sit melior condictio(f) occupantis et quod unus inceperit alter possit prosequi, mediare et finire specialiter in causa seu lite, quam ipsi canonici et capitulum habent uel habituri sunt cum dompno Johanne Petri Castrafoci asserente se canonicum Traguriensem

coram reuerendissimo in Christo patre et domino domino Hugolino dei gratia archiepiscopo Spalatensi, iudice delegato, ut dicitur impetrato a domino nostro papa per ipsum dompnum Johannem et pro ipsa lite et causa ad agendum et defendendum, libellum dandum et recipiendum, lytem(!) contestandam, de calumpnia et ueritate dicendum, in animas constituentium iurandum et cuiuslibet alterius generis sacramentum necessarium et opportunum prestandum et faciendum, excipiendum, replicandum et triplicandum et protestandum, et exceptiones declinatorias, dillatorias, perhemptorias. anomalas et alias quascunque proponendum, dillationes et terminos in se recipiendum et petendum, alio assignari, testes nominandum et producendum et alterius partis testes iurare uidendum, opponendum contra eorum dicta et personas ante et post aperturas eorum, suspictiones(f), contrarietates, crimina uel defectus, instrumenta de falso redarguendum et etiam priuillegia quelibet, aduocatos elligendum, suspectos dandum et incusandum, copias instrumentorum priuilegiorum, quorumcunque et literarum petendum sibi exhiberi uel eisdem dari et contra ea et eorum quodlibet opponendum, instrumenta et iura aliaqueque producendum in causis concludendum, sententias antedictas appellandum et appellationes prosequendum, appostolos petendum, cum instancia et instantissime procuratorem unum et plures loco sui substituendum et negotium in se reasumendum, tociens quociens eis opus uidebitur et fuerit oportunum. Et generaliter ad omnia alia et singula dicenda, faciendum, allegandum et implorandum, que quilibet certus uerus sindicus et procurator in talibus dicere, facere, operari et exercere possit et que ipsimet constituentes et capitulum facere possent, si personaliter interessent, nec non et queuis ecclesia in talibus disponit et stilus Romane curie ac cursus in talibus consuetus, generalem potestatem cum libera administratione in premissis et dependentibus ac conexis ab eisdem, ut postulat ordo iuris et merita causarum, etiam si talia forent que mandatum exigerent speciale, que ex nunc pro expressis et nominatis haberi uoluerunt eisdem et eorum alteri concedentes, promittentes mihi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et uice omnium et singulorum quorum interest uel interesse poterit in futurum, se ratum, gratum et firmum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictos eorum sindicos et procuratores seu alterum eorum uel substitutum ab eis uel altero eorum actum, gestum et operatum fuerit in predictis et altero predictorum sub obligatione sui sigillatim et ecclesie supradicte bonorum se pro dictis eorum sindicis et procuratoribus et altero eorum et substitutos ab eis fideiussores constituentes sub ypotheca rerum suarum et ecclesie antedicte,

hunc(!) instrumentum fieri uolentes semel et pluries quoties opus Fuerit ad sensum cuiuslibet sapientis.

(Signum not.)

Ego Johannes filius quondam domini Blanci de Bononia publicus et imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis interfui et rogatus scribere scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo et nomine roboraui.

Original na pergameni u arkivti kaptola u Spljetu XVI. 1. 177.

439.

1350, 18. februara.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Bartolu krčkom knezu povelju oca svoga Karla Roberta od g. 1323. za Modruš i Vinodol.

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habtturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. quod comes Bartholomeus frater comitis Duym de Scen ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis litteras priuilegiales excellentissimi condam principis domini Karoli incliti regis Hungarie, patris nostri karissimi felicis recordacionis tenoris infrascripti, petens nostram humiliter excellenciam, vt easdem ratas habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina Karla od 7. novembra 1323.).* Nos itaque peticionibus predicti comitis Bartholomei de „Wegla filii comitis Fredrici fauorabiliter inclinati, attendentes fidelitates suas et fidelium seruiciorum suorum preclara merita, quas et que nobis et sacre regie corone cum suprema diligencia et votiua solitudine(!) non parcens rebus nec persone indesinenter exhibuit vsque modo, exhibere eundem sentimus in presenti ac exhibiturum pro firmo credimus in futurum, predictas litteras priuilegiales paternas presentibus de uerbo ad uerbum insertas in nulla sui parte viciatas cum toto suo tenore, ciausulis et articulis de consensu et voluntate excellentissime principisse Elizabet regine, genitricis ac domini Stephani ducis, fratris nostrorum karissimorum, nec non de consilio prelatorum et baronum regni nostri infrascriptorum approbamus, acceptamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio priuilegialiter perpetuo valere confirmamus. In

cuius confirmacionis testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus dupplicis sigilli nostri pendentis et auctentici(!) munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Tatamerii Aibensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecanceliarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC° quinquagesimo, duodecimo kalendas marcii, regni autem nostri anno nono; venerabilibus in Christo patribus dominis Nicolao archyelecto Strigoniensi, et fratre Dyonisio archypostulato Colocensi confirmatis, Dominico Spalatensi archyepiscopo, Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Andrea Transiluano, Nicolao Quinqueecclesiensi, Gregorio Chanadiensi, Colomano Jauriensi et Mychaele Wacyensi episcopis, Johanne Wesprymiensi, Nicolao Zagrabiensi, fratre Peregrino Boznensi, fratre Thoma Syrimiensi et fratre Stephano Nitriensi electis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino iudice Comanorum, Stephano woyuoda Transiluano, comite de Zonuk, Oliuerio magistro tauarnicorum nostrorum, iudice curie reginalis, comite Thoma iudice curie nostre, Paulo magistro tauarnicorum reginalium, Dominico bano de Machow, Dyonisio agazonum nostrorum magistro, Nicolao Konth comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz origlnalnog prijepisa i potvrdnice kralja Sigisniunda od g. 1392. i 1393. te kralja Matije od g. 1488. u kr. ugar. drž. arkivu M. 0. D. L. no. 32, 33.507, 33.508.

Na istoj listini od g. 1350. nalazi se odozdo pripisak kralja Ljudevita od g. 1364., kojim isti privilegij pod novim pečatom potvrdjuje Stjepanu i Ivanu sinovima Bartola Krčkoga.

Fejer Cod. dipl. Hung. IX., vol. 1. p. 770.—774.

JhalUczj-Barabas Frangepan Oklevdltdra I. 71.— 75.

440.

1350, 18. februara. U Senju.

Joakim sin pokojnog Trotta iz Baške prodaje Elizabeti uddvi kneza krčkog Dujma zidanu kuču u Senju.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentessimo(!) quinquagessimo(i), indictione tercia, die decifno octauo mensis februarii, temporibus equidem domini Lodouici dei gracia serenissimi regis Hungarie, venerabilis in Christo patris et domini domini fratris Protbyue(l) eadem gracia episcopi Segniensis, magnificique viri domini Bartholomei Vegie comitis et ciuitatis Segnie perpetuo(!) potestatis, Jacobi,

Veroli et Jacobi iudicum in ciuitate predicta. Actum in ciuitate Segnie in stacione mei notarii infrascripti, presentibus Phylippo olim iudice Segnie, Luciano condam Jadrii ciue Segnie et Thomasso de Vegla et aiiis testibus ad hec vocatis habitis et rogatis. Ibique Joachim filius condam Trotti de Bescha per se suosque heredes, posteros et successores iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit, alienauit et tradidit magnifice domine domine Elyzabet relicte olim bone memorie domini comitis Duymi vnam domum muratam, que olim fuit Nighe vxoris sue ; cuius domus tales sunt confines: Ab vno latere, videlicet a parte superiori est domus Jacobi Dessinich <t prope vnam domunculam paruam, que olim fuit dicte Nighe, a duabus lateribus sunt vie publice uel alios si qui sunt veriores confines, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, alienandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid sibi aut suis heredibus de ipsa domo et suis pertinenciis placuerit deinceps perpetuo faciendum, cum ingressibus et egressibus suis in viam publicam et cum omnibus ipsius vndecumque pertinenciis, choherenciis(!), adiancenciis, proprietatibus, vtilitatibus, iuribus et requisicionibus quibuscumque ad dictam domum spectantibus quoquo modo; pro precio et nomine precii ducatorum centum de auro boni legalis auri et iusti ponderis. Quod precium totum dictus Joachim confessus, contentus et uere manifestus fuit a dicta domina Elizabet habuisse et integre recepisse, omni excepcioni iuris aut facti renuncians dictus Joachim qua contradicere posset. Promittens insuper dictus Joachim per se suosque heredes et successores ipsi domine Elyzabet pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti de dicta domo uel suis pertinenciis ei uel eius heredibus litem, questionem uel molestiam vllo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set dictam domum cum suis pertinenciis ei et eius heredibus ab omni et quolibet homine, persona et vniuersitate legitime deffendere, discalumpniare et disbrigare suis propriis sumptibus et expensis et dictam vendicionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma et rata habere et tenere, actendere(!) et obseruare et in nullo uel in aliquo contra agere uel venire per se uel alium aliqua racione, causa uel ingenio, de iure uel de facto, sub pena dupli tocius dicti precii, stipulacione promissa, reffectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra et sub obligatione omnium suorum bonorum presensium et futurorum. Cuius quidem pene medietas curie Segnie et alia medietas dicte domine Elyzabet deueniat; qua pena comissa soluta uel non, rato manente contractu. Et ad maiorem cautelam et firmitatem vendictio(f) dicte domus bampnita(i)[1] et preconicata fuit quatuor diebus dominicis per placarium comunis Segnie secundum consuetudinem Segniensem.

[1] Mjesto: bannita.

(Drtigi rukopis).

f Ego Johannes filius condam Rigardi examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Andreas condam Francissci de Feraria imperiali auctoritate notarius predictis omnibus dum agerentur interfui, eaque rogatus scripsi et publicaui meoque signo solito roboraui.

Original u arkivu samostana na Trsatu. no. io.

441.

1350. 20. februara. U Zagrebu.

Pred banom Pavlom de Ugal priznaju Andrija i Gjuro, da Donji Vinodol pripada kaptolu zagrebačkom.

Nos Paulus de Wgal banus per inclitum principem dominum Stephanum dei gracia tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie ducem in dictis regnis Slauonie et Croacie constitutus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod, cum vir discretus dominus Stephanus cantor ecclesie Zagrabiensis pro capitulo loci eiusdem cum procuratoriis litteris eorundem in nostra generali congregacione vniuersis nobilibus et aliis communibus hominibus dicti regni Sclauonie de mandato ipsius domini Stephani ducis in persona eiusdemi in octauis diei cynerum pro faciendo causantibus moderatiuo iudicio Zagrabie per nos celebrata, de medio aliorum causidicorum exsurgendo contra Andream filium Cosme et Georgium filium Stephani super facto detencionis cuiusdam possessionis Felseuwynadal vocate ipsi capitulo Zagrabiensi instrumentali robore, vt refertur, pertinere debentis, coram nobis agere voluisset; mox iidem Andreas filius Cosme et Georgius filius Stephani nostri in presencia personaliter comparentes confessi extiterunt viua uoce, vt, quia ipsi dictam possessionem Felseuwynadal vocatam hactenus per ipsos a predicto capitulo Zagrabiensi feudario iure possessam et conseruatam, super cuius facto ex nunc litis materia premisso modo mota extiterat inter ipsos et exorta, ipsi capitulo Zagrabiensi omni veritatis tramitte(!) pertinere debere scirent et cognouissent; ideo ipsi memoratam possessionem Felseuwynadal cum omni sui iuris plenitudine et vtilitatum integritate eo iure et titulo, quo ad idem capitulum Zagrabiense pertinere dinoscitur, cassatis et annullatis omnibus

eorum litteris causalibus, inquisicionalibus, protestacionalibus et aliis quibuscumque sub qualicumque forma verborum vsque modo inter ipsos et dictum capitulum Zagrabiense quoquo modo habitis et confectis, eidem capitulo Zagrabiensi, nulla iurisdiccione, nisi ipsa possessio Felseuwynadal deinceps a dicto capitulo Zagrabiensi sub prediali federe(!) et iure feudario per ipsos possit reoptineri, sibi et suis posteris a modo in futurum reseruata in eadem remisissent, reliquissent et resignassent, ymo iure aliorum saluo in eadem remanente, remiserunt, reliquerunt et resignarunt coram nobis pacifice possidendam. In cuius possessionarie resignacionis testimonium presentes huic capitulo Zagrabiensi litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri auttentici communitas duximus concedendas. Datum Zagrabie, quarto die congregacionis nostre supradicte, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo.

Original u arkivn nadbiskupije u Zagrebu : Privilegia a. 1350. Na hstini nalazi se svilena vrvca crvene boje, pečat je otpao.

Na hrptu savremenc: Priuilegium Pauli bani super possessione nostra Felsou Wynodol.

442.

1350, 23. februara. U Zadru.

Kurija zadarska odredjuje nove ovršitelje opoгuсг Andrije de Sloradis.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragessuno(!) nono, indictione tercia, die vigesimo tercio mensis februarii. Cum constiterit curie, quod Andreas condam Viti de Sloradis ciuis Jadre in suo testamente scripto per me Franciscum ser Manfredi de Placencia notarium et notarium curie Jadre, millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indicione secunda, die vigesimo septimo mensis marcii, ex quadarh cedula seu folio bombicino scripto manu dicti Andree, millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, die vigesimo mensis ianuarii, indicione quinta decima, constituit suos cbmmissarios priorem fratrum Predicatorum de Jadra, qui pro tempore esset in conuentu Jadre et donam Franizam uxorem cbndam Tomasii fratris dicti Andree, et quod dicti commissarii nil facere possent absque uoluntate done Rade uxoris Sue, et quod dicte dona Franiza et dona Rada ambe sunt viam vniuerse carnis ingresše, ex quo prior fratrum Predićatorum solus non potest administrare commissariam predictam, id-

circo magnificus dominus Michael Faletro comes et capitaneus Jadre et sapientes viri domini Petrus Carauello et Nicolaus Alberto eius consiHarii volentes huic defectui prouidere, ser Cressium de Zadulinis condam Viti Donaldi de Zadulinis ciuem Jadre presentem et recipientem in commissarium testamenti predicti condam Andree, loco predicte done Franice, que decessit, per hanc sentenciam subrogarunt. Qui ser Cressius in presencia dictorum dominorum comitis et consiliariorum iurauit corporaliter tactis scripturis ad sancta dei euangelia dictam commisariam bene, legaliter et bona fide regere et administrare. Quibus peractis, dicti domini comes et consiliarii dederunt dicto ser Cressio illam auctoritatem et bayliam in iudicio et extra, quam quilibet ueri et legitimi commissarii habere possunt et debent. Actum Jadre subtus lobia magna Jadre, presentibus ser Francisco Sexenullo de Veneciis habitatore Jadre, Johanne de Varicassis ciue Jadre et aliis testibus rogatis.

(Drugi rukopis.)

Ego Petrus Charuuello (!) consiliarius manu mea scripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Nichollaus Alberto consiliarius manu mea scripsi.

(Signum not.)

Ego Franciscus ser Manfredi de Piacencia imperiali auctoritate notarins ac notarius curie Jadre hoc instrumentum de mandato curie Jadre scripsi et roboraui.

Origmal na pergam. u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 720.

443.

1350, 24. januara. U Križevcima.

Sinovi magistra Pavla sina Jakobova prosvjeduju protiv prodaje dobra Takačeva.

Nos magister Thomas filius Petri comes Liptouiensis et Crisiensis, comites Petrus filius Porog, Benedictus dictus Bela, Blagona filius Jakou et Andreas filius Johannis, quatuor iudices nobilium memorie commendamus, quod Johannes, Mychael, Petrus et Dyonisius filii magistri Pauli filii Jacobi ad nostram accendentes presenciam coram nobis extiterunt protestati, quod predictum Paulum patrem eorum ab alienacione, donacione, vendicione, perpetuacione ac quouis modo tradicione possessio-

narie porcionis sue et eorum in possessione Takachfeulde vocate(!) et aliarum possessionum suarum ipsos contingentes, protestacionem facientes, prohibuerunt coram nobis, et alios quoslibet ab acquisicione et occupacione earum similiter inhibuerunt. In cuius rei testimonium presentibus nostra sigilla autentica duximus apponenda. Datum in Crisio, in quindenis diei cinerum anno domini MCCC quinquagesimo.

Iz orlginalne potvrde bana Petra Zudora od 15. septembra 1376., u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1261.

444.

1350, 2. marta. U Senju.

Elizabeta, udova pokojnoga kneza Dujma dariva samostanu malobraćana u Senju kuiu, Sio ju podigla njezina mati Helena, banica hrvatska.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trećentesimo quinquagesimo, indictione tercia, die sccundo mensis marcii temporibus equidem domini Lodouici dei gracia serenissimi regis Hungarie, venerabilis in Christo patris et domini fratris Porthyue eadem gracia episcopi Segniensis, magnificique viri domini Bartholomei Vegle comitis et ciuitatis Segnie perpetui potestatis Jacobi Veroli et Jacobi iudicum in ciuitate predicta. Actum in ciuitate Segnie in domo egregii Airi domini comitis Gregorii, nati condam bone memorie domini Pauli Croatorum bani, presentibus domino Stephano millite(!) filio domini Mathei Segniensis vicarii, Marino filio ser Cerni de Faffogna de Jadr[a], Francisco condam Nicolai Pauonis de Veneciis et aliis testibus ad hec vocatis, habitis et rogatis. Ibique magnifica domina domina Elizabet relicta olim bone memorie domini comitis Duymi dedit, tradidit, atque donauit ecclesie fratrum Minorum de Segnia unam domum positam in ciuitate Segnie apud domum Jacobi Dessinich et prope domum que fuit Nighe uxoris Yoachimi de Bescha, et a duabus lateribus sunt vie publice, vel si qui sunt veriores confines; quam domum domina Elena genitriz(!) dicte domine Elizabet, olim Croatorum banissa eidem eccleste in suo testamento legauit, ut emerereturl(l) ad habendum, tenendum, possidendum, ita tamen, quod reditus dicte domus in utilitatem et commodum dicte ecclesie et fratrum residentium in loco fratrum Minonim de Segnia pro speciali elemosina et necessitate perpetuo convertendum; quam quidem domutn fratres eiusdem loci vel procurator eorum ulki modo,

ullo ingenio, aut fraude possit dictam domum vendere, donare, alienare, permutare ita, quod ipsius domus dominium in possessionem a]ium(!) transferatur; quam quidem donationem ipsa domina Elisabet promisit firmam et ratam habere, attendere et obseruare et non contrafacere vel venire aliqua ratione. causa vel ingenio. per se vel per alium, nec de ipsa donatione fratribus in dicto Ioco residentibus litem, questionem vel molestiam ullo tempore non inferre nec inferenti consentire.

(Drugi rukopis).

Ego iudex Phylippus de Raducis examinator manum misi.

Ego Andreas condam Francissci de Feraria imperiali auctoritate notarius predictis omnibus dum agerentur interfui, eaque rogatus scripsi et publicaui meoque signo solito roboraui.

(Signum not.)

Original ti arkivu samostana na Trsatu no. 6. E.

445.

1350, 6. marta. Lf Topoloveu.

Ban Pavao Ugal ispisuje na molbu opata Topuskog samostana artikule iz listine kralja Andrije, koji se tiču odnošaja podanika istoga samostana.

Nos Paulus de Vgal per dominum Stephanum dei gracia tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie ducem in dictis regnis Sclauonie et Croacie banus constitutus memorie commendantes tenore presencium quibus expedit significamus vniuersis, quod vir religiosus frater Guillermus abbas monasterii beate virginis de Toplica, sua et tocius dicte ecclesie sue conuentus vice et nomine ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quedam duo priuilegia serenissimi principis domini Andree olym illustris regis Hungarie beate recordacionis, fundatoris scilicet dicti monasterii, vnum anno ab incarnacione domini MCC° decimc primo[1] per manus domini Thome aule sue regie cancellarii et .Vesprimiensis prepositi duplici sub sigillo regio confectum, et aliud anno ab incarnacione domini MCC decimo tercio[2] per manus Thome Albensis prepositi et Hungarie cancellarii sub quodam sigillo eius rotundo emanatum, petens nos humili precum cum instancia, vt quia ipsa duo priuilegia propter viarum discrimina et alios infortunatos casus ad tuicionem

[1] Vidi: Cod. dipl. III. 103.
[2] Vidi: Cod. dipl. III. 116.

seu conseruacionem iurium dicti monasterii continue secum in specie deferre non auderet, ideo quosdam articulos eorundem priuilegiorum ad conseruacionem iurium dicti monasterii plurimum necessarios de eisdem priuilegiis collectiue excipiendo, presentibus nostris litteris priuilegialibus de uerbo ad uerbum transummendo transscribi et sigillo nostro consignari facere dignaremur. Qui quidem articuli dictis duobus priuilegiis ipsius domini Andree regis de uerbo ad uerbum talibus uerborum prolacionibus inuenti fuisse dignoscuntur: Principaliores quoque et seruicia, que nos ipsi tempore ducatus nostri de eodem comitatu recepimus annuatim presenti pagine duximus inserenda; pro marturinis vnaqueque mansio viginti quatuor frisaticos soluere tenetur annuatim; ab hac autem marturinarum solucione nullus exemptus est preter quinque, quorum hec sunt nomina: Bremiue[1] in Bouicha, Wlkan, Berkis[2], Bogdan et Gostue;[3] istorum quinque iobagionum quilibet cum fratribus vterinis et nepotibus debent ecclesie tres pensas annuatim et descensum tenere, porcos vero regios debet ecclesia de tota[4] terra sua colligere ita, quod nullus ab eorum solucione sit exemptus.[6] Omnes uero isti supradicti, qui soluant tres pensas per totum regnum Hvngarie ad iussionem abbatis uel illius qui vices eius mandato ipsius suppleuerit, quociens iussi fuerint, propriis equis et sumptibus ipsi et heredes eorum ire tenentur, et si ire noluerint, abbatis iudicio subiacebunt[6]. Homines de foro Toplice preter marturinas reddere debent tunellam[7] vini, bouem vnum et de singulis domibus panem vnum et hoc ter in anno, scilicet in natali domini, in pascha, in assumpcione beate virginis.[8] Preterea sciendum est, quod hospites de foro Toplice singulis annis decem pensas frisaticorum eidem ecclesie soluere tenentur: In natiuitate quinque pensas et in pascha quinque pensas preter marturinas, quas sicut alii soluant[9]. Hospites autem et castrenses omnes prenominati comitatus soluant monasterio Toplice singuli de singulis mansionibus annuatim cubulum vnum frumenti et alium auene, cuius mensura erit quatuor pugnorum et quatuor digitorum a festo sancti Mychaelis vsque ad festum omnium sanctorum, sicut et marturinas et collectoribus duas pagachias et cubulum vnum

[1] U Iistini Andrijinoj: Bremiuer.
[2] U listini: Werlcis.
[3] U listini: Gostowe.
[4] Pisano: toto.
[5] Iz listine od g. 1211.
[6] Iz hstine od g. 1213.
[7] Pisano u listini: tonellam,
[8] Iz listine od g. 1211.
[9] l>. listine od g. 1213.

auene et gallinam unam[1]. Nos siquidem iustis et legittimis peticionibus prefati patris Guillermi abbatis de Toplica fauorabiliter inclinati predictos articulos seu clausulas necessarias de eisdem duobus priuilegiis prememorati domini Andree regis collectiue excipiendo, sine diminucione et augmento aiiquali presentibus[2] nostris litteris priuilegiaiibus de uerbo ad uerbum inseri, sigillo nostro autentico consignari vberiorem ad cautelam. Datum in Thopolcha, sabbato proximo ante dominicam letare, anno domini MCCC quinquagesimo

Iz kodeksa: Privilegia monasterii beate virginis Maria de Tophca. no. 16.

Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu : I. B. XI 15.

Kukuljević Jura regni J. p. 116.—117.

446.

1350, 7. marta. **U Kotoru.**

Brate iena pokojnog Marina Gehe sa sinof/i si Teodorom zalaiu svoju kuću nekomu Grussi.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tercia, die septimo marcii. Ego Brathe . . vxore quondam Marini Gelie vna cum filio meo Theodoro apignoramus Grusse domum nostram que fuit Marini Crano et confinat cum domo Pasqualis Mfarlgini et cum domo Luce Dobrene, quam domum sibi apignoramus pro perperis treginta(l) de cruce ita, quod, si nos non rescatauerimus dictam domum vsque ad octo dies proximos venturos, quod sit dicti Gruse in vendicione finita secutam et scalupniatam cum omnibus pertinenciis et portatibus suis super nos et omnia bona nostra. Actum Chatari, in presencia iurati iudicis Dragonis Marcii Dragonis et auditoris Mathei Abrae.

Ego Bartholomeus Andree de Tribubaxilicis de Padua puplicus(l) imperiali auctoritate et nunc communis Chatarensis iuratus notarius hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et puplicaui.

(Signum not.)

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplomata a. 1350.

[1] Iz listine iste.
[2] Slijedi neispisani dio linije.

447.

1350, 25. marta. U Rimu.

Gvido kardinal, papm legat izopćupe radi neplaćanja desetine kaptolu zagrebačkomu križare metličke i one, koji ih pomaiu.

Guido miseracione divina tituli sancte Cecilie presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, universis et singulis abbatibus, prioribus, prepositis, archidiaconis, decanis, archipresbiteris, rectoribus et clericis ecclesiarum quarumcumque regni Hungarie, ad quos presentes littere peruenerint salutem in domino. Dudum per alias nostras certi tenoris litteras vos et vestrum singulos moneri mandavimus Lypoldum sacerdotem in ecclesia sancti Georgii de Viuodina, Henricum, Orthalfum et Jacobum in ecclesia sancte Marie de Methlika, Gonslaum in ecclesia sancti Petri de Foro, Thomam de Chernomel, Marcum et Thomam in ecclesia sancti Stephani regis Hungarie de Zemch, Detricum in ecclesia sancti Bartholomei de Syhenstan, Andream et Corardum in ecclesia sancti Martini et Radozlaum in ecclesia sancte crucis de Vinnicha et alios universos et singulos sacerdotes in districtibus de Methlica, de Syhenstan et Syhembergh et Henricum commendatorem et fratres domus hospitalis sancte Marie Theothonicorum, regni predicti, racione sentenciarum prolatarum contra ipsos et ipsorum quemlibet per dilectum in domino Johannem abbatem monasterii de Zagrabia, ordinis Cisterciensis, civitatis Zagrabiensis predicte et Ladizlaum priorem conventus sancti Nicolai de Zagrabia, ordinis Predicatorum, iudices a sede apostolica deputatos, ad instanciam Johannis archidiaconi de Guerche in ecclesia Zagrabiensi et ipsius archidiaconatus super recepcione sacramentorum ab ipso archidiacono, et cura animarum ac legittime parochianorum dictarum ecclesiarum et occasione denunciacionis excommunicacionis exinde subsecute, quatenus ipsi et quilibet ipscrum infra certum terminum in dictis nostris litteris comprehensum, per vos statuendum procurarent canonice se absolvi a dictis excommunicacionum sentenciis, alioquin conpareant coram nobis seu dilecto magistro Bartholomeo de Bostario, preposito Caslacensi, sacri palacii apostolici et nostro generali auditore, personaliter responsuri, dicturi et ostensuri causam racionabilem, quare contra ipsos, tamquam contra suspectos de heresi, procedere minime deberemus, prout hec et talia in dictis nostris litteris seriosius continentur, quod quidem facere contempserunt in dicti archidiaconi grave preiudicium et iacturam, prout per litteras vestrum Leonardi, omnium sanctorum de Ozel, et Iwan, sancti Viti de Ozel, rectores Zagrabiensis dyoecesis, nobis extitit facta fides. Quare pro parte dicti archidiaconi iuit nobis humiliter supplicatum, ut contra dictos omnes et singulos sacerdotes et fratres procedemus iusticia mediante, et cogeremus eosdem ad observacionem sentenciarum predictarum litterarum contra eos per dictos sedis apostolice delegatos. Nos igitur suis supplicacionibus inclinati vobis et vestrum cuilibet in solidum, qui pro parte dicti Johannis archidiaconi fueritis requisiti, seu eciam requisitus, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum singulos, trium dierum canonica monicione premissa, ferrimus in hiis scriptis, si in infrascriptis negligentes fueritis vel remissi. Districte precipiendo mandamus, quatenus dictos presbiteros et fratres singulariter monitos iuxta formam dictarum sentenciarum excommunicacionum, de quibus vobis liquebit, excommunicatos publice nuncietis in vestris ecclesiis, dum ad divina populi convenitur multitudo, campanis pulsatis, candelis accensis pariter et extinctis et tam diu, donec a dictis delegatis vel a superiore suo absolucionis beneficium meruerint obtinere, invocantesque subsidium iuris et ad cogendum eosdem et quemlibet ipsorum ad observacionem dictarum sentenciarum auxilium brachii secularis, cum intimacione, quod contra ipsos, tamquam contra suspectos de heresi procedetur, si in dicta sua contumacia duxerint persistendum. Datum Rome, apud sanctum Grisogonum, anno domini MCCCL., indiccione tercia, die vicesima quinta mensis marcii, pontificatus domini Clementis pape VI., anno octavo.

Farlati Illyr. sacr. V. 432.—433.
Tkalčić Mow. episcop. Zagrab. II 54.—55.

448.

1350, 25. marta. U Rimu.

Guido kardinal iegat opominje Ivanovce križare radi plaćanja desetine kaptolu zagrebačkomu.

Guido miseracione divina tituli sancte Cecilie presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, venerabili in Christo patri episcopo Zagrabiensi et dilectis in domino abbatibus, prioribus, prepositis, archipresbyteris, decanis, archidiaconis, rectoribus et clericis ecclesiarum quarumcumque civitatum et dyoecesis Zagrabiensis predicte, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Dudum per alias nostras certi tenoris litteras vobis et vestrum cuilibet, ad quem vel ad quos forent presentate, directas, mandavimus moneri fratres hospitalis sive domus sancti

johannis Iherosolimitani in dyoecesi Zagrabiensi constitutos, occasione decimarum de cellariis domorum predicti ordinis in dicta Zagrabiensi dyoecesi constitutis. quatenus infra certum terminum in dictis nostris litteris conprehensum, secundum pacta et convenciones inita inter ipsos fratres ex una parte, et dilectos in Christo capitulum et canonicos ecclesie Zagrabiensis predicte ex alia, per dilectum in domino Philippum de Gragnana, fratrem dicti ordinis, tunc visitatorem dicte domus de consilio et consensu ipsorum fratrum et dictorum canonicorum et capituli darent et solverent dictis canonicis et capitulo dicte Zagrabiensis ecclesie nomine et occasione dictarum decimarum novem fertones de sexaginta denariis pro quolibet fertone, quos dare tenentur et debent singulis annis pro spacio octo annorum proxime preteritorum, aut amicabiliter conponerent cum eisdem canonicis et capitulo, et quod deinceps a turbacione, molestacione et inquietacione ipsa desisterent, sub pena et sentenciis in prefatis aliis nostris litteris emanatis, prout in eisdem litteris premissa et alia seriosius continentur, nisi vellent causam racionabilem allegare, propter quam ad illud minime tenerentur, ad quam allegandam et proponendam coram nobis seu dilecto magistro Bartholomeo de Bostario, preposito Caslecensi, sacri pallacii aposto'ici et nostro generali auditore et capellano conparere procurarent infra certum terminum eis assignatum per vos, iam elapsum, in quo termino ipsi fratres, nec aliquis pro eis conparere curarunt, procuratore dictorum canonicorum et capituli conparente, et quantum debuit expectante ac ipsorum contumaciam accusante; quare per nos contumaces reputati fuerunt et declarati in dictas sentencias incidisse. Nos igitur eorum supplicacionibus inclinati, vobis et vestrum cuilibet in solidum, qui pro parte dictorum canonicorum et capituli fueritis requisiti, seu eciam requisitus, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, vobis vero domino episcopo, cui ob reverenciam vestre pontificalis dignitatis deferre volumus, sub pena interdicti ingressus ecclesiam, si infra predictum trium dierum spacium distuleritis, et si post illos tres dies per alios inmediate sequentes animo substitueritis indurato, suspensionis a divinis. Et si per alios tres dies in.profundum malorum venient, quod absit, sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet et aliorum omnium predictorum, trium dierum predictorum, canonica monicione premissa, ferimus in hiis scriptis, si ea que in hac parte precipimus neglexeritis sive distuleritis contumaciter adimplere, districte precipiendo mandamus, quatenus dictos fratres, dicte domus hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani, singulariter per vos monitos, quos nos, premissa canonica monicione, declaramus excommunicacionis sentencias in dictis nosfris Htteris contentas incidisse, excommunicatos publice

propter eorum contumaciam nuncietis in vestris ecclesiis, dum maior populi multitudo convenerit ad divina, campanis pulsatis, candelis accensis pariter et extinctis et tam diu, donec a nobis vel a superiore nostro beneficium absolucionis meruerint obtinere. Invocantes nichilominus ad observari faciendum dicta pacta contra dictos fratres, si opus fuerit, et ipsi capitulum et canonici vos duxerint requirendos, in subsidium iuris, auxilium serenissimi principis et regis Hungarie et omnium aliorum iudicum secularium regni predicti. Datum Rome, apud sanctum Grisogonum anno domini MCCC quinquagesimo, indiccione tercia, die vicesima quinta marcii, pontificatus domini Clementis pape VI anno VIII.

Original na pergamenl veoma nečitljiv u arkivu zagreb. kaplola: Acta capituli antiqua, fasc. 5. no. 22.

Na listint visi končana vrvca s ulomkom pečata.

Nečitljiva mjesta popunjena su po prijepistt originala čazmanskoga kaptola od g. 1513., koji se nalazi u istom arkivu: Acta cap. ant. fasc. 5. no. 29. i po Tkalčiću.

Fejer Cod. dipl. Hung. IX. 1. p. 791.—793.

Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 57.-—58.

449.

1350, 7. aprila. U Budimu.

Sijepan herceg hrvatski stanovnicima Ključa (Trga) kraj Ozlja potvrdjuj'e slobode dane im od frvanj'ih banova.

Stephanus dei gracia dux tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie fidelibus suis villico, iuratis et vniuersis hospitibus de Kulch prope castrum Ozul existentibus salutem et graciam. Noueritis, quod quia ex relacione magistri Stephani filii Michaelps castejllani dicti castri nostri Ozul extitimus informati, vt uos in tali loco existitis et residenciam facitis v. . . . . ecesse fieret contra nostros et regni nostri emulos vos defendere possetis, ideo nos in libertatibus vestris. . . . . . . tempore Mychk(!) et Nicolai filii Stephani quondam banorum dictorum regnorum Sclauonie et Croacie stare et con. . . . . . . consueti uolentes assecuramus vos et testimonio presencium uobis concedimus et annuimus, ut in eisdem [libertatijbus in quibus tempore dictorum banorum stetytis(l) stare et commorari uelitis et iuxta vestram possibilitat[em mujniciones et fortalicia pro conseruacione personarum et rerum vestrarum edificare

et facere debeatis, quia nos vltra libertates. . . . . vos grauare et grauari facere non intendimus. Datum post octauas festi passce(!) domini, anno eiusdem M°CCC° quinquagesimo.

Original na pergameni veoma oštećen kod imo'one opc'me u Trgu kod Ozlja.

Na hrpiu bio pritisnut veliki pečat, ispod kojega je napisa.no: Relacio Ladislai filii Teudeus.

450.

1350, 9. aprila. U Zagrebu.

Pavao Ugal ban proglašuje, kako je Mikac sin Klementa jedan diozemlje otpustio kaptolu zagrebačkomu.

Nos Paulus de Wgal, per inclitum principem dominum Stephanum dei gracia tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie ducem, in dictis regnis Sclauonie et Croacie banus constitutus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum inter Mykech filium Kelemes, iobagionem castri Zagrabiensis de Campo, actorem ab una, et inter honorabile capitulum ecclesie Zagrabiensis in causam attractum parte ex altera super facto metarum cuiusdam possessionis. ipsius Mykech, Hrychen nominate, eidem hereditarii iuris titulo per.tinere allegate, et in eo sciiicet loco, ubi mete piedicte possessionis, ipsius Mykech, Hrychen, possessioni predicti capituli Prelaka vocitate contigue vicinaretur, habitarum, eoquod ydem Mykech magnam particulam dicte possessionis sue Hrychen per idem capitulum Zagrabiense tempore reambulacionis et metarum ereccionis eiusdem possessionis Prelaka, mediantibus regio et capituli ecclesie Quinqeecclesiensis hominibus, ut referebat in sui absencia facte extra verarum et antiquarum metarum dicte possessionis Prelaka cursus occupatam fuisse, et ad dictam possessionem eorum Prelaka in sui iuris preiudicium applicatam extitisse referebat, quam quidem particulam terre idem capitulum Zagrabiense ad dictam possessionem eorum Prelaka vigore efficacium privilegialium litterarum. serenissimi principis domini Andree, olym incliti regis Hungarie, clare recordacionis ipsi capitulo pertinere debentem spectare et inter metas eiusdem veras et antiquas in dictis litteris priuilegialibus seriose contentas adiacere, prefatus -vero Mykech ad predictam possessionem suam Hrychen, hereditario iure, ut prefertur, ipsum contingentem pertinere et inter eiusdem metas esse et existere contrariose allegabant; primum coram magnifico viro domino Nicoiao filio Stephani, quondam dictorurrt

regnorum bano litis materia suscitata diuciusque coram ipso domino Nicolao bano iuxta quamplurium litterarum eiusdem continecias(f) diuersimode ventilata, et demum tempore procedente, honore dicti banatus per regiam maiestatem ab ipso ablato, causa parcium prenotata in presenciam domini Nicoiai de Sceech, olym similiter dictorum regnorum bani, in quem honor dicti banatus ex regie maiestatis diieccione redactus extiterat, pro maturiori deliberacione habenda, deducta et in eius presencia iuxta seriem litterarum eiusdem multimode prorogata extitisset, postremoque ipsa parcium disceptacionis causa, adepto interim per nos divina inspirante gracia a dicto domino Stephano duce dicti banatus honore, per litteras dicti domini Nicolai bani nostram in presenciam deuenta, et ad primam congregacionem nostram in octavis diei cynerum proxime preteritis Zagrabie per nos celebratam pro finali decisione in eadem habenda, dilatata et deinde iuxta seriem litterarum nostrarum ad nunc instantes octavas festi passce domini sub forma faciende pacis prorogata extitisset. Ipso siquidem termino occurrente, prenominato Mykech filio Kelemes personaiiter ab una, et discreto viro, domino Johanne archydiacono de Guerche pro ipso capituio Zagrabiensi cum procuratoriis litteris eorumdem parte ex altera coram nobis constitutis, petita prius et obtenta a nobis reformandi licencia, per predictum Mykech filium Kelemes propositum extitit organo vive vocis et relatum, ut licet ipse predictum capitulum Zagrabiense super facto dicte particule terre litigiose, quam a predicto capitulo nomine premissi sui iuris coram nobis iuris ordine premisso modo requirebat, legitime in causam attraxerit. Tamen, quia predictam terre particulam litigiosam, cerciori investigacione prehabita ad possessionem dicti capituli Zagrabiensis Prelaka antedictam omni iure pertinere debere et intra metas eiusdem veras et antiquas in dictis litteris privilegialibus dicti domini Andree regis seriose contentas existere, ex serie earumdem litterarum priviiegialium domini Andree regis veridice cognovisset; ideo predictam terre particulam litigiosam super cuius facto premissa litis disceptacio mota et hactenus inter ipsos pretacto modo fuisset ventilata, ipsi capitulo Zagrabiensi cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis iuxta seriem earumdem litterarum priuilegialium domini Andree regis et cursus metarum in eisdem seriose expressarum, nulla iuris proprietate, hullbve dominio amodo in posterum sibi et suis successoribus reservatis in eadem, relinquisset, remisisset et resignasset, ymmo ex nunc nostri in preseneia reliquit et remisit et resignavit perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam semper et habendam. In cuius possessionarie fešignacionis testimonium firmitatemque perpetuam, - ne premissa possessionaria resignacio tractu temporis calumpniancium importunitate possit et'valeat

retractari, presentes ipsi capitulo Zagrabiensi litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas duximus concedendas. Datum Zagrabie, sexto die octavarum festi passce domini predictarum, anno domini M°CCC° quinquagesimo.

Original na perg. Na crveno-zelenoj svlleno] vrvci visi pečat. — U arkivu kapt. fasc. 23. no. 7. Prepisao Ivan Tkalčić.
Laszowski Spom. Turop. I. 65.—67.

451.

1350, 15. appila. (U Požegi.)

Presuda županijskog suda.

Nos magister Paulus filius Laurencii comes de Posaga et Magas filius Petri comes terrestris damus pro memoria, quod feria quinta proxima post quindenas festi pasce domini nunc preteritas Thomas filius Ladislai in persona magistri Leukus filii Petri conparuit in termino coram nobis contra Mathe filium Johannis de Ziuuynna legitime citatus, sicut dixit, qui non venit nec misit aliquam personam pro se responsalem, vnde decreuimus ipsum in iudicio remansisse. Datum feria quinta supradicta, anno domini millesimo CCC° quinquagesimo.

Na hrptu: Pro magistro Leukus filio Petri contra Mathe filium Johannis de Ziuuyna iudicialis.

Original na papiru u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti : M. O. D. L. no. 33.961. — Stara signatura N. R. A. fasc. 1598. no. 7.
Na hrptu listine bila su pritisnuta dva mala pečata.

452.

1350, 15. aprila. U Vaioni.

Jovan despot Komnin potvrdjuje, da mu je dubrovački vlastelin Miho Bunić sve namirto za kupljenu stoku.

Ego Giue de Parmegano, noder schauonesco, exenplai la letera, che manda lo despoto Chomnin a misser lo conte et al comun de Ragusa.

† Іωаннꙋ деспотꙋ Коминнꙋ[1] кнезꙋ Пирꙋ Үꙋстинанꙋ и властеломь и опкине дꙋбровеүкои. Да знаѥте, моꙗ братѥ, Михо Бꙋна що ми ѥ биль дажень, все ми ѥ платил и не ми нищоре дльжень, ноү ми ѥсть гость и приꙗтэль, и да име нигде забаве, где кѥ поити. И пишите ꙋ ваше катастихь, како ми ѥ Михо платиль, да мꙋ ѥ исправьно.

Hec est copia unius apouillie et securitatis misse domino comiti et communi Ragusii ex parte dispoti Auallone, reductum (!) de slauonesco in latinum per Johannem de Parmigiano, notarium communis slauonescum, et exemplatum per me Sofredum de uerbo ad uerbum.

Joan dispoto Chomnin a misser Piero Justinian, conte de Ragusa, et a gentili homini et alla comunita de Ragusa, et a gentiii homini et alla comunita de Ragusa. Sappie, miei fradelli, Micho de Bona quello, che me fo debitor, tucto si me a pagado et non me e debitore, mente e si me se hospido et amico, et che non abia in nigun luogo cagione, la che andera. E scriue in lo uostro catastico, como Micho si me pagado, che abia driteea.

U istoj knjizi 16. aprila 1350. zapis: »Michel de Bona facit remissionem »de non petendo ulterius aiiquid super bonis condam ^anini <Jorci de Veneciis neque eius fratri Franceschino de debito desspoti de a Uallona, ad quod ipse (Janninus Qorci armiraia de la Uailona et cauallarius eiusdem loci, Pascha filius ser Petri de Ragnina et dictus Michael erant obligati occasione quarundam specierum et quarumlibet aliarum rerum dicte societatis«. *Isto i ser Petrus de Ragnina:* »ad quod dictus (Janinus (Jorci, Michael de Bona, Pascha predictus armiraia de Valona et caualarius erant obligati desspoto de Valona occasione quarundam specierum et aliarum rerum emptarum per ipsos in societate *3.* dicto desspoto«.

Dwersa cancellariae g. 1349.—1356. u dubrovačkom arkivu.
Jireček Spom. srp. br. 12, pag. 29.—30.

[1] U izvortiiku bit će bilo grčki: *'Iaidvvov zov Sianirov Kofivtjvov.*

453.

1350, 22, aprila. (U Požegi.)

Presuda iupanijskog suda.

Nos magister Paulus filius Laurencii comes de Posaga et Magas filius Petri comes terrestris damus pro memoria, quod feria quinta proxima ante festum beati Georgii martiris nunc preteritum Thomas filius Ladislai in persona magistri filii (!) Petri conparuit in termino coram nobis contra Mathe fiiium johannis de Zuuynna legitime citatus, sicut dixit, qui scilicet Mathe non venit, nec aliquam personam pro se responsalem misit, vnde decreuimus ipsum in iudicio remansisse. Datum feria quinta supradicta, anno domini millesimo CCC° quinquagesimo.

Na hrptu: Pro magistro Leukus filio Petri contra Mathe filium Johannis iudicialis.

Original na papiru u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O.D.L. uo. 33.962. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1598. no. 7.
Na hrfitu bila su pritisnuta dva pečata.

454.

1350, 22. aprila. D Zadru.

Oporuka Dimine pokojnog Bogdana Culeraxa.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione . eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tercia, die vigesimo secundo mensis aprilis. Tempore incliti domini domini Andree Dandulo dei gratia Venecie ducis, reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris archiepiseopi Jadrensis, et magnifici domini Michaelis Faletro comitis et capitanei Jadre. Actum in canzellaria Jadre, presentibus Stanco condam Stephani de Tinino, Radono condam Radoslaui, habitatoribus Jadre, et aliis testibus rogatis. Cum morte nil sit certius et dies mortis ab omnibus ignoretur, idcirco Dimina condam Bogdani Culeraxa de jadra, sana mente, intellectu *et* corpore, predicta considerans intendensque peregrinari Romam, tale du suis bonis omnibus infrascriptis suum condidit testamentum perpetuo ualiturum, in quo suas commissarias constituit et esse uoluit et ordinauit sororem Mirram et sororem Thomasinam, moniales monasterii sancti Nicolai de Jadra, ita quod teneantur ipse commissarie et quelibet, que succederet in hac commissaria, coram temporali dominio respondere. Et si dicte commissarie et quelibet, que succederet, decederent, tunc uoluit, quod abbatissa dicti monasterii, que tunc foret, sit eius commissaria et quelibet abbatisse, que succederent. Primo legauit dicto monasterio sancti Nicolai predicti omnia sua bona mobilia pro anima ipsius testatricis. Item uoluit et ordinauit, quod omnia sua bona stabilia uendi debeant per suas commissarias et dari et distribui pro anima sua et predictos legatarios in ,predictis legatis sibi heredes instituit, que bona sua dixit esse infrascripta: Primo vna domus, posita in confinio sancte Marie presbiterorum; item vna domus, posita in confinio sancti Francisci, que est in pignore pro libris septem paruorum; item vna vinea, trium gognay in insula sancti Michaelis; item clapi sex terre, posite in dicta insula sancti Michaelis; item, dixit se habere in deposito vnam capsellam penes dominam abbatissam monasterii sancte Marie monialium de Jadra cum certis rebus in pignore pro ducatis duobus auri; et vnum lectum pennarum et vnum lebetem et unam calderam penes dictam dominam abbatissam sancte Marie; item dixit, quod Petruca debet sibi libras quatuor paruorum. Hoc uoluit esse suum ultimum testamentum et dispositionem sue ultime uoluntatis, quod ualere uoluit iure testameriti, et si iure testamenti non ualeret, uoluit quod ualeat iure codicillorum et cuiuslibet aiterius ultime uoluntatis, omni iure et modo, quibus melius ualere poterit et tenere, dans et concedens dictis commissariis suis illam auctoritatem et bayliam in iudicio et extra, quam quelibet uere commissarie habere possunt et debent.

(Drugi rukopis.)

Ego Coradus de Padua, notarius ciuitatis Jadre examinaui et subscripsi.

(Signum not.)

Ego Franciscus ser Manfredi de Placencia imperiali auctoritate notarius ac notarius curie Jadre, hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 208.

455.

1350, 27. aprila. D Dubrovniku.

Testamenat Stane supruge Blaža de Sorento.

]o Stane, uxor de Blasio de Sorento faco mio testamento.

Inprima dedi in dota a Blasio marido mio perperi miile cinquecento, secondo che in la carta scripta per man de nodar se conten. Et dico che in questo numero fo posta la vigna, la qual io aco in (Jupana et li arnesi et lo arcento et tuta la massaria de casa et ioauro, lo quai io aue in le oreche; excepto li mei drapi, li quali forono dati de plu. La qual vigna fo de Maria fiola de Slaui becharo, la qual io compray dalla dicta Maria, quando quella se marida a Tragura. Della qual uigna fo fata uendicion a Sclaui suo padre, aco che non me fosse subtrata. Et io aco soura lo dicto Sclaui una carta de nodar de perperi trecento de debito, li quali. io Stana pagay de li mei proprii questa vigna. Si alguno uolesse dire per lo dicto Slaui soura quella, uoglo che se domandi li dicti perperi trecento cum la predicta carta.

Et similemente aco una altre carta de nodaro de perperi L soura lo dicto Slaui, uoglo che se domandi per lo simile et che se compute in lo mio perchiuio.

Inprima uoglo, che de questo mio perchiuio se dia perperi .mille per mal tolcto, li quali io aui mal quadagnando, furando da tuto lo mondo in tauerna et in altri mali guadagni, se che la conciencia me acusa che non son mei.

Et se algun me uolera inpacar a questo mio testamento, sia tegnudo a render me rason inanci la faga della maiestade in suo eudisio in perco, che io me acuso delo mal, che io aco fato, et excuso lanima mia, como ami meglo par, lo qual mal tolcto se dia in arbitrio deii mei pitropi como a quelli meglo parera. Tanto prego quelli, che abiano misericordia de [poueri et de orfane, per maritason de quelle tante quante se pora maridare, che se maride per boni homeni et in uestimenti et nutrimento de poueri, infin che sera dato questo mal tolcto.

Item uoglo che se dia per decima in primicia perperi X.

Et se dia a Blasio marito mio perperi ducento della dota mia.

Item se dia pro lanima de Sciaui el Stane, uxor sua, perperi CL, li quali me acusa la consciencia auer del facto, di quelii, li quali denari se dia per mane deli mei pitropi in cantar messe ali frari Menori et ali preuedi tuti della terra.

Item se dia a -dom Laure, padre mio spirituale, perperi XX.

Item se dia perperi XX. a Drase, nepoca de Stane de Sliuenne, di quelli perperi CL., ii quali si de dare per 1'anima de Slaui et de Stane.

Item se dia messe -cinquecento ali frari Menori.

Et messe trecento se dia ali frari Predicadori.

Item se faca cantar messe seicento in la glesia de sancta Maria Maoor.

Et se dia messe CL. alo monastero de Achxa.

Item se dia messe C alo monaster de Lacroma.

Et se dia messe L alo monastero de sancto Andrea de Pelago.

Et se alguna cossa remanesse, se dia in uoluntade et arbitrio dei mei pitropi.

Et uoglo, che tuti li mei drapi da uestire se uenda statim.

Et cum quelli detti uoglo che sia maritata Dobra fante mia. Et si quella morisse inanci che fosse maritata, che sia maritata laltra, como meglo parera alli mei pitropi.

Et soura tute queste cosse faco mei pitropi et comissarii Angelo de Mathei, Michel de Mathio Tragurino, Pasche Orese et Cjue de Parmiesano.

Et voglio, che li mei pitropi abia per lor fatiga perperi XX. et se caso uegnisse, che dio cessi, che tuti li mei pitropi morisse inanci la dispensacione <iel mio testamento, uoglo che sia mei pitropi li thesaureri de sancta Maria, et uoglo che nessuna persona, si parenti como stranieri, possa se inpacar de questo mio testamento, ne ah mei pitropi possa domandar alguna rason per algun modo overo incegno in perco che io me infido di quelli.

Arkiv blagog djela u Dubrovniku knjlga 3. br. 326.
Preplsao dr. Karlo Kovac.

456.

1350, 29. aprila. U Budimu.

Stjepan herceg prima u zaStitu udovu Bartola Marcelta i njezine sinove.

Stephanus dei gracia tocius Sclavonie, Croacie et Dalmacie dux, fideli suo magistro Thome filio Petri comitis, Lyptoviensi et Crisiensi ac castellano de Chokakw salutem et graciam. Noveritis, quod nos nobilem dominam relictam Stephani filii Bartholomei de Marceltw, item Petrum et Nicolaum filios eiusdem, nec non possessiones, famulos et iobagiones

suos, ac ad ipsos pertinentes universos, in nostram recepimus proteccionem et tutelam specialem. Quapropter fidelitati vestre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus predictam nobilem dominam relictam Stephani filii Bartholomei, et dictos filios suos, item famulos et iobagiones suos cum possessionibus eorum universis ab orrmibus indebite molestare et inquietare volentibus vice persone nostre protegere debeatis et tueri. Aliud pro nostra gracia et dileccione non facturi. Datum Bude, feria quinta proxima post festum sancti Georgii martyris, anno domini M°CCC° quinquagesimo.

Izvana ispod potrtog pečata : Relacio magistri Thome Jilii Petri.
Prepisao Deszo Veghely iz originala na pergameni iz Marcaltaljske[1] *pismohrane.*
Nagy Cod. dipl. patrius I. p. 207. no. 136.

457.

1350, koncem aprila[2]. (U Požegi).

Presuda županifskoga suda.

Nos magister Paulus filius Laurencii comes de Posaga et Magas [filius Petri comes terrestris damus pro memoria quod feria] . . . festum beati Georgii martiris, Thomas filius Ladislai in persona Mfagistri Leukus filii Petri] . . . . . Johannis de Zuuynna legitime citatus sicut dixit, qui scilicet . . . . Thomam legitime expectatus vsque sero, vnde debite eundem con . . . . . . domini millesimo CCC° quinquagesimo

Na krptu: [Pro magistro LeukusJ filio Petri [contra Mathe filium] Johannis de [Ziuuyna iidiciales].

Original s desna manjkav na papiru u kr, ugar. drž. arkivu M. O. D. L. no. 35.963., — Stara sign. N. R, A. fasc. 1598. no. 7.
Na hrptu bifase prhisnut mali pečat.

[1] Marczalito.
[2] 22. aprila (?).

458.

1350, 10. maja. U Požegi.

Pred kaptolom poieškim prodaju sinovi Vadakovi svofu zemlfu sinovima Stjepanovim.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posega memorie commendamus per presentes, quod Kazimer et Habach fiiii Vadak filii Dragizlov de Vorsan ab una parte, Petrus, Thomas et Nicolaus filii Elye filii Stephani ex altera, coram[1] nobis personaliter constituti[1] iidem Kazimer et Habach confessi sunt oraculo viue vocis, quod ipsi thotales(l) particulas terre eorum ipsis iure hereditario contingentes, inter generaciones predictorum filiorum Elye in Vorsan habitas, ipsis per modum divisionis deventas, cum omnibus utilitatibus, videlicet sessionibus, molendinis, fenetts, silvis et terris arabilibus ac quibusvis attinenciis, prenominatis Petro, Thome et Nicolao filiis Elye pro decem marcis promptorum denariorum veronensium, ut dixerunt, ab eisdem receptis, dedissent et vendidissent iure perpetuo in heredum heredes possidere, tenere pariter et habere; dixerunt eciam iidem Kazimer et Habach filii Vadak, quod terras eorum impignoraticias[r], que apud quemcunque vel apud quoscunque esse dinoscerentur, iidem filii Elye redimendi liberam et securam habebunt facultatem, tamquam propria eorum cum persona; presentes vero, dum nobis reportate fuerint, nostro priuilegio confirmabimus. Datum feria secunda proxima post festum ascensionis domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo.

Iz originalne potvrde istoga kaptola od 21. februara 1401. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 4126. — Stara sign. N. P. A. fasc. 1589. no. 1.
Nagy Cod. dipl. Andeg. V. 375.—376.

459.

1350, 17. maja. U Budimu.

Stj'epan herceg hrvatski vraća neke posjede, koje fe iio oduzeo.

Nos Stephanus dei gracia tocius Sclavonie, Croacie et Dalmacie dux, significamus presencium per tenorem quibus expedit universis me-

[1]—' Iznad linije.

morie commendantes, quod licet Paulum filium Omodei de Abraam et Nicolaum filium Andree de Rendes super facto quarumdam porcionum possessionarium in presenciam domini regis, fratris nostri karissimi in causam attrahi fecimus, tamen tunc ex benignitate ducali, tum eciam pro eo, quia easdem ipsorum Pauli filii Omodei et Nicolai filii Andree ex veridica relacione fore percepimus, ideo easdem ipsi Paulo filio Omodei et Nicolao filio Andree duximus restituendas et testimonio presencium eisdem et per ipsos heredibus eorum restituimus et resignavimus pleno iure cum omnibus utilitatibus et pertinenciis earumdem universis; vobis itaque officialibus nostris in possessionibus nostris ducalibus nunc constitutis et in futurum constituendis, quibus presentes ostendentur, precipimus firmiter et districte, quatenus predictum Paulum filium Omodei et Nicolaum filium Andree et ipsorum heredes racione predictarum porcionum possessionariarum molestare vel aliqualiter perturberare non audeatis, sicut nostram graciam offendere formidatis. Datum Bude, feria secunda proxima post festum Penthecostes, anno domini M°CCC° quinquagesimo.

Zala vdrmegve torte'nete I. p. 500—501. no. 313.

460.

1350, 21. maja. U Zadru.

Grizogon archidjakon zadarski i Georgije pleban sv. Marije kao opunovlaštenici biskupa Demetrija vikara nadbiskupa zadarskog zavrgavaju parnice podignute firotiv samostana sv. Nikole radi kolekte ili pristojba fiafiins/гomu legatu kardmalu Guidonu.

In nomine dei eterni amen. Anno natiuitatis domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tercia, die XXI. mense madii. Tempore domini nostri domini Andree Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendissimi in Christo patris et domini domini Nicolay de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia archiepiscopi Jadrensis, ac egregii viri domini Michaelis Faletro hojiorabilis comitis et capitanei Jadre. Cum reuerendus in Christo pater et dominus dominus Demetrius dei et apostolice sedis gracia episcopus Petenensis et generalis vicarius in spiritualibus et temporalibus supradicti domini Nicolay archiepiscopi Jadrensis, fecerit quosdam processus contra dominam Marinam abbatissam monasterii sancti Nicolay de Jadra et ipsius conuentum pro eo, quod collectam siue prouisionem

domini Guidonis diuina miseracione tituli sancte Cecilie presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati et missi per sanctissimum patrem et dominum, dominum Clementem papam sextum ad regnum Vngarie et Lombardie et nonnulias alias partes, in eiusdem iegacionis literis expressas, non soluerat anno preterito et ut pro presenti persolueret, sibique precipiens in uirtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, ut infra mensem a die presentacionis eorundem processuum dictam promissionem siue collectam pro anno preterito integre et pro presenti dimidietatem nunc, prout per li[teras] . . . . domini Iegati tenebatur, deberet persoluere dominis Grisogono archidiacono Jadre et Georgio plebano ecclesie [sancte Marie] maioris de Jadra, collectoribus substitutis per dictum dominum Demetrium episcopum Petenensem, super facto prouisiofnis] . . . . . ., legati, cumque eciam idem dominus Demetrius, episcopus Petenensis, existens Venetiis et sic absens a ciuitafte] . . . . suas conmiserit dictis dominis archidiacono Jadrensi et Georgio plebano sancte Marte maioris de Jadra . . . . . . et potestatem simul et alteri eorum per scriptum manus sue, . cui eciam apositum erat ipsius sigil[lum verum] et proprium, ad maioris roboris.firmitatem, ut videlicet, si necesse esset et illis uideretur . . . . . . dictos processus suo nomine agrauarent uel irritarent et anichilarent, prout eis uel alteri eorum melius et iustius uideretur. Vnde dictus dominus Georgius plebanus sancte Marie maioris de Jadra, considerans ac videns magis expedire et esse necessarium ac iustum, ut dicti processus irritarentur et anichilarentur, accedensque personaliter ad dictum monasterium cum infrascriptis testibus in presencia eorum et mei notarii infrascripti fecit conuocare dictam dominam Marinam abbatissam dicti monasterii sancti Nicolay, et ipsa presente cum quibusdam suis monialibus, exposuit, quomodo dictus dominus Demetrius episcopus Petenensis fecerat dictos processus contra dictam abbatissam et eius [conuejntum tanquam vicarius domini Nicolay archiepiscopi Jadrensis, ut dictum est supra, et quomodo ipse habebat ab eodem domino . . . . uirtutem et potestatem dictos processus agrauandi et eciam irritandi siue anichilandi, ibique ostendit dictus dominus [Georjgius predictum scriptum factum manu dicti domini Demetrii episcopi Petenensis ac vicarii domini Nicolay archiepiscopi [Jadrensis], cui scripto suppositum erat ipsius sigillum verum et proprium, omnibus audientibus, qui aderant, quo lecto dixit idem dominus vicarius . . . . ce denunciauit dicte domine abbatisse et aliis, qui presentes erant, dictos processus esse expediens et necesfsarium pro]ut sibi videbatur irritandos et anichilandos, atque eos irritauit et anichilauit nomine et vice [dicti Dem]etrii episcopi Petenensis et generahs vicarii sepedicti domini Nicolay archiepiscopi Jadrensis, ac eciam dixit . . . . . . dicte domine

abbatisse, ipsam uel conuentum su[u]m non teneri ad seruandum dictos processus nec. . . . . . siue teneri ad penas in illis contentas, tamquam si nichil factum esset. Quibus omnibus, ut dictum [est, ... aujditis, dicta domina abbatissa obtulit predicto domino plebano quoddam priuilegium papale cum [buila plujmbea, quod ipse uidit, et legit et rogauit me notarium dicta domina Marina abbatissa, ut de [irjritacione processuum sibi deberem facere publicum instrumentum, in quo eciam haberem in[ser]ere dictum priuilegium papale. Cuius quidem priuilegii de uerbo ad uerbum tenor talis erat: *(Slijedi listina pape Aleksandra IV. od 20. juna 1260.)* Actum est hoc et firmatum. . . . . lay et dicti monasterii coram hiis ad hec specialiter vocatis et rogatis testibus, scilicet magistro Jacofbo]. . . . . . a medico salariato Jadre, presbitero Johanne priore sancti Martini, presbitero Micha sancte Anastafsie], presbitero Tolsa sancte Marie maioris, presbitero Crisano sancti Stephani et aliis. In testimonium autem omnium predictorum ad maiorem cautellam et roboris firmitatem dominus Georgius predictus plebanus sancte Marie maioris et vicarius predicti domini Nicolay archiepiscopi Jadrensis, iussit sui sigilli appensione muniri.

(Drugi rukopis).

Ego Grisogonus archidiaconus Jadrensis, ad omnia supradicta consenciens me subscribo et tamquam vicarius et procurator ad predicta . . . . meum sigillum aposui.

(Drugi rukopis).

Ego Georgius plebanus ecclesie sancte Marie maioris, predictis omnibus personaliter interfui et ad predicta et sigillum aposui.

Et ego presbiter Vitus condam Tolani de Nona, imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius predictis omnibus interfui, rogatus scripsi et publicaui et meum signum aposui consuetum.

(Sign. not.)

Original u gubernij. arkiziu u Zadru, odio samoslana sv. Ntkole no. 209.

Pečati izgubljeni, desni rub na tri mjesta okrnjen.

461.

1350, 14. juna. U Zadru.

Suci zadarski sude, da Jakov Fanfogna plati Stjefianu Qualis 45 libara.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quinquagessimo, indicione tercia, die quarto decimo mensis iunii. Nos Michael Faletri comes et capitaneus Jadre, Petrus Carraueiio et Nicolaus Alberto consiliarii eius intellecta peticione Stephani condam Johannis Qualis ciuis Jadre, peteritis per Zoillum condam Sergii aduocatum nostre curie pro sua parte a Jacobo de Fafogna ciue Jadre libras ducentas denariorum venetorum paruorum, in quibus dictus Jacobus erat obligatus dicto condam Johanni Qualis et quas dictus Jacobus contentus fuit soluere ipsi Stephano secundum tenorem cuiusdam publici instrumenti, petit dictus Stephanus dictas libras ducentas cum peruenerint sibi in partem in diuisionibus, quas fecit cum Johanne fratre suo ; viso dicto instrumento scripto in millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione secunda, die vltimo mensis octubris, Jadre, per Alexandrum condam Vgolini de Stella notarium Jadre, in quo continetur, quod dictus Jacobus promisit dare et soluere predicto Johanni Qualis patri dicti Stephani, quidquid dictus Johannes in fide et super fidem suam . . . enit se debere recipere a villanis ville Gladussa Thomadelli de Varicassis eius generi usque ad summam iibrarum ducentarum denari[or]um' venetorum paruorum etc, ut in eo legitur; visa et quadam sentencia lata in facto dicti debiti in millesimo trecentesimo quadragesimo, indicione octaua, die penultimo aprilis per dominum Donatum Contareno tunc comitem Jadre et eius iudices, per quam dixerunt, quod dictus Jacobus dare et soluere deberet predicto condam Johanni Qualis omne id et totum quod idem Johannes iuraret, usque ad libras ducentas paruorum a dictis villanis debere recipere et expensas secundum formam dicti instrumenti etc, ut in illa sentencia continetur; auditisque et examinatis testificationibus per dictum Stephanum in iudicio coram nobis productis, per quas dictus Stephanus se obtulit probaturum, quahter antedictus Jacobus steterat contentus soluere sibi dictam pecunie quantitatem et nichil probauit; auditaque responsione dicti Jacobi facta nobis per ser Cressium de Zadulinis aduocatum nostre curie pro sua parte dicentem : Verum esse, quod fecit instrumentum predictum Johanni Qualis patri condam dicti Stephani, silicet de dando sibi quidquid iuraret a libris ducentis paruorum infra pro villanis ville predicte, et postmodum

sic sentenciatum, fuit secundum tenorem instrumenti, ut superius continetur, set quia dictus Johannes, quasi nichil habere debebat, nunquam iurare voluit, cum idem Jacobus dare solummodo teneretur eidern iibras quadraginta quinque paruorum, vnde dicebat per formam dicti instrumenti seu sentencie in nichilo ultra dictis libris quadraginta quinque paruorum se teneri Stephano supradicto; asserebat etiam se nunquam promississe aliquid se daturum predicto Stephano de contentis in instrumento et sentencia supradictis; considerantes, quod dictus Johannes vixit per bonum tempus post prolationem dicte sentencie et nunquam iurauit super tenore dicte sentencie; attendentes etiam, quod supradictus Stephanus nichil probauit, ut supradictum est, quod iam dictus Jacobus sibi promiserit quidquam dare de contentis in instrumento uel sentencia predictis; delato, quod iuramento ser Cressio de Zadulinis predicto habenti a dicto Jacobo de Fafogna ad iurandum speciale mandatum de voluntate dicti Stephani, qui iurauit in anima dicti Jacobi ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis, quod de dicta summa librarum ducentarum paruorum dare tenetur et debet dicto condam Johanni Qualis solummodo libras quadraginta quinque cum dimidio paruorum; pro tribunali sedentes Christi nomine inuocato, sentenciamus et dicimus, quod predictus Jacobus de Fafogna dare et soluere debeat eidem Stephano de Quali filio condam et heredis(!) dicti Johannis patris sui tamquam illi cui venit in partem debitum antedictum, ut per instrumentum diuisionis nobis constitit euidenter dictas libras quadraginta quinque cum dimidio[1] denariorum venetorum paruorum et expensas factas in questione presenti, que sunt cum taxatione huius sentencie grossorum quatuor usque ad vnum mensem proxime secuturum sub pena soldorum duorum pro libra applicanda comuni. Actum Jadre in maiori sala comitatus, presentibus Zanino Cose de Prode et Marino de Saracho aduocato curie, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis et aliis.

f Ego Petrus Charauello consiliarius manu mea scripsi.
f Ego Nichollaus Alberto consiliarius manu mea scripsi.
(Signum not.)

Ego Coradus condam Rangerii imperiati auctoritate notarius, ciuis Paduanus et notarius curie Jadre hoc instrumentum de mandato curie scripsi et roboraui.

Original u arkivu grof. Begna u Posedarju: P. no. 91.
Na pravoj strani na donjem rubu rukom notarovom: Grossi II11.

[1] Na koneu liatine dometnuto.

462.

1350, 26. juna. U Baču.

Kaptol bački izvješčuje kralju Ljudevitu^ kako je na zapovijed hercega Stjepana ispitao odnošaje izmedju unuka File i Vukovara.

Excellentissimo domino eorum Lodouico dei gracia illustri regi Hungarie, capitulum ecclesie Bachyensis oraciones in domino debitas et deuotas. Nouerit vestra regia maiestas, quod cum litteris excellentissimi principis domini Stephani eadem gracia tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie ducis, karissimi fratris vestri inquisitoriis et mandatoriis super facto iurium, proprietatum et vtilitatum possessionariarum Laurencii filii Laurencii filii Phyle de Wolkou datis et confectis contra ciues et hospites de Wolkouar emanatis, honore quo decuit receptis, cum homine eiusdem domini Stephani ducis, videlicet Petro aule sue iuuene inter cetera ad exsequenda infrascripta transmisso, discretum virum magistrum Thomam socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisissemus fidedignum, iidem postmodum, ad nos reuersi concorditer nobis retulerunt, quod cum idem homo ipsius domini Stephani ducis uerbo sue magnificencie ciuibus, hospitibus et populis vniuersis de villa Wolkouar coram eodem nostro testimonio feria sexta et sabbato ante festum natiuitatis beati Johannis Baptiste pridem transacto in eadem Wolkouar in vnum congregatis firmiter dicendo miunxisset, quod vtilitates, iura et proprietates possessionarias eiusdem Laurencii ad ipsius possessiones Dumbo, Hedreez, Vodokul et Varasy vocatas inter ipsarum veras et iustas metas, limites et terminos habitas et adiacentes et specialiter vltra fluuium Wolkou vocatum, cuius medium rectum terminos, limites et iura eiusdem Wolkouar et Varasy predicte, prout ad fluuium Danubi (!) cadit distinguere et separare iuxta eiusdem aque cursus, prout ab olim fuisset et extitisset, dinoscitur habitas, iidem ciues et hospites potencialiter et indebite non vtantur, non percipiant, non rapiant et non diminuant in terris et in aquis »existentes eosdem ciues et hospites rite et legitime facie ad faciem ibidem in Wolkouar prohibuisset et de perceptis et dampnis factis dicto Laurencio illatis condignam satisfaccionem et iusticiam inpendi ab eisdem ciuibus et hospitibus peciuisset, qui quidem ciues et hospites iusticiam vel satisfaccionem aliquam inpendere extunc noluissent, sed ad hoc se firmiter obligassent, quod si aliquem vel aliquos ex ipsis aut eorum animalia in equis, pecudibus et aliis cuiuslibet generis et speciey quorumcunque ex ipsis ipse Laurencius filius Laurencii aut eiusdem officiales et famuli deinceps intra metarum

dictarum possessionum suarum prenommatarum terminos et limites et specialiter vltra ipsos fluuios Wofkou et Danubium vocatos premissis modis deciaratos in earum vtilitatibus, iuribus et proprietatibus dampna et nocumenta inferentes vel inferencia inuenirent aut reperirent, ea vel eos talia dampna facientes vel inferencia recaptinandi, detinendi et condignam satisfaccionem recipiendi iuxta beneplacitum sue voluntatis liberam haberet facultatem pleno iure et nunquam super hys eidem Laurencio vel ad ipsum pertinentibus ciues et hospites Wolkouar antedicti iniuriarentur nec facerent aliquam mencionem contrariosam prout iuri et iusticie communi parientes(l). Datum in festo beatorum Johannis et Pauli martirum, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Original na pergameni u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti M. O. D. L. no. 33.596. — Stara signat. : N. R. A. fasc. 646. no. 29. Na hrptu vidl se trag ovalnog pečata.

463.

1350, 27. juna. U Budimu.

Stjepan herceg hrvatski uzimlje pod svoju zaštitu samostan sv. Bernarda u iupaniji ieljeznoj.

Stephanus dei gracia tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie dux fidelibus suis comiti et vicecomiti de comitatu Castriferrei nunc et pro tempore constitutis salutem et graciam. Noveritis, quod nos religiosos viros, abbatem et ceteros fratres ordinis sancti Bernaldi(') de claustro ecclesie beate virginis de Burs, item possessiones et iobagiones eiusdem ecclesie ac ad ipsos abbatem et ceteros fratres pertinentes universos, in nostram recepimus proteccionem et cautelam specialem, viceque persone nostre vobis protegere commisimus. Quapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus predictos religiosos viros, abbatem et ceteros fratres de claustro beate virginis, item possessiones, iobagiones eiusdem eccliesie ac ad ipsos abbatem ceterosque fratres pertinentes universos ab omnibus indebite molestare, gravare vel aliqualiter perturbare volentibus vice persone nostre protegere debeatis et tueri, aliud non facturi. Datum Bude, in festo sancti regis Ladislai, anno domini M°CCC° quinquagesimo.

Original na papiru u kr. ug. držž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L: no. 4134. •— Siara signatura: Acta eccl. fasc. 68. no. 167'.

Na hrptu je pritisnut dobro sačuvan prsteni pečat (maleni) u crvenom vosku. Promjer iznaša: dva cm. Nema nikakve iegende. V sredini ima samo glalki štit.
Nagy Cod. dipl. Andeg. V., no. 386.

464.

1350, 5. jula. U Križevcima.

Pred Jakobom županom kriievačkim, daje Gjuro Petrov jedan dio posjeda Brestovca svomu bratu Andriji u zalog.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis et castellanus de maiori Kemluk tenofre presencium significamus quijbus expedit vniuersis, quod Georgius filius Petri parte ab una, ab altera vero Andreas frater eiusdem, nobiles de Breztouch. . . . [coram nobis perso]naliter constituti, idem Georgius filius Petri, quia per quosdam vicinos nobiles in facto calumnie pro quibusdam causis [conuictus extijtit et dictis nobilibus satisfaccionem non habuisset unde impendere, ideo idam Georgius filius Petri dixit et confessus est ojYaculo viue] vocis coram nobis, quandam particulam possessionis sue in Breztouch existentem, ipsum in porcione contingentem, predicto Andree fratri suo, quadraginta[1] marcis denariorum pignori obligasse, exceptis proprio fundo et decem dietis terre arabili (!); ita tamen, quod quandocuhque in processu temporum ipso Georgio filio Petri vel suis heredibus posse affuerit, cum eadem summa pecunie ab eodem Andrea et suis heredibus liberam habebunt absque omni gravamine redimendi facultatem; in quorum omnium lestimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Crisio, feria secunda proxima ante octavas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC quinquagesimo.

Original na papiru tt knjižnici narod. muzeja u Budimpeštl a. 1350.
Na hrptu se vidi trag okrugla pritisnuta pečata.
Nagy Cod. dipl. Andeg. V., 392.

[1] Očito manjka: pro.

465.

1350, 9. jula. U Budimu.

Stjepan herceg hrvatski prima pod svoju zaititu Zagrebčane.

Stephanus dei gracia tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie dux fidelibus suis universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus ac eorum vices gerentibus; item civitatibus, villisque et earum rectoribus, necnon quibusvis aliis hominibus cuiusvis condicionis et preeminencie existant et speciaiiter tributariis in dicto regoo suo Sclauonie constitutis et constituendis in futurum, quibus presentes ostendentur salutem et graciam. Querele nunciorum civium nostrorum de monte Grech in eo, quod per nonnullos ex vobis contra eorum libertates ab antiquo conservatas perturbarentur, aures nostre maiestatis humilime propulsarunt; unde cum nos dictos cives nostros seu hospites de Grech in eorum libertatibus ab antiquo observatis velimus conservare, fidelitati universitatis vestre ducali edicto firmiter precipientes mandamus, quatenus predictos cives nostros contra eorum libertates in nullis casibus indebite et iniuste molestare, agravare et perturbare presumpmatis; aliud sicut nostram indignacionem incurrere formidatis non facturi in premissis. Datum Bude, feria sexta proxima post quindenas festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini MCCC quinquagesimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu, na ledjlma trag velikoga pečata.
Kukuljević Jura regni I. p. 118.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 197.—198.

466.

1350, 18. jula. U Zagreba.

Svećenici biskupije zagrebačke javljaju, da su froglasili izoptenje reda Ivanovaca u crkvi sv. Marka u Zagrebu.

Reverendo in Christo patri domino Guidoni miseracione divina tituli sancte Cecilie presbitero cardinali, in regno Hungarie specialiter apostolice sedis legato, domino eorum honorando, frater Johannes ordinis Cisterciensis, abbas sancte Marie de Zagrabia, Biasius plebanus, rector ecclesie et plebis sancti Johannis de eadem, Radchech sacerdos, rector ecclesie et plebis sancti Marci de Grech et Jacobus sacerdos

vicearchidiaconus de Zagorya, salutem et oraciones pro eo ad dominum Noveritis, nos vestre gracie recepisse iitteras in hec verba: *(Slijedi listina od 25. marta 1350.)* Volentes igitur vestris obedire mandatis, ut tenemur, ad requisicionem dominorum capituli Zagrabiensis, fratres hospitalis sive domus sancti Johannis Jherosolimitani in dyoecesi Zagrabiensi commorantes, denunciavimus et denunciare non cessamus excommunicatos publice iuxta formam vestri mandati et commissionem nobis factam observando omnia, ut mandatis. Quam quidem denunciacionem prima vice fecimus in ecclesia parochiali sancti Marci in Grech, presente popuio in magna copia parcium diversarum, in die dominica ante festum beate Marie Magdalene, anno domini MCCC quinquagesimo.

Tkalčić Monum. episcop. Zagrab. II. 56.—58.

467.

1350, 18. jula. U Zagrebu.

Svećenia biskupije zagrebačk.e javljaju, da su proglasili izopćenje njemačkoga reda u crkvi sv. Marka u Zagrebu.

Reverendo in Christo patri domino Guidoni miseratione divina tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, in regno Hungarie specialiter apostolice sedis legato, domino eorum honorando, frater Joannes ordinis Cisterciensis, abbas sancte Marie de Zagrabia, Blasius plebanus, rector ecclesie et plebis sancti Joannis de eadem, Radchecz sacerdos, rector ecclesie et plebis sancti Marci in Grecz, et Jacobus sacerdos, vicearchidiaconus in Zagoria, salutem et orationes pro eo ad dominum. Noveritis nos vestre gratie recepisse litteras in hec verba: *(Stijedi listina od 25. marta 1350.).* Volentes igitur vestris mandatis obedire, ut tenemur, ad requisitionem venerabilis viri domini Joannis archidiaconi de Guerche, sacerdotes et rectores ecclesiarum, et ffratrem] Henricum commendatorem, et fratres domus hospitalis sancte Marie Teutonicorum, de Metlika, Zagrabiensis dioecesis, in tenore vestrarum litterarum sepius uominatos denunciavimus, et denunciare non cessamus excommunicatos publice, iuxta formam vestri mandati, et commissionem nobis factam, • observando oronia, ut mandatis. Quam quidem denunciationem prima vice fecimus in ecclesia parochiali sancti Marci in Grecz, praesente populo in magna copia partium diversarum, in dominica ante festum beatae Mariae Magdalenae anno domini 1350.

Farlati III. sacr. V. p. 433.
Tkalčić Mon. episcop. Zagr. II. 54. • —56.

468.

1350, 24. jula.

Pismo Stjepanu hercegu hrvatskomu, u kojem podiupan i viSe plemića bodruike iupanije traie zaititu nj'egovu od nasilja nadbiskupa kol\očkoga.

Excellentissimo domino Stephano dei gracia duci Croachie(!) tocius regni Sclavonie(l), domino suo metuendo, magister Thomas filius Petri de Abulma vicecomes Budrugyensis, Gregorius filius Briccii, Johannes filius Ywan iudices nobilium de eodem comitatu promptitudinem fideliter famulandi. Mediantibus litteris nostris demandamus vestre celsitudinis, ut nostras angustias et molestias excepto deo nemini possumus explicare, nisi vestre magnitudini. Quod officialis domini archiepiscopi Collochensis(l) fratris Dyonisii, Johannes magnus niger comes cum suis secaris(l) de apati manu (!) armatis et violentis potencialiter sabato proximo post festum nativitatis beati Johannis Baptiste clara luce ad pratum seu fenetum Nicolay filii magistri Laurencii dicti Chituar accessissent (!) et ibidem in suo pratu, quos laboratores falcastros homines invenissent, illos oribiliter (!) percuti fecissent usque effusionem sanguinis, pedes ipsorum laboratorum quod vulgo dicitur yn permactare fecissent, comitem Dominicum inepte vituperando officialem predicti Nicolay filii Laurencii, possessionem eiusdem Nicolay prefati in Valfer et Azunfalua, terras arabiles die noctuque cum iobagionibus domini archiepiscopi Collochensis sepius arrare facit et non cessat, tamen idem (!) possessio et terras (!) arabiles predicti Nicolay a possessione archiepiscopi Collochensis per metas sunt distincti(i) et divisy(!) ab antiquo tempore(!) super quo requirimus vestram magnitudinem presentibus ex afectu, quatenus prevideat vestra celsituda nostros conturbatores a domino archiepiscopo Collochensi factas et illicitas, quod uni consocii nostri tale ineptum faciant et nituntur nec facere. Datum sabato proximo in vigilia Jacobi apostoli, anno domini M°CCC quinquagesimo.

Ostraga: Excellentissimo domino Stephano dei gracia duci tocius regni Sclavonie, domino eorum metuendo.

Original na papiru u ark. Zichy u Zselyu 1. 6. 191. — Zatvorencc bijaše iistina s tri mata pecata.
Cod. dipl. com. Zichy. II. p. 440.

469.

1350, 8.[1] jula. (U Požegi).

Presuda iupanijskog suda.

. . . . [filius] Laurencii comes de Posaga et Magas filius Petri comes terrestris damus pro memoria quod . . . . [vi]sitacionis virginis gloriose nunc preteritum Mychael filius Gregorii in persona . . . . [cornparuijt . in termino coram nobis contra Mathe filium Johannis de Zuuynna legitime citatus . . . . mus ipsum Mathe in iudicio remansisse. Datum feria quinta supradicta, anno [domini . . . . o.

Na hrptu: Pro magistro Leukus filio Petri contra Mathe filium Johannis de Zuuynna iudiciales.

Original na papiru s lijeva manjkav u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.964. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1598. no. 7.
Na hrptu bij'aše pritisnut mali pečat.

470.

1350, 13. augusta. U Cazmi.

Pred čazmanskim kaptolom daruj'e Ladislav sin Ivana Angel zvana, crkvi b. d. Marije garicke i tamošnj'em samostanu neki svoj) vinograd.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Ladislaus filius Johannis Angel dicti nobilis de Gresencha tam pro se quam pro Nicolao et Johanne fratribus suis carnalibus a parte vna, ab altera autem frater Stephanus prior fratrum heremitarum ecclesie beate virginis de monte Garig personaiiter coram nobis constituti, idem Ladislaus hanc{!) consideracione inductus deum habendo pre oculis, volens anime sue ac omnium parentum suorum piis ac bonis operibus salubriter prouidere, quandam vineam suam et fratrum suorum a multis retroactis temporibus incultam, redagtam(!) et inforestam, in possessione videlicet Johannis

[1] Po svoj prilici ima sc dopuniti: feria quinta proxima post festum . . . .

filii Nicolai filii Vgrini iuxta vineam prefate ecclesie ad partem orientalem adiacentem, que ad ipsos olym ex parte Stephani Nigri empcionis titulo fuerat devoluta, dixit et confessus est tam suo nomine, quam fratrum suorum predictorum eidem ecclesie ac fratribus in eadem deo famulantibus ob reuerenciam gloriosissime dei genitricis virginis Marie dedisse, donasse et contulisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam, assumpmendo, ut si qui successu temporum racione predicte donacionis contra ipsos fratres insurgerent aut sui iuris nomine ab eisdem inpeterent, expedire et defensare laboribus suis propriis et expensis. In cuius donacionis memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem predictarum parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante festum beate virginis gloriose, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Ori^inal na pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti M. O. D. L. no. 35.195. — Stara signatura: Acta monasterii de Garig fasc. I. no. 28.

Na hrptu Je irag pritlsnuta pečata.

Na hrptu notica: Donatio vineae. Ad Stupna.

Prepisao Jos 24. augusta 1367. čazmanski kaptol.

471.

1350, 27. augusta. U Budimu.

Stj'epan herceg hrvatski zaštičuj'e posj'ednike Vaške.

Stephanus dei gracia tocius Sclavonie, Croacie et Dalmacie dux, fideli suo Nicolao quondam bano, nunc comiti Zaladiensi salutem et graciam. Noveritis, quod nos Dionisium et Laurencium filios Desew de Vathka et ipsam possessionem Vathka, item iobagiones et famulos ipsorum ac ad eos pertinentes universos in nostram recepimus protectionem et tutelam specialem, viceque persone nostre vobis protegere commisimus; quapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus dictos Dionisium et Laurencium filios Desew de Vathka et ipsam possessionem Vathka, item iobagiones et famulos ipsorum ac ad eos pertinentes universos vice persone nostre ab omnibus indebite molestare et perturbare volentibus protegere debeatis et tueri; aliud non facturi. Datum Bude, feria sexta proxima post festum sancti Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Original na perg. u ark. gro/ova Fesletica u Keszthelyu: Zalad. no. 26.

JVa hrptu vidi se trag malena pečata pritisnuta u crvenom vosku. Ispod niega istom rukom: Relatio Johannis filii Dominici bani.

Zala varmegye tortenete I. p. 501.—502. no. 317.

472.

1350, 17. septembra. U Zadru.

Svećenik Tolša očituje, da j'e primio od komisara oporuke pokoj'nog Grhogona Fanfogne 40 solida.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indicione tercia, die decimo septimo mensis septembris, temporibus enim serenissimi domini nostri domini Andree Dandulo dei gratia ducis incliti Venecie, ac venerabilis patris domini Nicholai de Matafarris decretorum doctoris, Jadrenses archiepiscopi, nec non nobilis et potentis uiri domini Micaelis Faletro honorabilis comitis et capitanei Jadre. Dominus presbiter Tolsa condam Radogii presbiter ecclesie sancte Marie presbiterorum sponte et ex certa sciencia fuit confessus et contentus habuisse et recepisse a Jacobo condam Damiani de Fanfogna et (Joillo condam Gregorii de Botono comissariis olim testamenti Grisogoni condam dicti Damiani de Fanfogna, ut dicti contrahentes dixerunt solidos quadraginta grossorum venetorum; renuncians excepcioni non habite et non numerate peccunie et excepcioni doli omnique excepcioni que. . . . . possit. Quos quadraginta soldos venetos grossos Grisogonus antedictus legauit in suo ultimo testamento dicto presbitero Tolse scripto in pro. . . . . magistri Alexandri de Stella notarii in millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indicione quarta decima, die penultimo mensis maii, et in publicam formam redacto per Conradum condam Rangerii de Padua notario(!) in millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indicione secunda, die vigesima septima mensis maii, per me notarium uiso et lecto. Quare idem presbiter Tolsa per se et suos successores fecit dictis commissariis nomine antedicto stipulantibus finem, remissionem, perpetuam liberacionem et irreuocabilem securitatem et pactum de aliquid ulterius non petendo de quantitate pecunie suprascripta seu parte ipsius, nec de ipsa litem mouere nec mouenti consentire per se nec per interpositas personas, sed predictam securitatem et omnia et singula suprascripta firma et rata habere et tenere se perpetuo promisit et non contrafacere uel

uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti eius quod peteretur, qua pena soluta uel non, nichilominus presens contractus firmus maneat atque ratus, sub obligacione omnium, suorurm bonorum, presencium et futurorum. Actum Jadre in cancelaria comunis, presentibus ser Georgio condam Johannis plebano ecclesie sancte Marie presbiterorum de Jadra et ser Cressio Trauasia condam Uiti de Zadu-Iinis aduocato, testibus uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Coradus de Padua notarius curie fadre examinaui et subscripsi

(Signum not.)

Ego Damianus condam Andree de Zandequilis de Parma imperiali auctoritate notarius et comunis Jadre scriba predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui.

Originat u arkivu grojova Begna u Posedarju. P. no. 92.

473.

1350, 5. oktobra. U Požegi.

Kaptol požeški izvješćuje kralju Ljudevitu o posjedu Zeh u kotaru blinskom.

Excellentissimi principi Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie, domino ipsorum naturali capitulum ecclesie beati Petri de Posaga oraciones in filyo virginis debitas et deuotas pro eodem. Receptis literis vestre serenitatis super facto inhibicionis et contradiccionis quarumdam possessionum et possessionariarum porcionum magistri Teutos filii Emirici de Bechey in districtu Blyna sibi vicinarum et contiguarum, et specialiter possessionem Zela vocatam, quam ipse magister Teutos [cum] quibusdam nobilibus et specialiter Stephanus et Yvan filiis Peterka ac Gregorio filio Leustachii particulariter possidere dinoscitur, cum homine vestre magnitudinis, videlicet Nicolao filyo Chepani, magistrum Cosmam notarium et concanonicum nostrum, hominem nostrum fidedignum pro testimonio duximus destinandum; qui postmodum homo vestre magnificencie et noster demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi ad facies quarumlibet possessionum et possessionariarum porcionum in vicinitate et cummetaneitate magistri Teutos filii Emirici existencium, in districtu Blyna habitarum et specialiter ad possessionem Zela vocatam accessissent, ibique omnes vicinos et commetaneos dicti

magistri Teutos et specialiter Stephanum et Yvan filios Peterka ac Gregorium filium Leustachii predictos, a uendicione, impignoracione et quoquo modo alienacione dictarum possessionum et possessionariarum porcionum, alios vero quoslibet et specialiter Johannem, Marcus et Lucachium filios Philipi ac filios eorumdem, Vratk filyum Vrathyna et Petrum filium eiusdem Vratk, Andream et Stephanum filios Varisa de Sornow ac filios eorumdem, ab empcione, pro pignore recepcione et se modo quocunque de eisdem intromissione prohibuissent et inhibuissent. Datum feria tercia proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M°CCC° quinquagesimo.

Original na pergameni u kr. ug. drž. arkivu u Budapešti: M. O. D. L. no. 4150. — Stara sign. N. R. A. fasc. 520. no. 17.

Na hrptu se vide ostaci šiljato-ovalna pritisnuta pecata u običnom vosku.

Nagy Cod. dipl. Andeg. V., 409.

474.

1350, 10. oktobra. U Krku.

Lucij Carsanja daruje sa?nostanu dva dolca t. j.: Ašipo i Javillo.

In dei nomine amen. Anno a nativitate eiusdem 1350., indiccione 3., die 10. mensis octobris, Veglae apud magnas portas ipsius civitatis, coram domino Quirino iudice comunis Veglae, praesentibus Pizinino genero quondam Ragaelis, et ser Mauro dicto Marco quondam Spurveri, et aliis testibus vocatis et rogatis. Ibique Bartholus filius quondam Andreae de Carsagno dedit, tradidit et donavit libere et irrevocabiliter inter vivos, iure proprio in perpetuum Mancho filio quondam Sabatii dicti Grusati, pro se et suis haeredibus et successoribus recipienti duas petias terrae contiguas positas in contrata ecclesiae -sancti Michaelis de capite camporum a duabus partibus, quarum terrarum est territorium ecclesiae supradictae, aliter autem confinari bene non possunt; quarum terrarum donatarum una vocatur gurgus Ascipi, et alia Javillus, ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid ipsi Mancho et suis haeredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis iuribus, proprietatibus et pertinentiis suis, omnique iure ipsarum terrarum proprio, et cum accessibus et regressibus ipsarum usque ad viam publicam, et hoc pro contradono librarum sex denariorum venetorum paruorum, quas ipse Bartholus ab ipso Mancho con-

iessus fuit se integre suscepisse; exceptioni autem apud se non receptae dictae pecuniae quantitatis et omni alio auxilio dictus Bartholus renuntiavit. Constituens se nomine ipsius Manchi praedictas terras possidere, donec de eis idem Mancus possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate, et retinendi deinceps ei Kcentiam omnimodam dedit, et promisit dictus Bartholus per se et suos haeredes ac successores ipsi Manco pro se ac suis haeredibus et successoribus stipulanti, praedictam donationem et omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et per se vel alios non contrafacere, vel venire aliqua ratione vel causa, seu ingenio, de iure vel de facto, nec ipsam donationem ingratitudine vel causa aliqua revocare, sed eam ab omni homine et universitate legitime defendere et discalumniare sub poena duppli eius pecuniae quantitatis et omnium damnorum et expensarum, ac interesse litis et extra, qua poena soluta vel non, praesens contractus semper firmus existat.

(Sign. not.J

Ego Dominicus. . . . . . .publica et imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et subscripsi, publicavi et roboraui.

Zbornik Bartoli str. 13.

475.

1350, 11. oktobra. (U Trogiru).

Poslanici caru srpskomu i:nadu dati dar, ako dodje u Cetinu.

Marcus Celsi comes. Respondetur Sibenicensibus, ut una cum nostris ambassiatoribus mittant Tragurium ambassiatores ad presentandum imperatori Rascie, si venerit Cetjnam, valoris 150. ducatorum infra.

Notae jfoannis Lucii Bulietlino 12. b. — Starine XIII. p. 233.

476.

1350, 17. oktobra U Čazmi.

Kaptol ćazmanski prepisuj'e ustanove hrvaiskoga salora god. 1273. potvrdjene po banu Matej'u.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore [presencium] quibus expedit vniuersis, quod nobilis vir magister Dominicus filius Rodini personaliter ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales Mathey quondam bani tocius Sclauonie, petens a nobis [debita cum inst]ancia, vt eas litteras de verbo ad verbum transscribi et nostri sigilli apposicione consignari faceremus. Quarum quidem Ktterarum tenor talis est: *(Slijedi listina bana Mateja od god. 1273.)* Nos vero peticionibus predicti Dominici annuentes, predictas litteras priuilegiales de uerbo ad uerbum transsoiibi et nostri sigilli apposicione fecimus consignari. Datum die dominico proximo post festum beati GalK confessoris, anno domini M°CCC° quinquagesimo.

Original na pergam. u kr. zem. arkivu u Zagrebu : Privilegia no. 3.
Na hrptu listine bijaše pritisnut pečat kaptolski.
Feje'r Cod. dipl. Hung. IX. v. I. p. 794.—795.

477.

1350, 30. oktobra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski za velike zasluge stečene u napuljskom ratu daj'u Stj'epanu Lackoviču voj'vodi erdelj'skomu gradove Strigovo г Cakovac u Medjumurju.

Ludovicus dei gracia Hungarie, Jerusalem, Sicilie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Lodomerie, Galicie, Cumanie, Bulgarieque rex, prmceps Salernitanus et Honoris montis sancti Angeli dominus, universis Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Obtuitus regii consideracio speculatiua provide deliberacionis statera pensans merita singulorum, illos precipue tenetur attollere favoris regii premio potiori, qui a primeuis puericie sue temporibus in domo regie celsitudinis, sicut etatis, sic virtutum meruerunt recipere incrementa, et quodammodo per gradus gratuite donacionis conscendentes, pro corone regalis honore se variis exponere

periculorum geueribus nullatenus formidarunt. Considerantes itaque inter virtuosos virtute eximia et constancium numero potissima constancia, magnificum virum Stephanum wayvodatn Transylvanum et comitem de' Zonuk, virum utique nobilem refulgere nimirum cum nostre menti incelabilis sinceritatis sue impressio quodam sigillari stigmate se offerat et exponat, cogimur non immerito magnificis ipsius gestis recensitis, que diuersis necessitatibus urgentibus pro regno et regali corona exercuit, ad perpetuam gestorum memoriam, ne successiui obscurentur rubigine temporis ipsius servicia enarrare. Et licet prolixum esset eadem pre multitudine per singula recitare, ut tamen ea, que nec emula liuiditas, nec iiuida emuiacio ceiare posset, per nos non celentur, qui sicut ad uindictam malorum, sic ad laudem bonorum, regium diadema noscimur diuinitus assecuti, seruicia ipsius, que presentibus paulo inferius annotantur, exprimi iussimus nominatim. Primo siquidem cum serenissimus princeps dominus Andreas, inclitus rex dictorum Jerusalem et Sicilie regnorum, germanus frater noster dulcissimus, adolescens innocens, agnus immaculatus, deo et sancte ecclesie deuotus, hominibus gratiosus, et placidus, ac multis virtutibus perfulgens per acerbe mortis excidium, per occultos proditores, ausu nephario et detestabili, dei et hominum timore postposito, in ipso regno Sicilie, in ciuitate Aversa, que potius fuisset subuersa, extitisset immolatus et nequiter iugulatus; nos tanti regis, fratris nostri, crudelissima morteque medulam nostri cordis dira passione amarissime lacerabat, condolentes, sentencia de throno dei prodeunte, et virtute altissimi rectum iudicium operante, ad eiusdem regis, fratris nostri, iniuriam visibiliter vindicandam, assumptis nobiscum ipso Stephano wayvoda, et aliis regni nostri baronibus et militibus versus Itaiiam feliciter accessimus, et quosdam in premissa interempcione fratris nostri culpabiles, ex certa informacione repertos pena debita condemnando, remeavimus in regnum nostrum Hungarie memofatum. Denique quia propter dictum nostrum de dicto regno nostro Sicilie discessum, Johanna et Ludovico de Tarento marito eiusdem, capitalibus inimicis nostris, cum eorum gentis multitudine ipsutn regnum nostrum Sicilie invadentibus satagentibusque nonnullis aliis nostri fratris diadematis inimicis, nec non proditoribus et rebellibus sacre regie maiestatis nostre, ipsum regnum nostrum diversimode extiterat lacessitum, quam pluribus ipsius regni nostri magnatibus et civitatibus a fide nostra, in contempnum regii honoris nostri et corone contumeiiam segregatis; ideo volentes et animo cupientes huic miserabili regno nostro Sicilie de remedio providere oportuno, ne per ipsos nostros capitales inimicos, emulos et rebelles, regnique nostri predatores fideles nostri opprimantur, prefatum magnificum virum Stephanum wayvodam Transylvanum, -consiliarium et familiarem nostrum dilectum, qui glorioso principi domino Karoio, genitori nostro carissimo, sceptra regiminis dicti regni Hungarie, in memoria feiici importanti, a primevis puericie sue temporibus, et perconsequens nobis ad tronum et coronam, regalis fastigii succedentibus, iabores continuos, expensarum honera et servitia indefessa, pro exaltacione regii culminis et honoris, pro reintegracione et augmento reipublice, ac reformacione pacis in regno Hungarie predicto, in diversis expedicionibus ipsius patris nostri, et nostris ductor exercitus existens, potissime in -conservacione confiniorum et recuperacione terminorum regni nostri Hungarie prelibati, tempore sanctissimorum progenitorurn nostrorum, olim illustrium regum Hungarie, in conterminis regnorum Austrie et Bohemie limitatorum, et demum ipso regno nostro Hungarie suo naturali rectore destituto, nec habente in se, qui sue equitatis habenas recto tramite gubernaret, penitus viduato, ad dicta vicina regna nequitiose occupatorum, cum effusione sanguinis sui et quam plurimorum proximorum et serviencium suorum cede fidelissime exhybendo, pre aliis regalibus nostris famam poilentem et nomen ducebat gloriosum; de ipsius industria et legalitate confidentes, adiuncta sibi gentis multitudine in predictum regnum nostrum Sicilie, ut seductorum nequicia exstirpetur, tirannorum puniatur crudelitas, perversorum compescatur temeritas, presumptuosa refrenetur audacia, malorum evellatur perversitas, superborum consternetur elatio et elatorum cornua deprimantur, fideliumque et bonorum sinceritas clarius elucescat. duximus destinandum. Qui quidem Stephanus woyuoda postquam fuisset in Fogya prefatum Ludovicum de Tarento nostrum hostem publicum et regni nostri Sicilie invasorem, et sequaces suos in civitate Lucerie districte, fortiter obsedit, idemque Lodovicus, timore magno perterritus, et angustiis undique circumdatus, gentis sue et salutis sue prope desperatus, de dicta Lucerie civitate discedens, versus civitatem Exculii volens pergere, ante ipsum Stephanum wayvodam vix vicinam civitatem Troye attingere valuit fugiendo, predictus vero Stephanus wayvoda, ut prudens vir, volens incepto proposito publicato in actu preponere necem vite, priusquam ab incepto ignominiose desistat, ipsum Ludovicum de predicta civitate Troye cum sua gente, cum banderiis seu vexillis expiicitis versus predictam civitatem Exculii in convallibus iter arripientem invasit, et cum ipsa gente Ludovici preliavit, in quo prelio, sicut domino placuit, victoriam sibi iustitia ministravit, et preter occisos et vulneratos ad mortem, trecentos equites captivavit, vexilla ducis Vernely, domini Nicolai de Acherolis, domini Philippi, dicti Mali spiritus, domini Johannis de Surgonia, et alia tria connestabulorum corporalium, seu nobilium apportavit; predicti vero dux Vernelius, et dominus Nicolaus de Ar-

-cholis cum multis aliis per multa personarum pericula viribus equorum suorum suffuiti, de manibus ipsius Stephani wayvode incogniti vix evaserunt. Dampnificata itaque gente predicti Lodovici ex predicta perdicione, sequenti die idem Lodovicus noctis sub silencio auffugit de ipsa Troya in civitatem Exculi prenotatam, et demum nonnulis diebus transactis idem Stephanus wayvoda preiatum ducem Vernelium cum quingentis armatis societati ipsius ducis Vernelii adiunctis in civitate Corneth •captivavit. Post hec cum idem Lodovicus aggregata sibi gentis multitudine appreciate, et compluribus regni nostri Sicilie infidelibus in suam societatem applicatis, confidens in sue gentis multitudine, ipsum Stephanum wayvodam cum tota gente sibi adiuncta, in contumeiiam nostri regii honoris penitus exterminare cupiens, et animo desiderans anelanti ^ante civitatem Neapolitanam in area ad certamen belli prius per ipsum -Stephanum wayvodam in contrarium ipsius Ludovici preparata, belii •certamen commisit, ubi idem Stephanus wayvoda zelo devote fidelitatis armatus, volens pocius post mortem viuere per fame gloriam, quam tergum hostilitati huiusmodi vertere, se obiecit et ibi sonis bellicis utrinque hostiliter perflatis, acerbissime preliavit; quod quidem prelium etiam apud Troyanos fortissimos potuisset decentissime commendari. Sed quid plura; ille siquidem supremus apifex, qui fidelibus dextram prebet et iustis auxilii sui commodum procul ponere non novit, victoriam memorato Stephano wayvode ab hostibus desideratam digne prebuit reportare; ubi superbi perierunt, fortes et bellicosi corruerunt, et infideles, quorum non est numerus, languidi iacuerunt lethalis gehenne gustantes potum marciscibilem perempniter, et in ewum. In quo quidem ingenti prelio prefatus Stephanus wayvoda leonino accinctus robote, quam plures magnates, barones et potiores milites partis adverse triumphaliter •captivavit, partem adversam penitus debellando. Deinde idem Stephanus wayvoda solite fidelitatis insistens fervori, quam plures validissimas ipsius Ludovici expeditiones multifarie, multisque modis debellavit et civitates plurimas expugnauit, ac gravia et orrenda personarum pericula eidem Lodovico .adherentibus irrogavit, ut certa relatio nobis hec omnia patefecit; sicque pociores et nobiliores ipsius regni nostri Sicilie magnates et milites ad fidei nostre cultum adduxit, et nostris serviciis applicavit. Nos igitur attendentes predicti Stephani voivode (!) huiusmodi fideiitates, et preclara servitiorum multa laude digna merita, pro quibus licet plura et maiora mere[re]tur, in aliqualem tamen recompensationem fidelissimorum servitiorum suorum, de nostra regia auctoritate et beneplacito, •conniventia et consensu serenissime principisse, domine Elisabeth, regine iiungarie, genitricis nostre charissime et domini Stephani, totius Sclavonie, Croatie et Dalmatie ducis, fiatris nostri dulcissimi, et de consilio

et consulto prelatorum, baronumque nostrorum prematuro, castra nostra Oztrogo et Chaakturnya vocata, inter fluvios Drave et Murua(l) existentia, que o!im per Teutonicos Australes, serenissimi principis domini Stephani, quondam regis Hungarie pie memi.'.. avi nostri karissimi potentialiter et per vim occupata, et usque ad predicti patris nostri adeptionis sui regni gubernaculum detenta fuerantj et demum ipso patre nostro predicti sui regni pleno feliciter adepto gubernaculo, quamvis idem pater noster charissimus iuxta maiestatis sue voluntatem moto exercitu suo validissimo, potentie sue viribus suis manibus eadem potuisset applicare; ne tamen inter Hungarie et Austrie christianissima regna indicibile necis periculum et sanguinis tanquam fluvialis inundatio oriatur, per ipsum charissimum patrem nostrum solutis quatuor miilibus marcarum fini argenti pecunie quantitate, ad manus ipsius patris nostri devoluta, et per nos hactenus habita ac possessa fuerant, de nostris regalibus manibus tamquam propria nostra cum eorum omnibus utilitatibus, videlicet villis populosis et desertis, ecclesiis et capellis in iisdem habitis et constructis, vineis, silvis, nemoribus, relictis[1], fluviis, piscinis, piscaturis, terris arabilibus, fimatis et campestribus, molendinis habitis et habendis, tributis, redditibus, iuribus, fructibus et usibus, in superficie possessionum et villarum ad dicta castra pertinentia (!) existentibus universis, quibuscunque dicantur, vel vocitentur nominibus, prout ipsa(!) duo fluvia(l) Drava et Mura circumdant et arnbiunt, salva solummodo possessione Johannis dicti Chuz, ibidem ipsum contingenti remanente, predicto Stephano woyuode, et per eum Dyonisio magistro agazonum nostrorum, Nicolao, Emerico, Stephano et Ladislao filiis suis et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, ac posteritatibus ipsorum universis, dedimus, donavimus et contulimus ea iuris integritate, ac plenitudinis quantitate, quemadmodum apud regiam maiestatem permanoerunt et possessa extiterunt perpetuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda et habenda. Ut igitur ipsius fidelitatis et devotionis merita ferantur oculis posterorum, et donationum ab hoc factorum tituli persistere valeant in vigore, et tam prefatus Stephanus woyvoda, quam sui filii et heredes, ac tota ipsorum posteritas in proprium, in corporali dominio dictorum castrorum, possessionum, villarum, iurium, • proventuum et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eorumdem absque cuiuslibet contradictionis obstaculo secure iugiter perseverent et tranquillitate omnino potiantur, nec processu temporum aliquatenus privari valeant de eisdem, presentes concessimus litteras nostras privilegiales autentici duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus honorabilis

[1] Mjesto: rubetis.

et discreti viri magistri Thatamerii, Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC° quinquagesimo, tertio kalendas novembris, regni autem nostri anno nono. Venerabilibus in Christo patribus, dominis Nicolao electo confirmato Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Dominico Spalatensi archiepiscopo, fratre Dionysio archielecto Colocensi, Nicolao Agriensi, Andrea Transilvano, Demetrio Varadiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Colomano Jauriensi, Michaele Wachiensi fratre Peregrino Boznensi episcopis, Nicolao Zagrabiensi, Johanne Vesprimensi, fratre Stephano Nitriensi, fratre Thoma Sirimiensi et Thoma Chanadyensi ecclesiarum electis, confirmatis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino, iudice curie nostre, eodem Stephano voivoda Transilvano et comite de Zonuk, Oliverio magistro thavernicorum nostrorum et iudice curie reginalis, Dominico bano de Machou, magistro Nicolao de Zeech, bano de Zeurino, magistro Paulo thavernicorum reginalium, Nicolao[1] Konth, magistro pincernarum nostrorum, comite Posoniensi, Thuteus(!) magistro ianitorum nostrorum, comite Pilisiensi, Dionisio agazonum, Leustachyo dapiferorum nostrorum magistris, aliisque quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Iz fotvrde kraljice Elizabete od 27. marca 1351. sadržane u potvrdi hercega Stjepana od 28. marca 1351. Original ove potonje u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 4153. — Slara signat.: N. R. A. /asc. 516. no. 44.

Fejer Cod. dipl. Hung. IX. 1, 482.—490. ima datum 3. novembra, IX. 1. p. 756.—764. ima datum III kal. nov.

Kukuljević Уига Regni I. 118.—122.

478.

1350, 22. novembra. U Krku.

Cecilijatetka krčkoga kneza Barlola dariva samostanu malobraćana vinograd u Cavo de Valle.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem 1350., indictione 3., mensis novembris, die 22. intrante. Veglae in sala domini comitis Bartholomaei infrascripti, coram domino Mauro comunis Veglae iudice, praesentibus Nicolao quondam vicecomitis Nicolai, Duymich genero quondam Michaelis de Bersina et aliis ad hec convocatis specialiter et

[1] Slijedi točkama ispušteno: »dicto«.

rogatis testibus. Ibique nobilis et egregius vir dominus Bartholomaeus comes Veglae et Modrusiae, natus bone memoriae domini comitis Federici, tanquam procurator et commissarius nobilis dominae dominae Ceciliae eius amite, et eius testamenti executor specialis, ut dicebat, dedit, tradidit et donavit libere et irrevocabiliter inter vivos, nomine procuratorio suae commissionis Nicolao quondam domini comitts Schinellae, tanquam procuratori et factori Ioci fratrum Veglae de ordine Minorum, vice, loco et nomine ecclesiae sancti Francisci de Vegla stipulanti et acceptanti unam vineam quondam dicte domine Ceciliae, positam in contrata capitis de valle apud ortum iudicis Petri dicti. . . . . et prope ortum quondam Bistioli, et iuxta viam publicam, ut ibi dicebatur, et si qui alii sui essent confines, ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum et quidquid fratribus eiusdem ecclesie sancti Francisci deinceps placuerit, salvo debito et conditione infrascripta, perpetuo libere faciendum, cum omnibus et singulis iuribus, proprietatibus, pertinentiis suis, omni iure suo proprio, et cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, dictae eius ecclesiae nomine, dictus dominus comes Bartholomaeus, procuratorio seu commissario nomine, quo supra, se dictam vineam constituit possidere, donec ex ea possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria auctoritate, et retinendi deinceps dictis fratribus licentiam omnimodam dedit. Et hoc nominatim, ut fratres eiusdem loci perpetuo annuatim teneantur -et debeant omni nocte ardere unam lampadem ante altare sanctae trinitatis, quod est et colitur in cathedrali ecclesia Veglensi, et facere perpetuo annuatim duos obitus in loco fratrum, ut ibi moris est, unum videlicet pro anima dictae dominae Ceciliae, et alium pro anima dominae Ursae eius matris, et hiis debitis dicta possessio semper sit subiecta, et nullo modo, causa vel ingenio possit ammitti, vel alienari possit, nisi tantum dictae ecclesiae sancti Francisci de eius reditibus et proventibus pro dictis debitis perpetuo deservire. Quam quidem donationem et omnia et singula supra et infrascripta dictus dominus comes Bartholomaeus procurator supradictus per se et suos successores procuratorio nomine, quo supra. solemniter promisit dicto Nicolao procuratore eiusdem ecclesiae sancti Francisci, vice, loco et nomine, dictae ecclesiae stipulante, perpetuo firmam et ratam habere, atque tenere, -et per se, yel alios non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa, sive ingenio, de iure, vel de facto; nec ipsam donationem ingratitudine, vel causa aliqua revocare, sed eam ecclesiae sancti Francisci ab omni homine et universitate legitime defendere et discalumniare temporibus perpetuis sub pena quinque solidorum denariorum venetorum grossorum et refectione omnium damnorum et expensarum, ac interesse litis et extra, et obligatione omnium

bonorum praesentium et futurorum quondam dictae dominae Ceciliae. Qua pena soluta, vel non, praesens carta semper firma perduret.

Ego Maurus iudex supradictus manum misi.

(Signum not.).

Ego Quirinus filius quandam Leonardi de Vegla imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius hiis interfui et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi.

Zbornik Bartoli str. 13./2. — Starine XX. 7.—8. nije potpuno priopćeno.

479.

1350, 22. novembra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim zabranjuje redovnik Gardos u iwie svoje brače, da Blaž i t. d. zaposjednu imanje Cehi izjavlj'ujući, da ovo ivianje njemu pripada.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod religiosus vir frater Gerdos heremita suo et fratrum suorum ac proxi[morum] nomine et vice in nostri presencia personaliter constitutus prohibuit, ne aliqui et specialiter Blasius, Endre et Ruh filius(!) Iwan . . . ramus filius Wytk, Martinus filius Wlchk, Petk filius Chune, Stephanus filius Raduzlay, Johannes filius Zoryn et filii Abrae ac ipsorum generaciones intromitterent se de possessione Chehy vocata quocumque nomine, dicens et asserens, quod ipsa possessio pertinebat et pertinere debebat ad ipsum et fratres suos patrueles et alios suos proximos, super quibus valida instrumenta dominorum regum Hungarie et alia efficacissima habebat; quare vicibus iteratis prohibuit ipsos Blasium, Endre et Ruh et ceteros suprascriptos ac quoslibet alios ab occupacione, detencione et quoquomodo se de eadem possessione et commissione contradicendo et contradixit prohibendo coram nobis. In cuius prohibicionis testimonium presentes eidem petenti duximus concedendas. Datum in festo beate Cecilie virginis et martiris, anno domini MCCC° quinquagesimo.

Origmal na papiru u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplomata a. 1350.

Na hrptu vidl se trag pritisnula ovalua pečata.

480.

' **1350, 13. deeembra. Na Pagu.**

Oglas po grada radi zabrane lova.

Die XIII. decembris 1350.

Retulit Draxay plazarius, se de mandato domini comitis et iudicum publice cridasse dicta die in Pago in locis consuetis, quod aliqua persona non audeat vel presumat cazare cum canibus vel sine canibus super insula Maonis vel suis scoys in pressa libras XX. paro(!) pro quolibet, nec tenere canes in dictis locis et hoc sine licentia ser Cresii Johannis de Stumulo.

Ruić: Riflessioni sopra Pago. T. 1. 237. iz arkiva opc'ine paške.

481.

1350, 16. decembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Sibeniku privilegija svojih pretšastnika Karla 1322. etc. Bele 11. aprila 1245. . . . . i najposlije Stjepana kralj'a od g. 1167. (regni nostri anno octavo.)

Ova tistina Ljudevitova preplsana je po ninskom kaptolu g. 1380. [indictione tercia, die decimo septimo mensis ianuarie(l)], *kako ga moli* »nobilles viri ser Georgius Crusuenytig et Duymus Zuratih ciues et ambasiatores ciuitatis Sibinicensis«.

Origlnat ovog prijepisa, vrlo oštećen i na mno&o mjesta krnj u knjižnici narodnog niuzeja u Budimpešti s. a. 1380. bivša zblrka gro/ova jfankovića.

482.

1350, 29. **decembra.** U Požegi.

Pred požeškim kaptolom produj'e Andrija sin Zolovka svoj posjed u Pridišincu za 15 maraka meštru Leukusu.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quod Andreas filius Zolouk filii Thuten nobilis de Predisynch ab vna parte, magister Leukus filius Petri de Orboua ex

altera, coram nobis personaliter constituti, idem Andreas confessus est oraculo viue vocis, quod totam porcionem suam possessionariam in eadem Predisynch habitam iure hereditario ipsum contingentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis dicte porcionis sue quouis nomine censeantur, prenominato magistro Leukus filio Petri pro quindecim marcis denariorum veronensium ab eodem plene sicut dixit receptis, dedisset et vendidisset, ymmo dedit et vendidit coram nobis in heredum heredes, iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, dando eidem magistro Leukus predictam possessionariam porcionem a possessionibus aliorum per modum diuisionis separandi et distingendi plenariam potestatem. Datum feria quarta proxima post festum natiuitatis domini, anno eiusdem millesimo CCC° quinquagesimo.

Original na pergam. u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.965. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 1598. no. 8.

Na hrpiu bijaše prilisnut pečat.

483.

1360, ... U Budimu.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaže kastelanima ostrovačkim braći Petru i Nikoli, da uvedu Franju sina Stjepanova iz Zadra u posjed zemalja u Luki.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis magistris Petro et Nicolao filiis Petri castellanis de Oztrouicha vel vicecastellanps] eorumdem salutem et graciam. Noueritis, quod nos omnes et singulas hereditates omnium et singulorum nobilium de Draginygy . . . . quoium . . Francisci quondam Stephani de Jadra dilecti et fidelis nostri quocumque tempore sine heredibus sexus masculini defuctorum (I), terrarum videlicet et vinearum in Luca inter villas Grabrauizane et Prusquigy vocatas habitas, per quemcumque seu quoscumque indebite et sine lifteris aujtenticis occupatas, eidem Francisco et per eum suis heredibus et successoribus pro fidelibus suis seruiciis in perpetuum duximus conferendas. Super quo fidelitati vestre ac quorumlibet vestrorum firmo edicto regio precipimas per presentes, quatenus statim visis presentibus eundem Franci[scum] et filios suos vel hominem eorum nomine ipsorum et vice in dominium dictarum hereditatum per nos ipsis collatarum statuatis et in[trd]ducatis, saluis iuribus alienis, obtentu nostre gracie aliud non facturi. Datum Bude, in octauis festi pro . . . . . . anno [domini] millesimo CCC° quinquagesimo.

Orignal u gubernij alnom arkivu u Zadru. odio sam. sv. Krševana kaps. XIX. no. 480.

Na hrptu vidi se trag malenog tajnog pečata u crvenom vosku, ispod njega: Comissio regis et relacio conuersim.

Isto se nalazi napisano i iznad pečata.

484.

1350. Kod Svetoga Duha.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski daj'e povelju sinovima Andrije Gorjanskoga, da će im dah sve posjede Stjepana Himbe, ako ovaj' bez odvjetaka umre.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendamus per presentes, quod nos Nicolao et Paulo filiis Andree de Gara fidelibus aule nostre iuvenibus in reconpensacionem fidelium seruiciorum . . . . re et se reddere graciosos vtiqui et acceptos promisimus, vt si Stephanum filium Stephani dicti Chymba sine heredum solacio ab hac luce decedere contingat, extunc vniuersas possessiones et poss[essionarias porciones predicti Stepharii] filii Stephani dicti Chymba vbilibet et in quibuslibet regni nostri comitatibus habitas quouis nominis vocabulo vocitatas, scilicet eas, que de iure et regni nostri ab antiquo approba[ta consuetudine manibus] nostris regiis deuolute fuerint, eisdem Nicolao et Paulo filiis Andree et eorum heredibus, saluis iuribus alienis remanentibus, de eisdem dabimus et donabimus iure perpetuo et irreuocabiliter [tenendas, possidendas, pariter et habendas]; presentes autem, dum nobis reportate fuerint, sub maiori sigillo nostro redigendo faciemus emanari. Datum apud ecclesiam sancti spiritus Heremitarum, anno domini millesimo trecentesimo qfuinquagesimo] . . . .

Iz originalnog prepisa kraljice Marije od 28. juna 1384. na perg. u kr. ugar. državn. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.740. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1511. no. 31.

DODATAK.

485.

1350, 20. maja. (U Varaždinu.)

Podzupan varaždinski Nikola prepisuje listinu svoga pretšasnika od 21. maja 1349., za imanje Šemovec.

Nos magister Niculaus(l) filius Gregori vice magistri Vgrani(!) comes Varosdiensis et duodecim iurati nobiles predicti comitatus damus pro memoria quibus expedit uniuersis, quod anno domini M°CCC°L°, feria quinta prpxima post festum pentekostes nobilis domina relicta Beke filii Benedicti de Seymoch, Johannes filius StfephaniJ filius eiusdem domine exibuerunt nobis literas magistri St[ephani] filii Johannis non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte uiciatas, petentes cum instancia a nobis, ut tenorem et formam earundem literarum nostris in literis inseri et transcribi faceremus. Quorum nos iustis et condignis peticionibus annuentes, literas nostras concessimus pendentibus sigillis, scilicet nostro sigillo et quatuor nobilium de duodecim iuratis, videlicet sub sigillo Laurenci filii Johannis, Juan filii Juan, Gregori filii Stfephani] filii Ju[r]k et Juan filii Benk. Cuius quidem literarum tenor talis est: *(Slijedi listina Stjepana iupana varaždinskog od 21. maja 1349.).*

Original na pergameni pisan izrazitom talijanskom juznijom mlnuskulom u kr. ugar. drš. arkivu u Budimpešti: M. D. O. L. no. 35.854. bivsa zbirka Kukuljevićeva.

Na listini visi u sredmi svilena vrvca crvene i zelene boje ; desno i lijevo po dve uzice od pergamene ; pečata nema više nijedno%a.

486.

1350, (?) prije 15. augusta. Kod Podbrusana.

Pred banom Stjepanom i hrvatskim saborom posvjedoćuje se siaro hrvatsko plemstvo u Lici.

Nos Stephanus tocius Sclavonie et Croatie banus memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniversis, [quod] ante festum assumptionis virginis gloriose, in districtu Luke apud villam Podbursana vocata, universis Croatis in eadem Luka [convenientibus, Novak filius Staniszlai, Marinus] et Stephanus filii Bankii, Michael et Jacobus filii comitis Stryse, Sarachinus filius Mladochevnigh, ac Blagonya filius StoyslfaviJ de medio aliorum causidicorum consurgendo proposuerunt tali modo, quod ipsi et eorum progenitores semper, nobiles fuissent et in numerum . . . . in eadem congregatione nostra constitutos ac universos nobiles Croatos eidem nostre congregationi adherentes ad nostram audientiam quesierunt . . . . progenitores eorundem nobiles esse et fuisse fateantur vel ne, qui quidem duodecim iurati -et universi nobiles Croati in eadem nostra congregatione. . . . . . .voce assecurarunt tali modo, quod prefati Novak filius Ztanizlai, Marinus et Stephanus filius Banki, Michael et Jacobus filii comitis [Stryse, Sarachinus filius Mladocheunigh Blagonya filius Stoislavi, nec non progenitores ipsorum ac tota parentela eorundem Virovnygh vocata, licet de nulla generatione duodecim generationum Croatorum su . . . . • fuissent et in numero nobilium extitissent et inter ipsos Croatos ac prefatos Novak. Marinum, Stephanum, Michaelem, Jacobum, Sarafchinum et Blagonyam] . . . . parentelam ipsorum de Virovnygh matrimo iali copula hinc et hinc celebrata fuisset et ipsi Croati de progenie Virovnygh ipsamque. . . . . . .duxissent in uxores legitimas et sic ipsa progenies Virovnygh in numero nobilium permansissent et nunc permanere. Nos igitur in. . . . . . .[Novako], Marino, Stephano, Michaeli, Jacobo, Sarachino ac Blagonye et eorum parentele concessimus litteras nostras privilegiales pendentibus. . . . . .predictam villam Podbursana, quinto die congregationis nostre prenotate, anno domini MCCCL. . . . . .

Lucius Note chronolo%iche Bullettino (1882.) p. 38.—39.

487.

1350, 10. oktobra.

Stjepan herceg hrvatski obdaruje Tomu Ladislavova kastelana okličkoga posjedima u Vrbaskoj županiji, koji su bili pripaii njemu, jer su zakoniti posjednici izumrli bez baštinika.

Stephanus dei gratia totius Sclavonie, Croatie et Dalmatie. dux, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus salutem in salutis largitore. Provida circumspectio principum sibi famulantibus sic debet occurrere muneribus donativis, ut alii eorum exemplo imitati ad fidelitatis opera fortius accendantur. Proinde ad universorum notitiam, presentium videlicet et futurorum harum serie volumus pervenire, quod Thomas filius Ladislai filii Simonis de Zenth Jakab, castellanus noster de Aklych, dilectus nobis et fidelis, ad nostre serenitatis accedens presentiam, servitia sua ab evo nostre puerilis etatis pedibus nostris volutans, nobis fideliter impensa proponens et declarans; in horam reconpensationem possessiones et possessionarias portiones condam Demetrii filii Nicolai hominis sine herede decendentis, videlicet Rastigh, in qua in honore beate virginis et Ezeek in qua sub honore sancti Georgii martyris capelle lignee existunt constructe, item Kopeel, Laaz, Polyna, Tharnowcz et Kwchyan vocatas, in dicto regno nostro Sclavonie, in comitatu de Orbaz existentes et ex eo nostris manibus ducalibus iuridice devolutas, sibi et Johanni filio Ladislai filii Elye, fratri suo patrueli, a nobis perpetuo dari et conferi postulavit. Nos itaque, qui ex nostro ducali regiminis officio fidelium servitia et grata obsequia perhennali donativo reconpensare tenemur, licet idem Thomas pro premissis suis servitiis fidelibus et fidelitatum preclaris meritis plura et potiora a nobis mereri censeatur, tamen in aliqualem recompensationem premissorum servitiorum suorum predictas possessiones et portiones possessionarias ipsius Demetrii filii Nicolai hominis heredum solatio orbati, ex eoque nostre collationi de iure attinentes, cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, sub eisdem terminis et conclusionibus metarum, quibus dudum per eundem Demetrium et eius predecessores habite fuerunt et possesse, predicto Thome filio Ladislai filii Simonis, et Johanni filio predicti alterius Ladislai filii Elye, et per eos suis heredibus et heredum suorum successoribus ex consensu et beneplacito excellentissimi et magnifici principis domini Lodovici, Jherusalem et Sicilie regis, fratris et domine Elisabeth regine genetricis nostrorum carissimorum.

*

prelatorum etiam et baronum maturo consilio donavimus, dedimus et contulimus perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas. Et ut hec nostra donatio prescriptis Thome et Johanni facta, robur obtineat perpetue hrmitatis, nec successu temporum per quospiam valeat et possit in irritum revocari, presentes concessimus literas privilegiales dupplicis et autentici sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum per manus magistri Georgii aule nostre prothonotarii dilecti et fidelis nostri, sexto idus octobris, anno domini tercentesimo quinquagesimo, ducatus autem nostri anno primo.

Thalldczy-Horvath Also Sziavoniai Okmdnytdr no. 30, p. 38.—40.

SUMMARIUM*

* Sumarij i index složio Emilij Laszowski.

INDEX ALPHABETIGUS.

A.

Ћ.

C, K.

D.

E.

Eeclesia

F

H

I, *3,* Y.

L.

M.

Monasteriuui:

N.

0.

Ordo

P.

Q.

R.

S, S.

T.

U, V, W.

X, Z, Z,